3 1761 07993987 2

ver

**Plauti, T. Macci,** ausgewählte Komödien. Für den Schulgebrauch erklärt von Julius Brix. I—IV. Bändchen. Zweite und dritte Auflage. gr. 8. 1875—1880. geh. ℳ 4.70.

Einzeln:

I. Bändchen: Trinummus. Dritte Auflage. [VI u. 154 S.] 1879. ℳ 1.20.
II. — Captivi. Zweite Auflage. [IV u. 108 S.] 1876. ℳ 1.—
III. — Menaechmi. Dritte Auflage. [114 S.] 1880. ℳ 1.—
IV. — Miles Gloriosus. [IV u. 162 S.] 1875. ℳ 1.50.

Zur Sammlung von Schulausgaben mit deutschen Anmerkungen.

**Ribbeck, Otto,** Friedrich Wilhelm Ritschl. Ein Beitrag zur Geschichte der Philologie. Zwei Bände. gr. 8. 1879. 1881. geh. n. ℳ 19.20.

Einzeln:

I. Band. Mit einem Bildniss Ritschl's (in Kupferstich). 1879. n. ℳ 7.20.
II. — Mit einem Bildniss Ritschl's (in Lichtdruck). 1881. n. ℳ 12.—

**Ritschl, Friedrich,** neue Plautinische Excurse. Sprachgeschichtliche Untersuchungen. Erstes Heft: Auslautendes *d* im alten Latein. gr. 8. 1869. geh. n. ℳ 3.—

---

PA
6568
A2
1884
T.2

P2257R

# T. MACCI PLAVTI

# COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

---

TOMI II FASCICVLVS I

AVLVLARIAM CONTINENS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXI

T. MACCI PLAVTI

# AVLVLARIA

RECENSVIT

GEORGIVS GOETZ

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI II FASCICVLVS I

184682.
18. 10. 23.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

LVDOLFO · STEPHANI

MEMORIAM · BIENNII · PETROPOLI · PERACTI

GRATISSIMO · ANIMO · RECOLENS

D · D

**GEORGIVS GOETZ**

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/comoediae02plau

# PRAEFATIO

Aulularia fabula ab ipsis Romanis multum lectitata, a recentioribus saepe laudata nec ab imitatorum ullo superata cui Graecorum poetarum debeatur nondum exploratum est. Quodsi Franckenus e notissimis illis quae sunt de cocis Athenaei verbis profectus (XIV 658 F) de Posidippo cogitat, abutitur fabulae ipsius v. 309 sq. Nec felicius Ussingius quaestionem tractavit qui Menandrum auctorem sibi detexisse visus est: nempe Choricii verba quibus ille utitur [1]) (Cf. Add. p. 587) ad Dyscolum Menandri spectare, Dyscolum autem Euclionem non esse, licet aptissime eiusdem fabulae fragm. 9 cum v. 91 sqq. comparentur, veri haud dissimile esse arbitror. Omnino his similitudinibus cavendum est ne nimium tribuamus: sic enim facile tibi persuaderes fragm. inc. LVII Menandri ad Asin. v. 87 spectare, nisi prologus hanc coniecturam refelleret. Neque firmior est alia Franckeni suspicio Graece vocatam esse fabulam *Φιλάργυρον* vel *Θησαυρόν*: eodem mehercule iure de *Ὑδρίᾳ* cogitabis (cf. Menandri fragm. p. 208 vol. IV fr. com.), quando *ἐν ὑδρίαις ἔκειντο οἱ θησαυροί* teste schol. Aristoph. Av. 603: quamquam huic coniecturae non plus ponderis tribuo quam Franckenianis. Quod denique contaminatam fabulam iudicavit Wagnerus

1) Cf. Charles Graux, Revue de philol. a. 1877 p. 228: (mimi sunt verba) *ἢ καὶ τῶν Μενάνδρῳ πεποιημένων προσώπων Μοσχίων μὲν ἡμᾶς παρεσκεύασε παρθένους βιάζεσθαι, Χαιρέστρατος δὲ Ψαλτρίας ἐρᾶν, Κνήμων δὲ δυσκόλους ἐποίησεν εἶναι, Σμικρίνης δὲ φιλαργύρους ὁ δεδιὼς μή τι τῶν ἔνδον ὁ καπνὸς οἴχοιτο φέρων.*

2) *Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος.*

(cf. eius diss. de Aul. p. 26) argumentis usus est certe infirmissimis.[1]) Contra quin retractata fabula sit non dubito, qua in quaestione a v. 363—370 proficiscor.

Libris si fidem habemus — nec video cur temere negemus — Pythodici[2]) haec verba sunt, quem Saracenus simpliciter servum esse Megadori adfirmat, Schmiederus sagacius atriensem vocat: hos qui sequntur faciunt intellegendo ut nil intellegant — nisi forte dormitantem vel mente captum haec Plautum scripsisse statuunt. Quos contra ut rectissime Ussingius monuit, neminem explicuisse qua de causa nova inferretur persona cuius nulla usquam alia fieret mentio, ita ne ipse quidem quid rei esset perspexit veraque cum falsis miro modo miscuit. Recte miratur cur Pythodico tribuantur quae ad Strobilum spectare videantur: quod tamen Pythodici nomen removit nec recte fecit. Namque si statuimus ex Euclionis domo eum exire — quod dissuadet v. 362 — dicere debuit: 'ego intervisam quid faciant nostri coqui'; post v. 362 eum in platea remansisse qui putant illud 'curate' non intellegent: ex Megadori denique aedibus qui progredientem faciunt vel maiores turbas excitant. Adde quod in his verbis idem commemoratur quod paucis tangit Anthrax v. 405: nec minimum argumentum duco, quod sic nemo intellegit unde mira illa scaenae superscriptio nata sit. Praeter hanc difficultatem Aulularia alia laborat dudum perspecta nec dum extricata quae in duplici Strobili et Megadoro et Lyconidi servientis persona est. Diu est ex quo ad retractationem hanc rem spectare mihi videbar intellexisse[3]), quam suspicionem eis quae modo dixi egregie confirmari censeo: quod tamen Lyconidis servi nomen sollicitavi eis quae attuli refutatur. Immo priorem partem retractatam nunc dixerim. Ut enim in Stichi prima scaena utraque recensio conflata est, id quod vel nomina diversa testantur, ita idem hoc loco

---

1) Cf. quae disputavi Act. Soc. phil. Lips. vol. VI p. 311 sq.

2) Pythodicum servum vocant *FZ*, Fitodicum *BJ*. Erant qui Pithodicum praeferrent vel Philonicum vel Philodicum; Philositum maluit Gertzius, Alfitodicum Ussingius. Probabilior mihi Pythodicus scriptura visa est: sed rem incertam esse concedo.

3) Cf. Acta Soc. phil. Lips. vol. VI p. 312.

factum esse statuo. Ex prioris recensionis particula sive relicta sive postea addita intellegimus eundem qui Strobilus appellatur in altera recensione Pythodicum appellatum fuisse. Quamquam fatendum est consilii rationem qua retractator usus sit non satis apparere: quod non magis fit in Stichi retractatione.

Aperta retractationis vestigia prae se ferre censeo tertii actus scaenam quintam: cf. quae dixi ad v. 507. Nec desunt alia. Velut quod Franckenus v. 485—488 damnavit quamvis non omni ex parte verum viderit, turbas tamen loci optime perspexit, siquidem v. 489 cum 484 bene cohaeret: debuit cum his v. 482 sq. coniungere similiter procusos nec illorum dissimiles eosque retractationi vindicare. Idem iudico de v. 468 sqq. ubi non solum v. 472, verum etiam qui praecedunt duo, ex alia recensione repetiverim. De ceteris vide quae adnotata sunt.[1])

Codicis veteris (B) usus sum collationibus Ritschelii et Lorenzii (Progr. Berol. anni 1872), imprimis autem apographo ab Augusto Mau accuratissime confecto. In paucis quibusdam quae varie notata sunt — plerumque nullius ea sunt momenti — apographum sequendum esse putavi. Codicis Ursiniani (D) mihi praesto fuit praeter collationes Ritschelianam et Lorenzianam eiusdem Augusti Mau apographum. Codicem Ambrosianum (E) cuius media pars deficit bis accurate contulit Gustavus Loewe. Codicem denique Britannicum (J) religiose descripsit Hermannus Mueller-Struebing, cuius apographum diligenter contuli cum collatione Wagneriana. Codicis autem Lipsiensis et editionis principis scripturas multo rarius adnotavi quam in prioribus fabulis factum est.

De personarum notis pauca hoc loco monenda sunt praeter ea quae in adnotatione sunt exposita. Codicis Britannici pepercit ignis his initiis (cf. praef. Asin. p. XVI): Arg. 1 et 2: prol. 1—13; v. 54—94; 138—184; 226—267;

---

1) De retractatione iam veteres cogitasse discimus ex Plinii verbis ad v. 400 allatis.

308—349; 389—427; 468—506; 545—585; 625—664; 703—739; 781—821. In his igitur solis personarum notae quae initiis versuum praemittuntur servatae sunt, in ceteris dispici nihil potuit, id quod non adnotavi. Codicis Ambrosiani notas notatas non habui, in quo illud observandum personarum compendia inde ab actus quarti scaena tertia manum recentiorem addidisse omnia. De ceteris compendiis — litteras maiusculas vel minusculas respicere operae pretium non esse putavi — haec teneto:

Notantur personae ita: I 1] Euclio (BD), Eucł (J); Staphila, Staphił, Staph. I 2] Euclio, Eucłi, Euč; Staphila Staphił, Staph, Staph, Staf̃. II 1] Eunomia, Eunoñ, Eunõ, Euñ, Eun; Megadorus, Megador', Megad, Megd, Meg̃, Meg. II 2] Euclio, Eucł, Eũc, Euc; Megadorus, Megador', Megad, Megarus (199, 203 B), Meg̃, Meg. II 3] Euclio, Staphila, Staphił, Staph. II 4] Strobilus, Strobil', Strobił, Strob, Strõ, Stro, Str̃. Anthrax] Cocus, Coc'; Congrio] Congrio, Gongrio (322 B), c̃grio, cong̃. (In D desunt personarum notae inde a v. 322 et initiis et mediis versibus, ubi lineola ~~ indicantur; soli v. 371 *Euclio* praemittitur). II 5] Strobilus, Strobil', Strõ, Stro; Anthrax] Cocus, Coc'; Congrio] Gongrio, Congrĩ, Coc (349 s. v. B). II 6] Strobilus, Strobo, Strõ, Stro; Staphila, Staph. Congrio] Cocus, Coc'. II 8] Congrio] Coc'; Euclio, Eucł; versui 398 Coc' praem. J.

V. 406 Coc. praem. BJ. III 2] personarum notas ab hac inde scaena usque ad IV 2 scripsit $B^2$, non rubricator. Eucł, Senex (J), Señ. (J); Congrio] Cong̃ *et* Coñ J, Cocus *et* Coc' $B^2$. III 3] Eucł; Coc' ($B^2$). III 5] Meg̃; Eucł. III 6] Eucł, Eucl; Meg̃, Meg.

IV 2] Euclio, Strobil'. IV 4] Eucł, Eucl; Strob, Strob, Str̃, Str. IV 6] v. 1 praem. B Senex; v. 11 Serũ B. IV 7] Liconid, Licon, Lic̃o, Lic̃; Eunomia, Fedria. IV 9] Euclio; Liconides, Lic̃. IV 10] Euclio, Eucłi, Eucł; Liconid, Licod, Licoñ, Licõ, Lic̃.

V 1] Seř, Strob, Strob, Str̃; Liconid, Licoñ, Licõ, Lic̃.

Discriptionis varietas codicum BDEJ (quae in adnotatione dixi, hoc loco mitto) haec est: *87 et 88 coniungit J,*

*154 et 155, 266 et 267 B* — 288. *Non istuc — Cuius ducit J* — 343. *Suppellex — Quod te — Dicant BDJ* — 500. *in duo dispescunt BDJ (Enim — Purpuram)* — 507. *in duo disp. BDJ (Sed hoc — Praequam)* — 519. *Textores — Aes (BDJ)* — 528. *Miles — Censet — Ratio — Etiam* — 539. *in duo disp. BDJ (Tamen — Aliquanto)* — 548. *in duo disp. BD (Tam — Quam)* — 550. *in duo disp. BD (Pol — Meditabar)* — 567. *in duo disp. BD (Caedundum — Tum)* — 713. *Perii — Tene — Equidem — Nequeo — Oro — Qui — Quis ais — Quid est quod — Em nemo — Heu me — Tantum — Perditissimus — Interra (Namquid EJ)* — 731. *Quis homo — Et misere — Animo* — 775. Ita *adhaeret v. 776 in BDEJ — 812 et 813 coniungunt BDEJ — 824 et 825 coniungunt BDEJ* — 829. *I redde — Ut huic — Quod modo — Ita loquor — Numquam.*

Editionibus Aulularíae praeter eas quae integras xx comoedias complectuntur usus sum hisce: 1) Aulularia plautina. comediarum lepidissima. quae etsi alias incompleta. a Codro Urceo tamen est perfecta. cum familiari explanatione. Albiburgi, Viridimontanus 1509. — 2) Aulularia edidit F. Goeller. Colon. ad Rhen. 1825. — 3) Aulularia edidit E. J. Richter. Norimbergae 1833. — 4) Aulularia ed. A. Ag. Deenik. Lugduni Batavorum 1835. — 5) Aulularia ed. J. Hildyard. Cantabrigiae 1839. — 6) Aulularia ed. Th. Vallauri. Augustae Taurinorum 1853. — 7) Aulularia ed. Guil. Wagner. Catabrigiae 1866. — 8) Aulularia ed. Benoist. Parisiis 1874. — 9) Aulularia ed. Guil. Wagner. Catabrigiae 1876. — 10) Aulularia ed. C. M. Francken. Groningae 1877. Ex quibus editionibus optima est Wagneri, eam dico quae anno 1876 in lucem emissa est: nam prior licet a multis laudata pauciora quae iure laudentur profert, quae vituperentur multa. De reliquis quibus usus sum subsidiis saepius iam dictum est.[1])

V. 313. Glossam quam huc rettulit Loewius Prodr. p. 259 idem mihi rescripsit redire ad Fulgentium: Philoxeni glossam non necessario huc spectare.

In testim. v. 400 allato Loewius nunc *patella*, non *pugella*

---

1) Harii scripturas Hildyardo debeo.

scribit; simul monet *Arteptam* ex Juvenalis V 72 depromptum esse posse.

V. 511. murobatharii scripturam intactam reliqui pro qua Lambinus molobathrarii coniecit: Z myrobrecharii exhibet: quod quamvis intellegi possit, tamen non recte ex titulis defenderunt lexicographi et editores. Nam quod apud Reinesium (11, 82), Sponium (225) alios quidam myrobrecharius commemoratur, sciendum est Ligorii beneficio deberi. Eundem Ligorium eodem myrobrechario alios quoque titulos exornasse Eugenius Bormann ad me scripsit et conferri iussit VI 5, 151*; VI, 5, 1461*; VI, 5, 1478*; VI, 5, 1789* ex ea corporis parte quae nondum edita est. Eidem Ligorio debetur titulus Reinesii 11, 83 (= Corp. VI, 5, 1190*), quem Romae vidit Maffeius (Mus. Ver. 273, 4): quo in titulo exstat manuelarius patagiar (cf. v. 509 et 511) et simul violarius (cf. v. 510). Quos titulos falsos esse cum statim suspicatus essem, suspicionem Bormannus per litteras confirmavit. De titulo sepulcrali, quem ad v. 41 attuli, quid iudicem nescio, cum subsidia me deficiant.

Actuum discriptio — retinui enim vulgatam — quemadmodum probabiliter instituatur saepius quaesitum est[1]): quam quaestionem nemo expediet nisi illa adscita quae est de exitu fabulae deperdito. Nam quod Wagnerus et Spengelius praeter quarti actus exitum quintum actum totum intercidisse statuunt, refelli posse videntur. Extrema enim quae servata est scaena cum hanc habeat superscriptionem: STROBILVS SERVVS LICONIDES ADOLESCENS EVCLIO SENEX, Euclio confabulationis fit particeps: cui rei cur fidem denegemus Wagnerus nullam rationem attulit. Hoc vero si statuimus, integrum actum vel adeo plura periisse veri est dissimillimum: immo si praeter scaenae exitum alia tempore absumpta sunt — id quod mihi quidem est probabile — praeter unam vel duas scaenas non ita longas non video quid intercidere potuerit. Unde elucet extremi actus partem esse superstitem. Quae cum ita sint, Koepkii dis-

1) Wolffius, de act. ap. Pl. et Ter. Gubenae 1814. Idem Proleg. ad Aul. (Numburgi 1836) p. 28. Wagnerus de Aul. p. 6. A. Spengel, Die Akteinteilung der Kom. des Plautus (Muenchen 1877) p. 49.

tributio (I: I, 1—2; II: II, 1—3; III: II, 4—III, 6; IV: IV, 1—6; V: IV, 7—fin.) omnibus praeferenda videtur. Quam contra quod Wagnerus monet iusto longiorem quintum actum esse, argumenti vim id nullam habere censeo. Quamquam concedo ad certas rationes totam hanc quaestionem quae est de actibus discribendis nondum esse revocatam.

Praeterea addenda esse vidi haec: Phaedram appellavi duce Ussingio puellam, quae Phaedria est in libris: Phaedria enim cum alibi viri nomen sit libris quam rationi diffidere malui. — Quod v. 69 et 307 hiatum non removi id nolim ita intellegi quasi nunc hiatus illos probarem. — V. 145 quod proposui in adnotatione *advenio*, Wagnerus[1] p. 77 praef. occupavit. — V. 111—112 in suspicionem vocat Loewius. — V. 40 Schoellius hoc proponit: exeundum hercle hinc est tibi foras. — Idem v. 44: Nam quoia me causa. — V. 207 Loewius verba 'salvomst . . . perit' glossema esse putat, Schoellius nunc in *saluum* quaerit *aula*. — V. 432 *ego autem* Schoellius; — V. 539 *quanto* idem; — V. 545 *Immo est et erit et ita di f. u. s.* idem; — V. 594 *Non quo incumbat ultro inpellere* idem; — V. 660 *Caue sis reuenias* Brixius Nov. Ann. vol. 125 (a. 1881) p. 57; — V. 723 *Perditissumus sum omnium ego* Sonnenburg, Exercit. gramm. Bonnae a. 1881 ed. p. 26; — fragm. 5 *nunc hallec* Schoellius.

Scripsi Ienae m. Septembri 1881.

G. G.

T · MACCI · PLAVTI

# A V L V L A R I A

# ARGVMENTVM I

Senéx auarus uíx sibi credens Eúclio
Domí suae defóssam multis cúm opibus
Aulam ínuenit rursúmque penitus cónditam
Exsánguis amens séruat. eius fíliam
Lycónides uitiárat. intereá senex 5
Megadórus a soróre suasus dúcere
Vxórem auari gnátam deposcít sibi.
Durús senex uix promíttit atque aulaé timens
Domó sublatam uáriis abstrudít locis.
Insídias seruos fácit huius Lycónidis 10
Qui uírginem uitiárat: atque ipse óbsecrat
Auónculum Megadórum sibimet cédere
Vxórem amanti. pér dolum mox Eúclio
Quom pérdidisset aúlam, insperato ínuenit
Laetúsque natam cónlocat Lycónidi. 15

---

*Arg. I* PLAVTI ASINARIA EXPLIC̃. PLOG' INAVLVLARIA PLAVTI *E.* PLAVTI ASINARIA EXPLICIT. PLOGV$^{S}$ INAVLVLARIA P[ *J.* AVLARIA *m. rec. D.* INCIPIT PROLOGVS · IN · AVLVLARIA PLAVTI *post v. 1 in eadem cum v. 1 linea B* 1. enex *c. spat. DE* sibi uix *Bothius* crederis *E* 2. suę *BJ.* sue *E* multiscum *J* *Dubitaverunt praeter Guyetum Bothius (*Domi defossam opibus cum multis suae*) et Spengelius Plaut. p. 239 (*Domi suaé . . . . . opibus aureis*) et Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 24 (*opibus ín foco*), sed ut ipsi suspicionem abicerent* cum opibus plurumis *Pareus* 3. rursum que *B.* rursum quę *E.* rursum quae *D* 4. Exanguis *BDE* 5. Liconides *BDEJ* uiciarat *BDJ* 6. Medagorus *D* asorore *DEJ* sua sus *BD* 8. pro mittit *J* aulę *B.* aule *EJ* timęns *E* 9. Domū *E: corr. E*$^{3}$ obstudit *D* 10. Insidians *D* seruus *BDE* liconidis *BDE.* *inter* lico *et* nidis *spat. J* 11. uiciarat *BDJ* ipse *om. EJFZ: add. Angelius* 12. auunculum *BEJ.* auunculum *ex* auul culum *D* sibi met *E* cedere *(ce in ras. m. 1) B.* credere *J* 13. amante *J* 14. Cum *BDEJ* 15. Lętusque *BE* collocat *EJ* liconidi *BDEJ*

# ARGVMENTVM II

Aulám repertam auárus plenam auri Eúclio
Vi súmma seruat míseris adfectús modis.
Lycónides istíus uitiat fíliam.
Volt háne Megadorus índotatam dúcere
Lubénsque ut faciat dát coquos cum obsónio. 5
Auró formidat Eúclio, abstrudít foris.
Re omni ínspectata cónpressoris séruolus
Id súrpit: illic Eúclioni rém refert.
Ab eó donatur aúro, uxore et fílio.

---

*Arg. II* PLAVTI AVLVLARIA INCIPIT; ARGVMTV *B, sed post v. 1 in eadem cum v. 1 linea.* PLAVTI AVLVLARIA INCIPIT ARGVMENTVM *E.* ARGVMENTVM IN AVLVLARIA PLAVTI *J. om. D* 1. ulam *c. spat. in. D (*A *add. in marg. m. 1) E* auarus plenam auri *Bothius.* auri plenam *libri: cf. Ritschelius Op. phil. vol. II p. 417 et Luchsius in Studemundi Stud. vol. I p. 27. An* Aulám senex repértam plenam auri Eúclio? 2. affectus *J* 3. Liconides *libri* uiciat *BDJ* 4. hant *D* megodorus *E* 5. Iubensque *E* 6. abstridit *BDEJ* fores *BDEJ.* foras *Pius* 7. Reque *Camerarius.* Re clam *Pylades* inspectata *Muellerus Pros. Pl. p. 757.* inspecta *libri* compressoris *BDEJ* seruulus *BD* 8. surpit (it *e corr.) J* 9. Abeo *J*

# PERSONAE

LAR FAMILIARIS PROLOGVS
EVCLIO SENEX
STAPHYLA ANVS
EVNOMIA MVLIER
MEGADORVS SENEX
STROBILVS SERVOS
ANTHRAX COCVS
CONGRIO COCVS
PHRYGIA TIBICINA
ELEVSIVM TIBICINA
PYTHODICVS SERVOS
STROBILVS SERVOS
LYCONIDES ADVLESCENS
PHAEDRA VIRGO

# PROLOGVS

## LAR FAMILIARIS

Ne quís miretur quí sim, paucis éloquar.
Ego Lár sum familiáris ex hac fámilia
Vnde éxeuntem me ádspexistis. hánc domum
Iam múltos annos ést quom possideo ét colo
Patríque auoque iam húius qui nunc híc habet. 5
Sed míhi auos huius óbsecrans concrédidit
Aurí thensaurum clam ómnis: in medió foco
Defódit uenerans mé, ut id seruarém sibi.
Is quóniam moritur, íta auido ingenió fuit,

1. *Donatus in Ter. And. IV 4, 11:* Miror unde sit] Miror ueteres cum unde pro nescio ponebant . . . . . Plautus: 'Ne quis . . . . eloquar' 2. *Priscianus VI 32 (I p. 223, 13 H.):* Similiter 'Lār Lāris' . . . . . Plautus: 'Ego sum Lar familiaris' *Probus Cathol. I (p. 15, 6 K.):* Lar tertiae declinationis est . . . . . Plautus: 'Ego sum Lar familiaris' *Cf. Querol. p. 6, 1 (ed. Peip.), ubi Lar haec dicit:* 'Ego sum custos et cultor domus' *c. q. s.* 3. 4. *Nonius p. 250, 9:* Colere, inhabitare . . . . . Plautus . . . . et in Aulularia: 'Hanc domum . . . . . colo' 5. *Nonius p. 318, 6:* Habere . . . . . Plautus Aulularia: 'Patri . . . . . habet' 9. *Donatus in Ter. Adelph. prol. v. 1:* Postquam pro quoniam, cuius reciprocum quoniam pro postquam. Plautus in Aulularia: 'Quo-

*Prologus* LAR FAMILIARIS *JE, in eadem c. arg. 2 v. 9 linea B: om. D* 1. e *c. spat. init. E: in marg.* n *add. D*[1] Nequis *J* quin *J* 2. sum lar *Priscianus et Probus* 3. & euntem *JFZ: corr. Hermolaus.* eteuntem (e *med. s. v. m. 1) E* aspexistis *BD.* aspexisti *EJ* 4. est *om. D* cum *libri.* ut *Nonius, Goellerus* posideo *J* color *Acidalius* 5. *Vers. del. Guyetus* patrique *Aldus.* patri *libri cum Nonio: an* parenti? *Hiatum defendit Lachmannus in Lucr. p. 195* abó *codices Nonii* patri auoque huius Euclionis *vel* patri auoque amicus huius *Muellerus Pros. Pl. p. 512, hoc cum Pylade, pro quo* inimicus *exspectat vel* infensus *Lambinus Suspicor vel ante vel post h. v. quaedam intercidisse* 6. Set *E* mihi (hi *s. v.) B.* mi *DEJ* auus *BDEJ* 7. Auri thensaurum *Camerarius.* Thesaurum auri *BDEJ, nisi quod in* auri u *s. v. D.* Thensaurum olim auri *Muellerus Pros. Pl. p. 512, unde* Thensaurum auri olim *Wagnerus*[2] 8. med *Reizius* ut eum *Lambinus* 9. Is q̃n *BD.* Is quō *J.* Is quando (quando *ex* quoniam *ras. E) EFZ:* quoniam is *Donatus, Hermolaus.* is quom iam *Lambinus Parenthesin pertinere ab* ita *usque ad*

Numquam índicare id fílio uoluít suo: 10
Inopémque optauit pótius eum relínquere
Quam eúm thensaurum cónmostraret fílio.
Agrí reliquit éi non magnúm modum,
Quo cúm labore mágno et misere uíueret.
Vbi is óbiit mortem quí mi id aurum crédidit, 15
Coepi óbseruare, ecquí maiorem fílius
Mihi honórem haberet quam éius habuissét pater.
Atque ílle uero mínus minusque inpéndio
Curáre minusque me ínpertire honóribus.
Item á me contra fáctumst: nam item obiít diem. 20
Is ex se húnc reliquit qui híc nunc habitat fílium
Paritér moratum, ut páter auosque huiús fuit.

---

niam is moritur . . . . . fuit' 15. *Nonius p. 275, 10:* Credere, seruandum commendare. Plautus in Aulularia: 'Vbi is . . . . . credidit' 15. 16. *Nonius p. 359, 32:* Obseruare, celare et intus retegere. Plautus Aulularia: 'Vbi . . . . . obseruare' 16. 17. *Nonius p. 320, 16:* Honor, dilectus, amor. Plautus Aulularia: 'Ecqui . . . . . pater' 18. 19. *Nonius p. 128, 30:* Impendio pro magis. Plautus Aulularia: 'Atque . . . . . honoribus' 21. 22. *Nonius p. 375, 7:* Pariter, similiter . . . . . Plautus Aulularia: 'Is ex se . . . . . eius fuit' *Servius ad Aen. XI, 592:* Pariter, similiter, uno modo et est anticum. Plautus in Aulularia: 'filium pariter moratum' 22. *Servius ad Georg. I 189:* 'Pariter . . . . . eius fuit'

---

*v. 12 putat Ussingius* 10. iudicare *J* 12. *Vers. del. Guyetus, Kochius Emend. Pl. p. 5: item simul cum v. 11 Lorenzius Philol. vol. 30 (a. 1871) p. 586* thesaurum *libri* conmostraret *E.* commonstraret *BDJ.* commonstrare *Lambinus* filio *ad v. 13 trahit Hillerus in Wagneri diss. de Aul. p. 31* illi *scribens: cf. v. 9* 13. reliquid *D* illi *Pylades* 14. ] misere *J* qui *Langiani* miserere *E* 15. *In J nil apparuit* obit *libri Non.* mihi *BD.* michi *E* quid mihi in aurum *libri Non. priore loco, unde* qui id mihi *Bothius* 16. ]em filius *J* ecqui *Gulielmius.* et qui *BDE.* ecquid *FZ.* et quide *libri Non.* ecqui eius *Brugmanus p. 26: cf. v. 17* filium *libri Non.* 17. ]honorem *J* michi *E.* mei *Scaliger* habere *libri Non.* pater *om. Z: add. Hermolaus* Honorem haberet mihi quam ante habuisset pater *Brugmanus p. 26: cf. v. 16* 18. impendio *EJ.* impedio *libri Non.* 19. ]minusque *J* impertire *BEJ, Nonius.* impartire *Z* 20. ]me *J* ame *E* factum est *BDEJ* die *BDEJ* *Versum aut spurium aut prorsus corruptum esse dicit Ussingius; scribi posse:* is ut obiit diem | Ex se*: mihi videntur quaedam intercidisse* 21. Is *et* se *non apparent in J* His *libri Non.* ex se *del. Guyetus* hiine *D* reliquid *E* nunc *om. libri Non* 22. ]ter *J*

Huic fília unast: éa mihi cotídie
Aut túre aut uino aut áliqui semper súpplicat:
Dat míhi coronas. éius honoris grátia 25
Fecí, thensaurum ut híc reperiret Eúclio,
Quo illám facilius núptum, si uellét, daret.
Nam eám conpressit dé summo adulescéns loco.
Is scít adulescens quaé sit, quam conprésserit:
Illa íllum nescit néque conpressam autém pater. 30
Eam ego hódie faciam ut híc senex de próxumo
Sibi uxórem poscat. íd ea faciam grátia,
Quo ille eám facilius dúcat qui conprésserat.
Et híc qui poscet eám sibi uxorém senex,
Is ádulescentis íllius est auónculus, 35
Qui illám stuprauit nóctu, Cereris uígiliis.
Sed híc senex iam clámat intus út solet.
Anúm foras extrúdit, ne sit cónscia.
Credo aúrum inspicere uólt, ne subruptúm siet.

---

38. *Hunc v. respexit auctor Queroli p. 40, 17:* 'Meus ille credo iam nunc clamabit ut solet'

---

moratus *posteriore loco Servius* pariter *J* auusque *BDEJ, Servius.* atque auus *libri Non.* eius *Nonius et Servius, Wagnerus Propter* huiús *suspicatur aliquid intercidisse Luchsius de gen. p. 37* 23. una est *libri* michi *EJ* cottidie *D* 24. ]t thure *J* aliquid *EJ.* aliquod *Z.* aliquo *F* 25. ]mihi *J* michi *E* gracia *J* 26. thesaurum *libri* repperiret *DE* 27. *Vers. delet Deenicus: cf. Wagneri diss. p. 30* eam *JFZ* dare *D* 28. eam conpressit *Bothius.* compressit eam *libri* adolescens *D* 29. Isscit *D.* Iscit *E.* Id scit *J* adolescens *DJ* quę *BDEJ* quam sit *(sit del. m. 1) E* compresserit *libri* 30. Illa *(a ex u m. 1) D* nequę *J* compressam *BDEJ* 31. fatiam *E* de proximo *BE.* deproximo *DJ* 32. sibi poscat uxorem *Bothius* idea *J.* id eam *E* fatiam *E* 33. quod ille/// *(a eras. ut vid.) D* compresserat *BDJ.* compresserit *Wagnerus*[1] *V. 34—36 spurios esse putat Langenus 'Beiträge' p. 196* 34. Etenim *Bothius.* Enim *Acidalius* 35. adolescentis *J* illiust *Wagner: cf. Ritschelius Op. phil. vol. II p. 686, Muellerus Pros. Pl. p. 342, Luchsius de gen. p. 50* auunculus *BDEJ* 36. cereris *e* ceteris *B* 37. hęc *(i s. ę) B* utsolet *D* 38. foris *(a s. i) D* nescit *DJ* 39. ]do *J* uult *BD* subruptum *Pareus.* subreptum *BD.* supreptum *E.* surreptum *J*

# ACTVS I

## EVCLIO. STAPHYLA

EVCLIO

Exi, ínquam, age exi: exeúndum tibi hercle hinc ést foras, 40
Circúmspectatrix cum óculis emissíciis.

STAPHYLA

Nam cúr me miseram uérberas?

EVCLIO

Vt mísera sis
Atque út te dignam mála malam aetatem éxigas.

---

40. 41. *Osbernus p. 342:* Emissicius, a, um, ·i· quod cito in diuersis locis emittitur, ut oculus, unde Plautus: 'exeundum ..... emissiciis'
41. *Hunc v. respexit Tertullianus de pallio 3:* 'Chamaeleonti circumspectu emissicii ocelli, immo luminis puncta uertiginant' Circumspectator *Querol. p. 41, 7.* *Eodem pertinent carminis sepulcralis (Meyeri Anthol. 1455) versus hi:* 'Abite hinc pessimi fures | Quid uostris uoltis cum oculis emissitiis?' *Osbernus p. 196*[a]*:* emissicius: qui saepe emittitur. Plautus: 'circumspectatrix ..... emisiciis' *Glossam attulit Loewius Prodr. p. 259 hanc (Mai VI p. 536*[b]*):* oculi emissicii: exstantes uel eminentes 42. *Nonius p. 45, 10:* Verberare non solum a uerberibus dictum est, sed a uerbis. Plautus in Aulularia: 'Nam cur ..... uerberas'

---

*Actus I Sc. 1* EVCLIO SENEX. STAPHILA ANVS *BJ, et B quidem in eadem cum v. 39 linea.* STAPHILA ANVS· EVCLIO SENEX *E. Spat. habet D* 40. xi *cum spat. DE* age *del. Guyctus* tibi hercle hinc est foras *ego, versum duriusculum dubitanter admittens.* hercle tibi hinc est foras *libri.* hercle tibi est *Osbernus.* hercle est tibi *Bothius e Langianis.* hercle est foras *Harius* hercle exeundum hinc est tibi *Kochius Nov. annal. vol. 107 (a. 1873) p. 839: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 263* (hinc tibist foras *vel* herclest tibi)
41. Circum spectatrix *EJ* cum *om. J* cum oculis emissiciis circumspextrix *p. 342 Osbernus* 42. *Post* nam *eras.* me *B* 43. ętatem *B.* etatem *J*

STAPHYLA

Nam quá me nunc causa éxtrusisti ex aédibus?

EVCLIO

Tibi egó rationem réddam, stimulorúm seges? 45
Illúc recede ab óstio: illuc sís uide,
Vt incédit. at scin quó modo tibi rés se habet?
Si hercle hódie fustem cépero aut stimulum ín manum,
Testúdineum istum tíbi ego grandibó gradum.

STAPHYLA

Vtinám me diui adáxint ad suspéndium 50
Potiús quidem quam hoc pácto apud te séruiam.

EVCLIO

At út scelesta sóla secum múrmurat.

---

45. *Nonius p. 381, 10:* Reddere, exponere et dare. Plautus in Aulularia: 'Tibi . . . . . seges' *Cf. 395, 20:* Seges est frumenti fructus . . . . . Plautus Aulularia: 'Tibi . . . . . seges' id est qua stimuli seri *(ita Passeratius:* eripi *libri)* possunt *Servius ad Aen. III 46:* Telorum seges, multitudo. Plautus Aulularia: 'Stimulorum seges' 49. *Nonius p. 115, 1:* Grandire est grandem facere . . . . . Plautus Aulularia: 'Testudineum . . . . . gradum'

50. *Nonius p. 75, 3:* Adaxint, adigant. Plautus Aulularia: 'Vtinam . . . . . suspendium' *Festus Pauli p. 28, 11:* Adaxint: adegerint *Osbernus p. 27:* Augeo componitur adaugeo . . . unde Plautus in Aularia: 'Vtinam . . . . . suspendium' *cf. p. 49*

---

44. nunc *(n s. v.) D* Nam me qua causa *B, unde* causad *Ritschelius Noc. exc. Pl. p. 72, quod ipse reiecit p. 129.* Nam qua me causa *Langiani.* Nam qua nunc causa *Z.* qua nunc causa me *Pylades et Kampmannus De 'Ex' p. 9.* Nam qua me causa ui *Muellerus Pros. Pl. p. 481.* Nam qua me causa hinc *Geppertus.* Nam me qua nunc causa *Camerarius* ex aedibus *B.* his exedibus *EJ.* aedibus *D.* his aedibus *F* 45. Tibi enim *D.* Tibi egon *Wagnerus, recte ut vid.* rationem *B.* racionem *J* 46. Illuc *(ras. s.* uc*) D* recede *ego.* regrede *BDE.* regredere *JE³FZ* abhostio *EJ* *De interpungendi ratione cf. praeter alios Seyffertus Phil. vol. 27 (a. 1868) p. 432: contrariam (*ostio: illuc: sis uide*) def. Gulielmius, Goellerus.* ostio: illuc sis: *Wagnerus*[1] uide ut *Z et editionum pleraeque* 47. Vt cedit *Bothius: cf. v. 46* at scin quomodo *BEJ.* atscinquomodo *D* res *ex* ses *E³* 48. hercle hodie *Studemundus Stud. vol. 1 p. 289. Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 119.* hodie *(et* hercle *s. v. m. 2) B.* hodie hercle *DEJFZ, nisi quod* hodie *(*e *male scriptam expunxit et s. v.* e *add.)* hercle *D.* hercle *Langiani* cepero *BDJ* inmanum *EJ* 49. Testudineum *ex* Testitudinem *ut vid. B.* Testudinem *E.* Testodinem *J* ego tibi *vel* ego tibi istum *Mahlerus de pron coll. p. 24* gradibo *BDEJ.* grandino *libri Non.* 50. dii *Osbernus* adanxint *lib. Nonii.* adauxint *vel* adauxerint *Osbernus.* adassint *Z: corr. Pius* ad suspendiũ *(*iũ *ex* ũ*) B.* adsuspendium *J* 51. aput *J* 52. At *om. Z.* An *F*

Oculós hercle ego istos, ínproba, ecfodiám tibi,
Ne me óbseruare póssis, quid rerúm geram.
Abscéde etiam nunc, étiam nunc.

STAPHYLA

Etiámne?

EVCLIO

Ohe, 55
Istíc adstato. si hércle tu ex istóc loco
Digitúm transuorsum aut únguem latum excésseris,
Aut sí respexis, dónicum ego te iússero,
Contínuo hercle ego te dédam discipulám cruci.
Sceléstiorem me hác anu certó scio 60
Vidísse numquam, nímisque ego hanc metuó male,
Ne mi éx insidiis uérba inprudentí duit
Neu pérsentiscat, aúrum ubist abscónditum:
Quae in óccipitio quóque habet oculos péssuma.
Nunc íbo ut uisam, sítne ita aurum ut cóndidi, 65
Quod mé sollicitat plúrumis miserúm modis.

---

53. 54. *Nonius p. 360, 5:* Obseruare, curiose et suspiciter (suspicienter *Quicheratus*) circum aspicere. Plautus Aulularia: 'Oculos ..... geram' 58. Donicum *hinc excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 241*

---

53. ego tibi *om.* hercle *libri Nonii.* hodie ego *J.* ego *del. Guyetus* improba *libri cum Nonio* ecfodiam *Nonius.* effodiam *BDEJ* 54. Neme *DJ.* De me *E* 55. etiam nunc *alterum om. B* Staph. Etiámne? Eucl. Ohe *Bothius.* etiam ohe *libri.* etiam amplius *Fleckeisenus Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 839* ohe *v. 56 adiungens.* ohe sat est *Kochius eodem loco.* etiam etiam ohe *Seyffertus Ind. phil. vol. IV (a. 1872) p. 392* 56. adstato *Gruterus et Scioppius.* atasto *BD.* at asto *E.* adesto *JFZ* ex Istoc *B.* existoc *J* 57. transuersum *EJ* 58. respexeris *D.* respexeris *EJFZ: corr. Aldina* donicum (*s. v.* p donec) *D.* donec *Z: corr. Hermolaus* 60. Scelestiorem (*s. v.* hoc secum loquitur) *BD* certo *Franckenus.* certe *libri. Cf. Langenus p. 23* scio scio (*prius pallido atramento*) *J* 62. Ne mihi *BEJ.* Nemihi *D* ex *s. v. J* exinsidiis *D* imprudenti *J* duit (i. det *s. v.*) *D.* diut *E* 63. persentiscat (i. sentiat *s. v.*) *D* ubi est *libri* 64. Quę *BDEJ* in occipitio (ti *s. v.*) *B.* inoccipitio *J.* in hoccipitio *E* pessima *BDE* 65. intro ibo *Muellerus Pros. Pl. p. 488* sitne *Pylades.* estne *D.* est ne *BEJFZ. Cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 195* 66. plurimis *BDEJ* *Hoc loco inserit Gulielmius vers. Non. p. 98, 20: at cf. Wagnerus dissert. p. 12*

STAPHYLA

Noenúm mecastor quíd ego ero dicám meo
Malaé rei euenísse quamue insániam,
Queo cónminisci: íta me miseram ad húnc modum
Deciés die uno saépe extrudit aédibus. 70
Nescío pol quae illunc hóminem intemperiaé tenent:
Peruígilat noctes tótas: tum autem intérdius
Quasi claúdus sutor dómi sedet totós dies.
Neque iám quo pacto célem erilis fíliae
Probrúm, propinqua pártitudo quoi áppetit, 75
Queo cónminisci: néque quicquam meliúst mihi,
Vt opínor, quam ex me ut únam faciam lítteram
Longám, meum laqueo cóllum quando obstrínxero.

---

67. Noenum *adfert ex Aulularia gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 242* 75. *Nonius p. 217, 28:* Partitudo et partio feminini. Plautus Aulularia: 'Probrum . . . . . appetit' *Osbernus p. 412:* haec partitudo . . . . . inde Plautus in Amphitrione: 'Proxima partitudo cui competit nequeo conminisci'

---

67. *Erant (Goellerus, Weisius, alii) qui ab hoc versu novam scaenam incipere statuerent* Noenum *Scioppius Susp. l. V, 17.* Noe num (p non *s. v.*) *BD.* Noe num *E.* Nec nũm (ecastor) *J.* Nec nunc *FZ.* Non enim *Langiani* me castor *BDE* ero ego *E.* hero ego *JFZ* 68. Malę *B.* Male *DEJ* quam ue *BEJ* 69. comminisci *BDEJ.* comminiscere *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 839* ille ita me *Muellerus Pros. Pl. p. 683* miseram me *Camerarius, unde* miseram med *proposuit idem Kochius l. s. s* adhunc (n *s. v. B*) *BDJ* 70. Decies *BDJ.* Deties *E* sepe *BDEJ* edibus *E* 71. quę *BEJ.* quē *D* illunc (*s. v.* ·ı· illum) *D* intemperię *J.* intemperie *E* 72. Per uigilat *J* noctaes *D* inter dius *BE* 73. *Post* sedet *ras. D* 74. herilis *BDEJ* filię *EJ* 75. cui *BDEJ, Nonius Vide testimonium Osb.* 76. comminisci *BDEJ* melius est *BDEJ* nec mihi quicquam melius est *Brugmanus l. s. s. p. 33* michi *J* 77. oppinor *E* ex *s. v. B* utunam *ex* uti nam $D^2$. ut utinam *J.* ut longam *Loewius Anal. Pl. p. 208* fatiam *E* uuam faciam aut litteram *Palmerius.* uuam faciam pensilem *Guyetus.* uuam faciam linea (Longa) *Famianus Strada apud Goellerum p. 129* 78. *Vers. delent Guyetus et Loewius: cf. v. 77* Longam *Scutarius.* Longum *BDEJFZ* meum *add. Camerarius. om. libri* mihi *Lambinus. om. libri Cogitavi de* l longum, laqueo *c. q. s.: at sic quoque miro modo haec addita languent: cf. Auson. epigr. 128, 10* obstrinxero *ex* obstrixero *B.* obstrixero *E*

**EVCLIO. STAPHYLA**

EVCLIO

Nunc défaecato démum animo egrediór domo,
Postquám perspexi sálua esse intus ómnia. 80
Redi núnciam intro atque íntus serua.

STAPHYLA

Quíppini?
Ego íntus seruem? an né quis aedes aúferat?
Nam hic ápud nos nihil est áliud quaesti fúribus:
Ita inániis sunt óppletae atque aráneis.

EVCLIO

Mirúm quin tua me caúsa faciat Iúppiter 85
Philíppum regem aut Dáreum, triuénefica.
Aráneas ego mi íllas seruarí uolo.
Paupér sum, fateor, pátior: quod di dánt fero.

---

79. *Nonius p. 454, 22:* Defaecata omnia pura et inturbata et sine sordibus possumus dicere ut uinum si *[ita Quicheratus]* sine faecibus. Plautus in Aulularia: 'Nunc . . . . . domo' 84. *Nonius p. 483, 14:* Quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus . . . . . Plautus Aulularia: 'Nam hic . . . . . quaesti furibus' 84. *Nonius p. 123, 18:* Inanis pro inanitate. Plautus Aulularia: 'Ita . . . . . araneis' 88. *Nescio an huc alludat Ovidius Metam. VIII,*

---

*Act. I Sc. 2* EVCLIO SENEX. STAPHILA ANVS *B in eadem cum v. 78 linea.* EVCLIO SENEX STAPHILA ANVS *E.* EVCLIO STAPHILA *J. om. D sine spatio Scaenam cum priore coniunxit Angelius* 79. unc *c. spat. init. E* defecato *BDEJ, Nonius. super v.* ·ı· puro *D* egredior *B.* egrediar *D* 80. prospexi *DJ* 81. nunc iam *BDJ.* nuntiam *E* Quippini? *Pareus: antea cum v. 82 coniungebatur, quod defendit Langenus p. 123 deleto* an *v. 82.* Quippe nil *JE³FZ* 82. Egon *Wagnerus*[1] intus *ex* mtus *E* anne quis *J.* an nequis *B.* annequis *D* ae des *D.* edes *E* 83. nichil *EJ* aliud *om. Nonius* questi *BDEJ* furius *libri Nonii* 84. inaniis *Pylades.* inanis *libri cum Nonio* oppletę *BJ.* opplete *DE* arantes *libri Non.* 85. me *Camerarius.* nunc me *libri.* nunc *Pylades: cf. v. 86* fatiat *E* iupiter *D* 86. Nunc Philippum *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 85* darieū *D.* dari eum *E.* darium *BJ.* Darium nunc *Muellerus l. s. s.* teruenefica *Harius Cf. Fleckeisenus Nov. Annal. vol. 93 (a. 1866) p. 464 et 536* 87. Araneas *ex* Areneas *E³* ego mi *Mahlerus de pron. p. 24.* mihi ego *BD.* michi ego *EJ* seruam *J* 88. dii *J*

Abi íntro, occlude iánuam: iam ego híc ero.
Caue quémquam alienum in aédis intromíseris. 90
Quod quíspiam ignem quaérat, extinguí uolo,
Ne caúsae quid sit quód te quisquam quaéritet.
Nam si ígnis uiuet, tu éxtinguere extémpulo.
Tum aquam aúfugisse dícito, si quís petet.
Cultrúm, securim, pístillum, mortárium, 95
Quae uténda uasa sémper uiciní rogant,
Furés uenisse atque ábstulisse dícito.
Profécto in aedis meás me absente néminem
Volo íntromitti. atque étiam hoc praedicó tibi,
Si Bóna Fortuna uéniat, ne intromíseris. 100

STAPHYLA

Pol ea ípsa credo ne íntromittatúr cauet:
Nam ad aédis nostras músquam adiit quaquám prope.

*623 sq.:* 'Paupertatemque fatendo | Effecere leuem nec iniqua mente ferendo' 95. *Nonius p. 543, 23:* Mortarium in quo teruntur quae soluenda sunt. Plautus in Aulularia: 'Cultrum . . . . . mortarium' 100. *Mirum ni Cicero Verr. IV 3 § 7 hunc locum respexit:* 'Haec omnia . . . . . Verres abstulit: nullum inquam horum reliquit neque aliud ullum tamen praeter unum peruetus ligneum, Bonae Fortunae, ut opinor. Eam iste habere domi suae noluit'. *Cf. Querol. p. 42, 11:* 'Ipsam Bonam Fortunam clamantem pulsantemque hodie nemo audiat' *Queroli imitationes in posterum mitto*

---

89. hoc (i s. o) *B* 90. inaedis *BD.* inędis *E.* inaedes *J* 91. Quod *BDE.* Quod sisi *J.* Staph. Quid si $E^3FZ$ *(nisi quod* Quod *F)* quis piam *D* quęrat *B.* querat *D.* quęrit *EJFZ* Encl. Extingui $E^3FZ$ 92. Ne (N *ex* H) *BE* causę *BD.* cause *EJ* qd̄ sit *D* quispiam *Z: corr. Pylades* queritet *BDEJ* 93. uiuet *B* extempulo *Camerarius.* extemplo *BDEJFZ* 94. siquis *BDEJ* petat *Brixius Nov. Annal. col. 91 (a. 1865) p. 58 Nonnulli, in eis Pareus, verba* si . . . petet *ad v. 95 retulerunt V. 95. 96 Staphylae dat F: item Hermolaus* 95. ] securim *J* Cul trum *E* pistellum *B* aut mortarium *Bothius* 96. | utenda *J* Quę *BE.* Que *D* 97. atquę *J* ab stulisse *E* 98. ] ofecto *J* inaedis *BD.* inedibus *E.* in aedibus *JFZ* meas me *E.* mae *D.* meis me *JFZ* 99. | olo *J* intro mitti *J* ętiam hoc *D.* hoc etiam *JF* predico *E.* preco *J* 100. furtuna *D* 101. eapse *Bothius* intro mittatur *DJ* 102. ędis *B.* edis *E.* aedes *J* nūquam *D, Gronovius* adit *Bothius ex Lang.* quaquā orope *Pylades.* quāquā prope *DEJFZ.* quāquā ppe ē *B, quod aliter interpretatur Lambinus, aliter Lomanus Spec. litt. p. 20 et Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 433, aliter Vssingius* prope. | St *Wagnerus*

EVCLIO

Tace átque abi intro.

STAPHYLA

Táceo atque abeo.

EVCLIO

Occlúde sis
Forés ambobus péssulis. iam ego híc ero.
Discrúcior animi, quía ab domo abeundúmst mihi. 105
Nimis hércle inuitus ábeo: sed quid agám scio.
Nam nóster nostrae quíst magister cúriae
Diuídere argenti díxit nummos ín uiros:
Id sí relinquo ac nón peto, omnes ílico
Me súspicentur, crédo, habere aurúm domi. 110
Nam uéri simile nón est hominem paúperem
Pauxíllum parui fácere quin nummúm petat.
Nam núnc quom celo sédulo omnis, né sciant,
Omnés uidentur scíre et me benígnius
Omnés salutant quám salutabánt prius. 115
Adeúnt, consistunt, cópulantur déxteras:

---

107. 108. *Pseudo-Asconius ad Verr. act. I 8, 22:* Vtrum legitimos habent omnes tribus diuisores suos quos Plautus magistros curiarum in Aulularia uocat his uerbis: 'Nam ..... in uiros' *e. q. s.*

108. *Nonius p. 43, 7:* Viritim dictum est separatim et per singulos uiros ..... Plautus in Aulularia aliter, sub hac tamen significantia: 'Diuidere ..... in uiros' 116. *Nonius p. 476, 18:*

---

103. *Cf. 102* ]ce *J* Staph. *pers. not. in ras. B* atquę *J* habeo *E* 104. *Post* pessulis *lac. in B: item in E octo litt. spat.* ero *D*

105. Discrutior *E* quia abdomo *BJ.* quia domo *Guyetus. Hermannus Nov. Annal. vol. 35 (a. 1842) p. 191.* quom ab domo *Wagnerus*[1]*: at cf. Muellerus Pros. Pl. p. 281* abeundum est *libri* michi *J* 106. ab eo *B* sed/////// *J.* sed *FZ.* si (siquid *BD*) *BDE* st, quid *Barthius.* nec quid *Scaliger* 107. Nam nobis *Guyetus.* Nam Nestor *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 433* nrę *B.* nr̃ae *D.* nostrę *E.* nr̃e *J* qui est *libri* curię *BEJ* 108. nummos dicit *Pseudo-Asconius* didxit *E* inuiros *E* 109. ]si *J* reliquo *E* 111. ueri simile non est *Pylades. Guyetus.* non est ueri simile *BDEJFZ, nisi quod* uerisimile *J et* similer *ut vid. D* ullum hominem *Muellerus Pros. Pl. p. 519.* homonem *Spengelius T. Macc. Pl. p. 223* 112. Pauxillum *iungit cum* nummum *(gen.) Acidalius* quin *JE*[3]*FZ.* qui *BDE* 113. cum *DEJ. idem s. v. B*[2] *ut vid.* cęlo *EJ* omnes *J* nesciant *BD* 116. Ad eunt *E* dexteras *(e post. s. v. m. 1) J*

Rogitánt me, ut ualeam, quíd agam, quid rerúm geram.
Nunc quó profectus sum íbo: postideá domum
Me rúrsum quantum pótero tantum récipiam.

---

Copulantur, pro copulant, passiuum pro actiuo *(del. haec tria verba Quicheratus).* Plautus in Aulularia: 'Adeunt . . . . . dexteras'. *Cf. p. 479, 25, ubi fere eadem exstant*

---

118. postidea *Camerarius.* post idem *BDEJFZ.* post itidem *Palatinorum nonnulli: cf. Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 433*
119. Merursum *D.* Me rarsum *E*

# ACTVS II

## EVNOMIA. MEGADORVS

EVNOMIA

Velím te arbitrári med haéc uerba, fráter, 120
Meái fidéi tuáique réi
Causá facere, ut aéquomst germánam sorórem.
Quamquam haúd falsa súm nos odiósas habéri:
Nam múltum loquáces merito ómnes habémur
Nec mútam profécto repértam ullam esse hódie 125
Dicúnt mulierem úllo in saecló.
Verum hóc, frater, únum tamén cogitáto,

---

*Act. II Sc. 1 Metra huius scaenae perdifficilis tractavi ut potui: abiectis rationibus quibus et Studemundus (v. 120. 121. 125. 134: cf. de cant. p. 44, 50, 47) et Seyffertus (v. 120. 126. 131. 133. 134: cf. de bacch. p. 44, 30, 20) usi sunt aequabilitati numerorum ante omnia consulendum esse putavi V. 120—152 tractavit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 307* EVNOMIA MVLIER. MEGADORVS SENEX *BEJ, et B quidem in eadem cum v. 119 linea: om. spatio relicto D* 120. elim *c. spat. DE* med *Guyetus: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 35.* me *libri* hęc *BDJ V. 121 coniungitur cum v. 120 in libris* Meai fidei tuaique *Reizius: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 106 et Lachmannus in Lucr. p. 151:* meę fidei tueque *B.* meae fidei tueque *D.* meę fidei tueque *E.* meae fidei tuę *J.* meae fidei tuaeque *FZ* rei *F, Pius.* rei hęc *(s. v.* ł hoc*) B.* rei haec *(s. v.* ł hoc*) D.* rei haec ł hoc *E.* rei hoc *J.* rei hoc uel hoc *Z* 122. aequum est *BDJ.* equum est *E* 123. Quaq *J* haut *E* falsa *(sa s. v.) B* som *E* nos///// *J* 124. omnes *(s s. v.) J* 125. repetam *J* hodie *ex sequentis v. initio huc traxit Reizius.* Hodae *J, ubi v. 125 et 126 coniuncti sunt* 126. *Dedi ex libris: cf. v. 125* ullod *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 62* insecto *BJ.* in seculo *DE* Mulierem dicunt ullo in saeclo *Reizius.* Dicunt ullo in saeclo *Hermannus*

Tibí proxumám me mihíque esse itém te.
Ita aéquomst quod ín rem esse utríque arbitrémur
Et míhi te et tibí me consúlere et monére: 130
Neque óccultum id habéri neque pér metum mussári,
Quin párticipem páriter ego te ét tu me ut fácias.
Eo múnc ego secréto forás te huc sedúxi,
Vtí tuam rem ego técum hic loquerér familiárem.

MEGADORVS

Da mánum mi femina óptuma. 135

EVNOMIA

Vbi eást aut quis east nam óptuma?

MEGADORVS

Tu.

EVNOMIA

Túne ais?

MEGADORVS

Si négas, nego.

---

128. proximam *BDEJ* me *om. J* michi que *J* esse item *Bentleius. Reizius.* item esse *libri* 129. Ita *Taubmannus.* Vt *libri.* Vnde *Harius* aequum est *J.* equum est *BDE* *De* utrique *gen. cf. Luchsius de gen. p. 7* 130. michi *J* me *JE³FZ. om. BDE* 131. *Septen. iamb. agnovit Hermannus* occultatum *D* id habere *J.* haberi id *Reizius* permetum *BJ.* metu *Guyetus* *Cf. de hoc v. dubitationi obnoxio praeter eos quos supra attuli Muellerus Pros. Pl. p. 124* *Ne de tali forma cogites:* id per metum haberi neque *dissuadet certa ratio* 132. te ego et tu *Franckenus* ut *del. Lambinus.* ut facias *del. Ussingius* fatias *E* 133. foras te huc *Hermannus, Muellerus Pros. Pl. p. 184, alii.* te huc foras *libri.* ted huc foras *Bothius, Seyffertus de bacch. p. 20* 134. Vti *Seyffertus de bacch. p. 20:* Vt *libri* rĕm ĕgo *Hermannus et Christius 'Sitzungsber. der bair. Akad., philol. Cl.' 1871 p. 74* tecum hic ego *Franckenus* loquerer *E* 135—152. *Huc usque librorum discriptionem fere secutus sum, id quod a v. 135 usque ad v. 152 rarissime fieri potuit, quorum libri haec praebent initia:* Da mihi, Vbi ea est *(Quis ea EJ)*, Decet, Alia, Aduorsari, Da mihi, Id quod, Soror more, Salutare, Volo te, Quia mihi, Heia *Discriptiones aliorum hac quidem in parte rarius commemorare potui* 135—141. *Discripsi dimetros iamb. clausula iamb. adiecta: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 618*

135. Da manum mi *Muellerus Pros. Pl. p. 618.* Da mihi *(*michi *J) libri.* Manum da mihi *idem Muellerus ibidem* femina optuma *Muellerus ibidem.* optuma femina manum *libri.* optuma *nescio an fuerit* opituma*: cf. C. I. L. I 1016* 136. ea est *libri* aut quis east nam *ego, similes locos secutus.* Quis ea est nam *(*Nam *B) BDJFZ.* Quis ea//// est nam *E.* et quis east nam *Wagnerus.* quis ea namst *Franckenus.* nam quis east *Muellerus Pros. Pl. p. 618* 137. Tu ne *E.* Tu me

EVNOMIA

Decet te équidem uera próloqui.
Nam optúma nulla potest éligi:
Alia ália peior, fráter, est. 140

MEGADORVS

Idem ego árbitror,
Néc tibi aduorsári certumst dé re istac umquám, soror.

EVNOMIA

Da óperam, amabó.

MEGADORVS

Tuast: útere atque ínpera,
Sí quid uis.

EVNOMIA

Íd quod in rém tuam esse óptumum
Árbitror, te íd monitum aduénto. 145

MEGADORVS

Sorór, more tuó facis.

EVNOMIA

Factúm uolo.

MEGADORVS

Quid ést id,
Sorór, quod uenís?

---

*Pius, Hermannus* negas *(s s. v.) BJ* 138. decet equidem *J, Pylades.* decet quidem *Ritschelius Proleg. p. 77.* d. te quidem *Bothius* 139. *Versus suspectus* nulla eligi potest *Bothius* Nam nulla potis est eligi *Hermannus* egigi *(gi exp. et* li *supraser.) D* 141. Idem ego istuc arbitror *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 119* 142. Aduorsari *(s ex* a*) D* certum est *libri* de re istac *Wagnerus*[1]. de istac re *libri, nisi quod* istaec *B et* deistac *D.* me de istac re *Wagnerus*[2]. de istac re me *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 119.* de istac red *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63* soror quid uis *JFZ: idem eras. et denuo scriptum E: cf. v. 144* *V. 143—145 ita disponit Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 119 (cf. Pros. Pl. p. 766):* E. Da mi óperam amabo | M. Tuást. utere átque imperá si quid mé uis | E. Íd quod in rém tuam esse árbitror óptumum | Te id mónitum aduento *Cf. Seyffertus de bacch. p. 31 et Studemundus de cant. p. 26* 143. Da—atque *in ras. D* Da *Hermannus in exemplari.* Da mihi *libri* Tuastutere *BD.* tu astu tere *E.* tu astute re *J* impera *BDE.* imperasis *JF: cf. v. 142 et 144* 144. Si quid uis *om. JF: cf. 142 et 143* esse optumum *Hermannus.* optumum esse *libri* 145. *An* aduenio ? 146. *Anapaestos discribit Muellerus l. s. s. (*facta*)* factum *Camerarius.* facto *B.* facta *DEJFZ* *Vers. exp. Franckenus* 147. Quod uenis *addidi: om. libri* *Cf. Muellerus l. s. s.*

EVNOMIA

Quod tibí sempitérnum
Salútare sít.

MEGADORVS

Liberís procreándis?

EVNOMIA

Ita dí faxint: uolo te úxorem
Domum dúcere.

MEGADORVS

Ei occidís.

EVNOMIA

Quid ita? 150

MEGADORVS

Quia mí misero cerebrum éxcutiunt
Tua dícta, soror: lapidés loqueris.

EVNOMIA

Heia, hóc face quod te iúbet soror.

MEGADORVS

Si lúbeat faciam.

EVNOMIA

In rem hóc tuamst.

---

148. sit. Meg. *(*Meg. *om. libri)* Liberis procreandis *scripsi: ex in. orat. conicit iocose Meg. quod saepe audiverat: neque enim possunt v.* Salutare—ducere *Eunomiae dari cum Heraldo (cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 2, Bothius ad h. v.) neque probabile est verba esse transponenda (*Meg. Ita di faxint. Eun. Liberis procreandis *e. q. s., ut voluit Lambinus) neque denique cum Franckeno verba* Ita di faxint *aut cum Bothio* Lib. procr. *commode expunguntur V. 149—152 anapaestos esse intell. Weisius, Brixius, Wagnerus, ex parte iam Bothius* 149. *Eun. quae dedi (*Ita—faxint*) libri Meg. attribuunt* Ita—faxint *in ras. E* Eun. Volo *libri* 150. Ei *libri, non* heia occidis *Weisius. Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 70.* occidi *libri* 151. mihi *BDE.* michi *J* excuciunt *B* 152. lapidis loque[ *J V. 153—160 proprio esse metro compositos vidit Reizius: cf. Hermannus de metr. p. 170, Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 199, Studemundus de cant. p. 27: errat Hermannus Elem. d. m. p. 454. Alios esse interpositos versus nec Studemundo de cant. p. 44 (cf. 'Festgruss' p. 53) neque Muellero Pros. Pl. p. 390 et Add. p. 119 neque Fleckeiseno Nov. Annal. vol. 95 (a. 1867) p. 631 neque Wagnero aut Franckeno facile concesserim. Verba ex parte misere corrupta* 153. Heia *(a s. v.) D.* Eia *J* te *del. Reizius* iubeat *EJ* fatiam *E Cf. Fleckeisenus l. s. s.* 154. hoc tuam est *libri, nisi quod* hoc *ex* ob $E^3$ ut prius quidem quam ducam emoriar *Hermannus.* ut quidem emoriar prinsquam ducam

MEGADORVS

Vt quídem prius quam dúcam emoriar.
Sed * * * * * si his légibus quam dáre uis, ducam: 155
Quae crás ueniat, peréndie forás feratur.
His légibus cedo, núptias, sorór, adorna.

EVNOMIA

Cum máxuma possúm tibi, fratér, dare dote:
Sed est grándior: nam múlieris est aétas media.
Eam sí iubes, fratér, tibi me póscere, poscam. 160

MEGADORVS

Núm non uis me intérrogare te?

EVNOMIA

Ímmo si quid uís, roga.

MEGADORVS

Póst mediam aetatém qui media dúcit uxorém domum,

---

156. *Osbernus p. 160:* Perendie . . . . . unde Plautus: 'Quae cras ueniet . . . . . soror' 162—164. *Festus p. 238:* Postumus cognominatur post patris mortem natus. Plautus in Aulularia: 'Post . . . . . Postumus'

---

*duplici mendo libri: versus nondum sanatus vix poterit facili medela restitui* 155. *Om. DEJFZ errore* (ducam) *ut puto* *Versus lacer est: aut deficit initium aut post* Sed *nonnulla interciderunt* si his legibus *ego.* his legibus si *libri* *Versum glossema esse v. 157 putat Bothius, nil praeter* Sed *esse sanum, reliqua glossemati cessisse Franckenus*

*Cf. Studemundus de cant. p. 44* 156. Quę *BDEJ* trans *J* p *ante* perendie *del.* $E^3$ foras feratur *Reizius.* foras feratur soror *libri.* foras efferetur soror *Osbernus.* foras ecferatur *Muellerus Add. p. 119.* foras, soror, feratur *Bothius.* *Versus 157 initio adnectunt* soror *Muellerus l. s. s., Franckenus* 157. *Cf. v. 156* legibus *Ussingius.* legibus quam dare uis *libri.* legibus si quam uis *Bothius* cędo *B* soror, adorna *scripsi* soror *ex v. 156 recipiens.* adorna *BEJFZ.* adhorna *D* *Cf. Fleckeisenus l. s. s. p. 631* 158. Cum *Gruterus.* *Brixius ad Capt. v. 199.* Quam *libri.* Quom *Loewius Anal. Pl. p. 212* maxima *BD.* maximam *EJ* tibi dare frater *D.* tibi dare frater *EJ.* dare tibi frater *F* dotem *E.* doce *J* 159. *Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 390 et Fleckeisenus Nov. Ann. vol. 95 (a. 1867) p. 632, qui nil esse genuinum suspicatur praeter haec:* sed aétas mediast múlieris es *Bothius* grandior: nam *ego.* grandior natu *libri* mulieris est aetas media *Bothius.* media ē mulieris aetas (ętas *E*) *libri* 160. si iubes me poscere, frater, tibi poscam *Mahlerus de pron. p. 29 cum Fleckeiseno l. s. s. p. 632* 161. Num nonuis *D.* Num neuis *Harius: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 249.* Noenum uis *Scaliger* 162. ętatem *BE* mediam $JE^3FZ$, *Festus* domum (o *ex* a) *D*

Si eám senex anúm praegnantem fórtuito fécerit,
Quíd dubitas, quin sít paratum nómen puero Póstumus?
Núnc ego istum, sorór, laborem démam et deminuám tibi. 165
Égo uirtute deum ét maiorum nóstrum diues súm satis.
Ístas magnas fáctiones, ánimos, dotes dápsiles,
Clámores, impéria, eburna uéhicla, pallas, púrpuram,
Níl moror quae in séruitutem súmptibus redigúnt uiros.

EVNOMIA

Díc mihi, quaeso, quís east quam uis dúcere uxorem?

MEGADORVS

Éloquar. 170
Nóuisti hunc senem Eúclionem ex próxumo paupérculum?

---

164. *Osbernus p. 267:* Humus componitur hic posthumus ..... unde Plautus in Aularia: 'Quid ..... posthumus' 165. *Nonius p. 278, 17:* Degere est etiam minuere. Plautus in Aulularia: 'Nunc ..... tibi' 167. *Nonius p. 304, 23:* Factio ..... significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem ..... Plautus in Aulularia: 'Istas ..... dapsiles' 170. *Priscianus Instit. XIII, 13 (II p. 8, 21 H.):* 'Quis' etiam communis esse generis putauerunt uetustissimi ..... Plautus in Aulularia: 'Dic ..... uxorem' *Schol. Pers. III, 89:* Sodes, id est sodalis, aut antiquae affectationis est adeo ut soluto eo quidam usi sint ut Plautus, qui per solutionem sic ait: 'Dic mihi ..... uxorem'

---

163. senex *(x ex m m. 3) E* pregnantem *BDEJ* fortuito *DEJFZ, Festus.* fortuitu *B, quod multis probatur* fecerit *(it ex at m. 3) E* 164. quid sit *(d exp. et n s. v.) B* his nomen pueris *Festus* puero nomen *Osbernus* posthumus *Osbernus.* postumae *Festi cod.:* postumi *Ursinus: probat Lambinus* 165. degam $E^3FZ$ *ex Nonio* diminuam $JE^3$ 166. *Redit hic v. Capt. II 2, 74, ubi ferri cum non posse docuit Ritschelius Opusc. phil. II p. 283* nostrum *(ut in Capt.) Gruterus. Bentleius.* nostrorum *libri De* dis *cogitavit ante Muellerum Pros. Pl. p. 308 Gruterus* 167. animos *om. Nonius* dapsilas *Nonius* 168. imperia///// *(erasa* e*) B* eburna *Guyetus.* eburata *BDEJFZ* uehicula *(ante* ue *ras. B) BDE: om. J* eburata uehicla imperia *Goellerus* purpuram *(*m *ex* s*) D* 169. Nihil *BD.* nichil *EJ* que *BEJ.* que *D* inseruitutē $JE^3FZ$. inseruitutū *B.* in seruitutum *DE* sumptibus *om. Z: add. Pius* rediguntur *BDE (in E* ur *eras.)* 170. *Pers. add. Pius: om. libri* michi *J* queso *BDE.* queso *J.* si audes *Priscianus. schol. Persii: def. Vossius de anal. IV, 28.* sodes *Bothius* quis] quae *schol. Pers.* ea est *libri cum Persii scholiasta et Prisciano* quãuis *ex* quiuis *D* ducere uis *schol. Persii Eun. pers. inserunt libri: corr. Pius* 171. Nouisti *Camerarius.* Nouistin *libri, nisi quod* No ũistin *D.* nostin *Pal. VI. neque* hunc *neque* senem *tollere audeo* ex proximo *BDE.* exproximo *J*

EVNOMIA

Nóui hominem haud malúm mecastor.

MEGADORVS

Éius cupio fíliam
Vírginem mihi désponderi: uérba ne faciás, soror.
Scío quid dicturá 's: hanc esse paúperem: haec paupér placet.

EVNOMIA

Dí bene uortant.

MEGADORVS

Ídem ego spero.

EVNOMIA

Númquid me aliud uís?

MEGADORVS

Vale. 175

EVNOMIA

Ét tu, frater.

MEGADORVS

Égo conueniam iam Eúclionem, sí domist.
Séd eccum uideo: néscio unde sése homo recipít domum.

---

## EVCLIO. MEGADORVS

EVCLIO

Praésagibat mi ánimus frustra me íre, quom exibám domo.
Ítaque abibam inuítus: nam neque quísquam curiálium

---

178. *Cicero de divin. I 31, 65:* Neque enim illud uerbum *(i. e.* praesagire*)* temere consuetudo adprobauisset, si ea res nulla esset omnino 'Praesagibat . . . . . domo'

---

172. *Megadori pers. praef. libri: corr. Pius* haut *E* me castor *libri, nisi quod* ////e castor *B* *Ante* Eius *pers. spat. BD. om. EJZ: corr. Pius* 173. fatias *E* 174. dictura es *libri, nisi quod* ductura es *J* hęc *E.* hec *J* placere *J* 175. Dii *J* uertant *BE.* ueriant *D* Id ē *E* Numquid me aliud *ego.* Quid *(*quod *EJ)* me nunc quid *libri.* Numquid nunc me *Muellerus Pros. Pl. p. 546 inter alia.* Quid? me numquid uis *Scioppius* 176. conueniam iam *Guyetus.* conueniam *libri.* conuenero *inter alia Muellerus Pros. Pl. p. 546* domi est *libri* 177. uideo *add. Klettius Exerc. Ter. p. 21: om. libri* se se *E* nunc homo *Pylades.* tam propere *Wagnerus*[1]. curriculo *Muellerus Pros. Pl. p. 546*

*Act. II sc. 2* EVCLIO. MEGADORVS SENES DVO. *(*II · *E)* *BEJ: om. spatio relicto D* 178. raesagibat *c. spat. D.* resagibat *c. spat. E.* presagibat *J* mihi *BD.* michi *EJ. om. Cicero* cum *libri* exibam *ex* exigebam *ut vid. B.* exirem *Cicero* 179. quisq. *D*

Vénit neque magíster quem diuídere argentum opórtuit. 180
Núnc domum properáre propero: nam égomet sum hic, animús domist.

MEGADORVS

Sáluos atque fórtunatus, Eúclio, sempér sies.

EVCLIO

Dí te ament, Megadóre.

MEGADORVS

Quid tu? récten atque ut ús uales?

EVCLIO

Nón temerariúmst, ubi diues blánde appellat paúperem.
Iam íllic homo aurum scít me habere, eo mé salutat blándius. 185

MEGADORVS

Áin tu te ualére?

EVCLIO

Pol ego haud pérbene a pecúnia.

MEGADORVS

Pól sist animus aéquos tibi, sat hábes, qui bene uitám colas.

EVCLIO

Ánus hercle huic indícium fecit de aúro: perspicué palamst.
Quoí ego iam linguám praecidam atque óculos effodiám domi.

MEGADORVS

Quíd tu solus técum loquere?

EVCLIO

Meám pauperiem cónqueror. 190

---

181. properare *ex* properabo *D.* properabo propere *Franckenus* ego met *EJ* domi est *libri* 182. Saluus *BDEJ* 183. Dii *J* *Inter* te *et* ament *maius spat. B* Quin *J* recten *ex* retten *ras. B* ut *om. D* 184. temerarium est *libri* 185. ]illic *J* *Ante* lam *pers. nom. eras. B* Nam *Geppertus Trinummi c. 185²* scit me *Bothius.* me scit *(ex* me sciet *J) libri* 186. Ain *(in m. 3 in 3 litt. spat.) E* tute *B* haut *E* perbene a pecunia *Guyetus.* apecunia perbene *BDJFZ.* apeccunia perbene *E* 187. si est *libri* aequus *BDJ.* equus *E* tibi *del. Reizius, Bentleius ceteris seruatis* sat habes *Harius.* satis habes *libri.* habes sat *Bothius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 189* bene *del. Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840* colis *D* 188. hunc *E.* hoc *JFZ: corr. Hermolaus* inditium *BE* palam est *libri* 189. Cui *libri* precidam *J* effodiam *(e ex o) B* ///domi *J* 190. loquere *et* conqueror *E*

Vírginem habeo grándem, dote cássam atque inlocábilem,
Néque eam queo locáre quoiquam.

MEGADORVS

Táce: bonum habe animum,
Eúclio:
Dábitur: adiuuábere a me: díc, si quid opust, ímpera.

EVCLIO

Núnc petit, quom póllicetur: ínhiat aurum ut déuoret.
Áltera manú fert lapidem, pánem ostentat áltera. 195
Némini credó qui large blándust diues paúperi.
Ýbi manum inicít benigne, ibi ónerat aliquam zámiam.
Égo istos noui pólypos qui ubi quícquid tetigerúnt tenent.

MEGADORVS

Dá mi operam parúmper: paucis Eúcliost quod té uolo
Dé communi re áppellare mea ét tua.

EVCLIO

Ei miseró mihi. 200

---

191. 192. *Varro de l. l. V, 14 p. 6 M.:* Ut nunc dicunt collocatum, ueteres id dicere solitos adparet apud Plautum: 'Filiam . . . . . cuiquam' 191. *Nonius p. 45, 12:* Cassum ueteres inane posuerunt . . . . Plautus Aulularia: 'Virginem . . . . . illocabilem' *Idem p. 340, 22:* Locare, marito dare. Plautus in Aulularia: 'Virginem . . . . . illocabilem' 197. *Osbernus p. 631:* Et haec zamia . . . . . Plautus: 'Ubi . . . . . zamiam' 199. *Nonius p. 529, 5:* 'Da mihi . . . . . uolo'

---

191. ]ginem *J.* filiam *Varro* cassa dote *Varro* inlocabili *cod. Varr.* illocabilem *J et cod. Non. plerique* *Ab hoc inde v. usque ad 605 deficit E: supplevit man. saec. XV, cuius scripturas omisi* 192. ]eam *J* cuiquam *BDJ, Varro* bonum animum habe *D.* habe bonum animum *Muellerus Pros. Pl. p. 209* 193. ]adiuuabere *J* adiubabere (be *m. 2 s. v.*) *B.* adiubabere *D* ame *BJ* opus est *libri* impera *libri* 194. cum *libri* 195. ]tera *J* 196. blandus est *libri* 197. honerat *J.* ornat *Bosius. Bentleius. Franckenus* onerat ibi *Osbernus* aliqua zamia *Guyetus: idem def. Langenus p. 124* 198. ]istos *J* pol ypos *BD* qui ubi *Hermolaus.* qui uibi *BD.* quin ibi *JFZ.* qui sibi *Gruterus* quidquid *B.* quid *Pylades.* quidque *Gronovius, Peningsdorf de 'Quisque' p. 27: at cf. Lorenzius ad Most. 831* tetigerint *B: cf. Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 14* 199. mihi *BD.* michi *J* euclio est *libri* parumper si opera est Euclio id quod te uolo *Nonius* 200. ]muni *J* De communire *B.* Decommuni re *D* michi *J*

Aúrum mi intus hárpagatumst. múnc hic eam rem uólt, scio,
Mécum adire ad páctionem: uérum interuisám domum.

MEGADORVS

Quó abis?

EVCLIO

Iam huc ad té reuortar: námst quod inuisám domum.

MEGADORVS

Crédo edepol, ubi méntionem ego fécero de fília,
Mi út despondeát, sese a me dérideri rébitur. 205
Néque illo quisquamst álter hodie ex paúpertate párcior.

EVCLIO

Dí me seruant, sálua res est: sáluomst, si quid nón perit.
Nímis male timuí. priusquam intro rédii, exanimatús fui.
Rédeo ad te, Megadóre, si quid mé uis.

MEGADORVS

Habeo grátiam.
Quaéso quod te pérconiabor, ne íd te pigeat próloqui. 210

EVCLIO

Dúm quidem ne quid pérconteris, quód mi haud lubeat próloqui.

---

201. *Osbernus p. 22:* Areo . . . . . haec area . . . . . unde Plautus in Aularia: 'Aurum . . . . . harpagatum'

---

201. mihi *BD.* michi *J* harpagatum est *libri.* arapagatum est *Osbernus* 202. adpactionem *BJ* 203. Quonam *Acidalius.* Quod *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 80* Iam huc *Wagnerus.* Iam *libri.* lamiam *Bothius. Cf. Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 102, ubi inter alia* Iam ego *proponitur* adte *BJ* reuortor *(pr.* o *ex* e *ut vid.) D.* reuortar *(r ult. s. v.) J Ante* nam *ras. J* nam est *libri.* namque est *Acidalius et cod. deter.* inuisam *Ritschelius l. s. s.* uisam *libri.* uisam ad me *Muellerus l. s. s. Quamquam suspicor* uisam domum *male esse repetita*
204. defilia *DJ* 205. Mihi *BD.* Michi *J* ame *BDJ Post h. v. lacunam indicat Wagnerus* 206. quisquam est *libri* expaupertate *J* partior *BD* 207. Dii *J* saluare c̄ *BD* saluum est *libri* siquid *BDJ Librorum scripturam non expedio:* saluomst si quid, non perit *Franckenus.* saluomst si quid comperit *Vahlenus Hermae vol. X (a. 1875) p. 460.* salua mist *vel* saluos sum quia *Schoellius Anal. Pl. p. 29.* saluomst signum: nil perit *ipse ibidem p. 79*
208. introredi *B.* intro redi *D* examinatus *J* 209. adte *BJ* siquid *D* hebeo *D* graciam *J* 210. ]so *J* Queso *B.* Queso *D* 211. *Pers. om. Z: corr. Scutarius* nequid *BDJ* quod mi haud *Seyffertus Stud. Pl. p. 4.* quod mihi non *libri.* quod non *Guyetus. Reizius* lubeat loqui *Camerarius* Dum quidem ne quod perconteris mihi non lubeat proloqui *Wagnerus*[1] *adn.*

MEGADORVS

Díc mihi, quali me árbitrare génere prognatúm?

EVCLIO

Bono.

MEGADORVS

Quíd fide?

EVCLIO

Boná.

MEGADORVS

Quid factis?

EVCLIO

Néque malis neque ínprobis.

MEGADORVS

Aétatem meam scís?

EVCLIO

Scio esse grándem item ut pecúniam.

MEGADORVS

Cérte edepol equidém te ciuem síne mala omni málitia 215
Sémper sum arbitrátus et nunc árbitror.

EVCLIO

Aurum huíc olet.

Quíd nunc me uis?

MEGADORVS

Quóniam tu me et égo te qualis sís scio:
Quaé res recte uórtat mihique tíbique tuaeque fíliae,
Fíliam tuám mi uxorem pósco: promitte hóc fore.

EVCLIO

Heía, Megadore, haúd decorum fácinus tuis factís facis, 220
Vt inopem atque innóxium abs te atque ábs tuis me inrídeas.

---

213. *Nonius p. 454, 30: (Praecedit testimonium ad v. 215)* Adeo ut improbum postposuerit *(ita Quich.,* proposuerit *vulgo)* malo, quod leuius putatur in eadem: 'Quid factis . . . . . inprobis' 215. *Nonius p. 454, 27:* Malitiam ueteres ut dolum mediam ponendam esse duxerunt, quasi sit et bona. Plautus in Aulularia: 'Certe . . . . . malitia'

---

212. michi *J* 213. factis *(c s. v.) D* improbis *BDJ, Nonius* 214. itidem *JFZ* 215. acerto *Nonius* sine omni mala etiam malitia *Z* malicia *BDJ* 216. sum ratus *Z* 217. meuis *D* tume *B* 218. Quę *BDJ* uertat *BD* michique *J* tueque *D.* tueque *J* filię *BJ.* familiae *Bentleius* 219. mihi *BDJ* . 220. *Meg. pers. praem. Z: corr. Pius* Ei *J* 221. abste *BDJ* abstuis *DJ.* abstu////is *(t eras.) B* inrideas *ex* irrideas *D.* irrideas *J*

Nám de te neque ré neque uerbis mérui, ut faceres quód facis.

MEGADORVS

Néque edepol ego té derisum uénio neque derídeo:
Néque dignum arbitrór.

EVCLIO

Cur igitur póscis meam gnatám tibi?

MEGADORVS

Vt propter me tíbi sit melius míhique propter te ét tuos. 225

EVCLIO

Vénit hoc mi, Megadóre, in mentem, téd esse hominem díuitem,
Fáctiosum me aútem esse hominem paúperum paupérrumum.
Núnc si filiám locassim meám tibi, in mentém uenit,
Té bouem esse et me ésse asellum: ubi técum coniunctús siem,
Vbi onus nequeam férre pariter, iáceam ego asinus ín luto: 230
Tú me bos magis haúd respicias, gnátus quasi numquám siem.
Ét te utar iníquiore et méus med ordo inrídeat.
Neútrubi habeam stábile stabulum, sí quid diuortí fuat.
Ásini mordicús me scindant, bóues incursent córnibus.

---

233. *Osbernus p. 621:* Componitur etiam alterutrum . . . . . et inde neutrubi . . . . . Plautus: 'Neutrubi . . . . . stabulum' 234. *Nonius p. 139, 31:* Mordicitus *(ita Scioppius:* mordicibus *libri)* et mordicus pro morsu, morsibus. Plautus Aulularia: 'Asini . . . . . cornibus' *Cf. Osbernus p. 338*

---

222. dete *B* uti *DJFZ: corr. Pylades* 223. egote *DJ* ueni *Wagnerus*[1] *coll. Trin. c. 448: eodem iure scribes* aduenio deridero *J* 225. michique *J* 226. in m[ *J* mihi *BD.* michi *J* immentem *BD* in mentem Megadore *Z* ted *Acidalius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 42.* te *libri* homonem *Spengelius T. Macc. Pl. p. 229* 227. me autem *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* me item *libri.* item me *Scaliger* pauperrimum *libri* 228. tibi meam *D* 229. me asellum *Langiani, unde* med asellum *Bothius* tecum ubi *Eugerus de pros. p. X* 230. honus *BDJ* portare *Z* inluto *BD* 231. magis *s. v. D* haud magis *Z et editorum plerique* respicis *D* numquam *ex* nunquam *D* 232. meus med ordo *Acidalius: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 36 et Opusc. phil. vol. II p. 121.* meus me ordo *libri.* me meus ordo *Lomanus Spec. crit. p. 21, Muellerus Pros. Pl. p. 278, alii.* ordo meus me *idem Muellerus ibidem* irrideat *BJ.* irrideant *D* 233. Ne ut rubi *B.* Ne ut rubi *D.* neutrobi *J* habeo *Osbernus* diuorti *F, Pius.* deuorti *BDJZ* 234. mordicus me *Bentleius, Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 248 et Proleg. p. 151.* me mordicus *libri.* me mordicibus

Hóc magnumst perículum, ab asinis ád boues transcéndere. 235

MEGADORVS

Quam ád probos propínquitate próxume te adiúnxeris,
Tam óptumumst: tu cóndicionem hanc áccipe; auscultá mihi
Átque eam mihi despónde.

EVCLIO

At nihil est dótis quod dem.

MEGADORVS

Né duas.
Dúm modo moráta recte uéniat, dotatást satis.

EVCLIO

Eó dico, ne mé thensauros répperisse cénseas. 240

MEGADORVS

Nóui: ne doceás. desponde.

EVCLIO

Fíat: sed pro Iúppiter,
Num égo disperii?

MEGADORVS

Quíd tibist?

EVCLIO

Quid crépuit quasi ferrúm modo?
Nímirum occidór nisi ego intro huc própere propero cúrrere.

---

237. *Nonius p. 240, 11:* Accipere admittere. Plautus in Aulularia: 'Optumumst . . . . . accipe' 239. *Nonius p. 434, 1:* Morata, quod est morigera . . . . . Plautus Aulularia: 'Dum modo . . . . . satis'

---

*cod. Nonii.* me mordicitus *Gruterus: cf. Ritschelius l. s. s.* incursent *ex* incursant *J* 235. magnum est *libri* ab asinis *Camerarius. Bentleius.* me abasinis *BJ.* me ab asinis *D.* ab asinis me *Meursius, Guyetus, Ritschelius Prol. p. 151* adboues *BJ* 236. adprobos *J* proxime *BD* 237. optimum est *BDJ.* optumus *Nonius* conditionem *B, Nonius* michi *J In marg.* ꝑ dederis $D^2$, *quod ad v. 238 spectat* 238. mihi desponde *Harius.* desponde mihi (michi *J*) *libri.* desponde mi *Bothius.* desponde *Pareus* nil *J.* nichil $J^2$ quidem *JFZ* Neduas *BD. idem ut vid. J* 239. dotata est *libri, Nonius* 240. Eo//////dic/one me *(punct. post* e *rubr.) B.* Eodico ne me *D.* Eodico neme *J* thesauros *BJ.* thesaurum *Z* 241. Nouine doceas *BD.* Noui nedoceas *J.* 242. Non *Z:* Nunc *Muellerus Pros. Pl. p. 305* tibi ē *libri.* est *Weisius (simul cum* non*)* Quid *ex* Quod *rubricator B.* Quod *Ussingius (deleto interrog. signo)* 243. *Versum huc retraxit qui est in libris 393 Ritschelius*

MEGADORVS

Híc apud me hortúm confodere iússi. sed ubi hic ést homo?
Ábiit neque me cértiorem fécit: fastidít mei. 245
Quía uidet me súam amicitiam uélle, more hominúm facit.
Nám si opulentus ít petitum paúperioris grátiam,
Paúper metuit cóngrediri. pér metum male rém gerit.
Ídem quando occásio illaec périit, post seró cupit.

EVCLIO

Si hércle ego te non élinguandam dédero usque ab radícibus, 250
Ínpero atque auctór sum, ut tu me quoí uis castrandúm loces.

MEGADORVS

Vídeo hercle ego ted árbitrari me, Eúclio, hominem idóneum,
Quém senecta aetáte ludos fácias, haud meritó meo.

EVCLIO

Néque edepol, Megadóre, facio néque, si cupiam, cópiast.

MEGADORVS

Quíd nunc? etiam míhi despondes fíliam?

EVCLIO

Illis légibus, 255

---

245. *Nonius p. 496, 15:* Genitiuus casus positus pro accusatiuo . . . . . Plautus Aulularia: 'Abiit . . . . : mei'

---

*Prol. p. 130: delent Ussingius et Langenus p. 136: Plautinae certe vix est aetatis* propere *(sup.* re *m. rec.* o*) D. om. JFZ, unde profectus Bentleius ad Heaut. I 1, 20 senarium restituit* 244. hortum *(*r *e corr.) D.* hortum *(*h *add. m. 2) J* confodire *Scaliger, Bothius* hic est *FZ.* hinc est *BDJ.* hinc eit *Gruterus. Fleckeisenus Ex. cr. p. 9: at cf. Nov. Annal. vol. 61 (a. 1851) p. 25 et Kochius ibidem vol. 107 (a. 1873) p. 840* 245. neque *J* me *om. nonnulli codd. Nonii* 247. opulentus it *ex* opulentu sit *B.* opulento sit *JFZ: corr. Hermolaus* pauperiores *(add. s.* es *m. 2* i*) J* graciam *J* 248. congrediri *Acidalius. Scaliger.* congredi *libri* 249. occasio illaec *Harius. Bothius.* illaec occasio *B.* illec occasio *JFZ.* illex occansio *D* periit *Pylades.* perit *BDJFZ* fero *D* 250. abradicibus *B* 251. Inpero atque auctor sum *ego.* Impero auctorque sum *libri.* Impero, auctor sum *Wagnerus*². Imperoque auctorque sum *Bothius.* Auctor sum imperoque *Goellerus.* Impero auctorque ego sum *Guyetus* tu *s. v. B*²*: om. DJFZ* cuiuis *DJ.* cui *(ras. s.* cui *:* uis *add. m. 2) B* quoiuis homini *Wagnerus* 252. ego hercle *Muellerus Pros. Pl. p. 547* ted arbitrari me *Bothius.* te me arbitrari *JZ.* te ////// arbitrari *D.* me arbitrari *B.* me arbitraris *Muellerus l. s. s.* med arbitraris *Franckenus* ydoneum *D* 253. senecta *ex* senecte *D* merito merito *D* 254. edepol *B* copia est *BDJ* 255. Quid nunc? *sic interpunxit Acidalius* michi *J.* mihi *s. v. D*

Cúm illa dote quám tibi dixi.

MEGADORVS

Spónden ergo?

EVCLIO

Spóndeo.

MEGADORVS

Dí bene uortant.

EVCLIO

Íta di faxint: íllud facito ut mémineris
Cónuenisse, ut né quid dotis mea ád te adferret fília.

MEGADORVS

Mémini.

EVCLIO

At scio quo uós soleatis pácto perplexárier:
Páctum non pactúmst, non pactum páctumst, quod uobís lubet. 260

MEGADORVS

Núlla controuérsia mihi técum erit: sed núptias
Hódie quin faciámus num quae caúsast?

EVCLIO

Immo hercle óptuma.

MEGADORVS

Íbo igitur, parábo. numquid mé uis?

EVCLIO

Festina ét uale.

---

256. illa *in ras. B* 257. *Euclioni dant libri: corr. Angelius* Di *Pylades.* Istuc di *libri* (dii *J*) uertant *BDJ* Ita di (dii *J*) *(quod Meg. dant libri: corr. Angelius) del. Guyetus, quem contra cf. Langenus Mus. Rhen. vol. XII (a. 1857) p. 431 et Seyffertus Stud. Pl. p. 2* Euclio. Illud *libri: corr. Angelius* scito *B.* facito *s. v. B*[2] illud memineris *Wagnerus*[1]. *Reizius: at cf. Seyffertus l. s. s.* 258. nequid *BDJ* dotis (s *s. v.) J* adte *BJ* afferret *B.* afferat *JFZ.* auferret *D* 259. uos quo *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 260* pacto soleatis *Z* perplexarier (l *s. v.) B* 260. pactum est *bis BDJ* quod *esse* quoad *plerique putant.* quoad *Franckenus.* quom *Muellerus Add. Pros. Pl. p. 33* 261. michi *J* 262. num quę causa c̃ *B.* numquae causa c̃ (ae *ex* a) *D.* numquae causa c̃ *J.* numquae causa *Harius* immo hercle *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 4* immo edepol (ędepol *B) libri* immo *vel* edepol *omitti posse censet Ussingius* optume *F, Brixius l. s. s.* 263. meuis *corr. in* uis me *litteris* a b *positis B.* uis me *Reizius. Ussingius.* uis *Guyetus* Festina et *ego.* Istuc fiet (siet *J) libri.* Eu. Istuc. Meg. Fiet: uale *Acidalius.* Eu. Istuc. Meg. Sic uale *Wagnerus*[2]. Eu. Istuc.: i et *Muellerus Pros. Pl. p. 550.* Eu. Stuc. Meg. Fiet *Brandtius de gen. p. 10 secutus Wagnerum*[1]

MEGADORVS

Heús, Strobile, séquere propere me ád macellum strénue.

EVCLIO

Íllic hinc abiit. di ínmortales, óbsecro, aurum quíd ualet. 265
Crédo ego illum iam inaúdiuisse míhi esse thensaurúm domi:
Íd inhiat, ea affínitatem hanc óbstinauit grátia.

---

## EVCLIO. STAPHYLA

EVCLIO

Vbi tu's quae debláterauisti iám uicinis ómnibus
Meaé me filiaé daturum dótem? heus, Staphyla, té uoco.
Écquid audis? uáscula intus púre propera atque élue. 270
Fíliam despóndi ego: hodie huic núptum Megadoró dabo.

STAPHYLA

Dí bene uortant: uérum ecastor nón potest: subitúmst nimis.

---

266. 267. *Nonius p. 500, 30:* Accusatiuus pro datiuo . . . . . Plautus in Aulularia: 'Credo . . . . . inhiat' 268. *Nonius p. 44, 12:* Blatis et blateras . . . . . Plautus . . . . in Aulularia: 'Vbi . . . . . omnibus' *Osbernus p. 68:* Componitur . . . . . deblatero . . . . . unde Plautus in Aularia: 'Deblaterasti . . . . . omnibus' *Cf. Fest. Pauli p. 34*

---

264. He////us *B* saequere *D* *Post* propere *rasura, in qua* macellum *videtur scriptum fuisse B* admacellum *B* strennue *B.* strenuae *D* 265. Illinc *D* habiit *D* dii *J* immortales *BDJ* qd *D* 266. inaudiuisse *Lambinus e Nonio.* inaudisse *BDJFZ.* indaudisse *Goellerus* michi *J* thesaurum *BJ, Nonius* domum *JFZ: corr. Pius* 267. *Extrema versus pars* (nauit grã) *in eadem cum titulo insequentis scaenae linea B* affinetatem *J* *Post h. v. Wagnerus fere talia intercidisse putat:* Certe anus huic indicium fecit: iam illanc euocauero

*Actus II Sc. 3* EVCLIO SENEX. STAPHILA ANVS. *BJ. om. D sine spatio* 268. bi (u *in marg.*) *D* tues *BD.* tu es *J, Nonius* que *B* que *J* deblaterauisti *F, Guyetus.* deblatrauisti *J.* deblattauisti *BD.* deblaterasti *Z, Nonius.* deblaterasti id *Osbernus* 269. Meę me *D.* Macae me *B.* Me meae *JFZ* filię *J* staphyla te *ex* saphylatę *B.* staphila te *DJ* nolo *Gulielmius* 270. Ec quid *B* pure (purae *D*) *libri.* pura *Palmerius et Acidalius.* purga *Camerarius, Franckenus.* prome *Guyetus: at cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 59* alue *D* 271. ego: hodie *Z.* hodie ego *libri* nuptum huic *Pareus* megadoro (o *ult. ex* e) *D* 272. Dii *J* subitum est *BDJ*

EVCLIO

Táce atque abi: curáta fac sint quom á foro redeám domum,
Átque aedis occlúde: iam ego hic ádero.

STAPHYLA

Quid ego núnc agam?
Núnc nobis prope adést exitium, mi átque erili fíliae. 275
Núnc probrum atque pártitudo própe adest, ut fiát palam.
Quód celatum atque óccultatumst úsque adhuc, nunc nón potest.
Íbo intro, ut erus quae ínperauit, fácta quom úeniát sient.
Nám ecastor malúm maerorem métuo, ne inmixtím bibam.

---

## STROBILVS. ANTHRAX. CONGRIO

STROBILVS

Posquam óbsonauit érus et conduxít coquos 280
Tibícinasque hasce ápud forum, edixít mihi,
Vt díspertirem obsónium hic bifáriam.

---

276. *Nonius p. 217, 28:* Partitudo et partio feminini. Plautus Aulularia . . . . . idem in eadem: 'Nunc probrum . . . . . adest'

---

273. Tace tu atque abi *Reizius, Franckenus* abi et *D* cum *BDJ* aforo *BJ* 274. aedis occlude *Guyetus.* occlude aedis *BD.* occlude aedes *JFZ* occludito *Spengelius T. Macc. Pl. p. 223 cum Bothio.* audi, occlude aedis *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840* ego *om. D* 275. exicium *J* mihi *BDJ* herili *J* 276. Nam *JFZ, Ussingius: fort. recte* abest *Dousa* fiat *(a s. v.) D* 277. occultatum est *BDJ* 278. herus *J* quę *BDJ* imperauit *BDJ* cum *BDJ* ueniet *F, Reizius, Wagnerus* 279. *Vers. inducit Guyetus* malum meracum *Scioppius* merorem *BDJ* malam mero rem *Scaliger* maerore *Gronovius* inmixtim *Gruterus.* minixtum *B et D, ubi in marg.* nellene mixtum *exstat.* mixtum *JFZ.* inmixtum *idem Gruterus* *Act. II Sc. 4* STRI*(O s. v.)*BOLVS SERVVS · ARETHAX · GONGRIO · COCI · PHRVSIV · EXFLESIV · TIBICINE · II · SENEX *B.* STROBILVS SERVVS · ARTRAX CONGRIO COCI *J: om. D spatio relicto De nominibus tibicinarum cf. v. 333 Personas distribui codicum restigia (cf. superscriptio et v. 323) accuratius secutus: versum 288 diridi posse inter duo nego. Cocus librorum est Anthrax, Congrio suo nomine notatur* 280. Posquam *B.* Postquam *(ostquam c. spat. D) DJ* herus *J* cocus *J* 281. Tibicenasque *BD* 282. dispertirem omnia haec bifariam *vel* dispertirem absque inuidia haec bifariam *Ussingius.* dispertirem obsonium et hos bifariam *Guyetus* *Post h. v. lacunam indicat Acidalius* *V. 283—289 tractat aliter ex parte Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 434*

ANTHRAX

Me quídem hercle hic hodie tám palam non díuides.
Si quó tu totum me íre uis, operám dabo.

CONGRIO

Bellum ét pudicum uéro prostibulúm popli. 285
Pol sí quis uellet téd, haud nolles díuidi.

STROBILVS

Atqui égo istuc, Anthrax, áliouorsum díxeram,
Non ístuc quo tu insímulas: sed erus núptias
Meus hódie faciet.

ANTHRAX

Quóius ducit fíliam?

STROBILVS

Vicíni huius Eucliónis hinc e próxumo. 290
Ei ádeo obsoni hinc dímidium iussít dari,
Cocum álterum itidemque álteram tibícinam.

---

287. Aliouorsum *hinc excerpsit auctor glossarii Plautini: cf. Ritschelius Op. phil. II p. 243* 291. *Gellius N. A. III 14, 15 de 'dimidius' agens:* Item in Aulularia 'dimidium obsoni' non 'dimidiatum' obsonium, in hoc uersu: 'Ei adeo . . . . . dari'

---

283. *Anthr. pers. praefigit Acidalius: Coci libri, Congrionis Scutarius. Wagnerus* Mequidem *B.* Me tu quidem *Camerarius.* Tu me quidem *Mahlerus l. s. s. p. 19.* Me' nunc quidem *Franckenus* hic hodie tam palam *Muellerus Pros. Pl. p. 318.* dicam palam *libri.* hic tam palam *Lipsius.* uiuom palam *Mahlerus l. s. s.* edicam palam *Seyffertus l. s. s.* dicam propalam *Bothius: cf. Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 237.* tibi dicam palam *Ussingius, ut alios taceam De* diuidendi *verbo cf. Cicero ad Fam. IX 22, 4* 284. Si quoi totum me rei uis *Lipsius* 285. *Congrioni versum dat Bothius: Strobilo libri: Anthraci Z, Wagnerus* popli *ex* popli *rubricator B* 286. *Vers. exp. Guyetus* Pol *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* Post *libri* siquis *DJ* téd, haud nolles *Ritschelius Op. phil. vol. II p 250 (cf. Wagnerus²):* te haud non uelles *libri.* te haud neuelles *Goellerus.* te, haud nunc uelles *Acidalius* diuum *JFZ: corr. Scutarius Interrogationem esse negat Seyffertus l. s. s.: cf. eiusdem Stud. Pl. p. 17* 287. *Strobilo dat (vel potius continuat) Camerarius.* Coc. *praemittunt BDFZ: Congrioni tribuit Scutarius* Atqui *Pylades.* Atque *libri* ego *om. D* antrax alio uorsum *DJ.* antraxalio uorsum *B.* alio uorsum *defendit Ritschelius Op. phil. vol. II p. 243* 288. *Strob. pers. praem. BD* Nunc *J* quo *Bothius.* quod *libri* Strob. Sed *Z.* Sed *J* herus *J* 289. *Anthraci dedi, quae Coco libri, Congrioni editiones vulgo tribuunt* Cuius *libri* 290. hinc e proxumo *Pylades, Reizius, Kampmannus de 'Ex' praep. p. 12.* eproximo *BDJ.* senis e proxumo *Camerarius, Dousa* 291. ]deo *J* obsonii *BDJ* hic iussit dimidium dari *Gellius* 292. ut idemque *J*

ANTHRAX

Nempe húc dimidium dícis, dimidiúm domum?

STROBILVS

Nempe sícut dicis.

ANTHRAX

Quíd? hic non poterat dé suo
Senex óbsonari fíliai núptiis? 295

STROBILVS

Vah.

ANTHRAX

Quíd negotist?

STROBILVS

Quíd negoti sít rogas?
Puméx non aequest áridus, quam hic ést senex.

ANTHRAX

Ain tándem?

STROBILVS

Itast ut díxi. tute exístuma:
Quin díuom atque hominum clámat continuó fidem,
Suam rém perisse séque eradicárier, 300

---

297. *Nescio an huc spectet Servius ad Aen. XII 587, ubi Plautum* pumex *masculino genere dixisse affirmat: cf. Fleckeisenus loco infra allato*

---

293. *Anthr. pers. Pylades praefixit: Coci libri: Congrionis Pareus* huc *Guyetus.* huic *BDFZ.* hinc *J* ducis *JFZ, Camerarius* domum *Acidalius.* domi *libri Idem Acidalius totum v. licentius tractat* 294. Anthr. *Z:* Cocus *BDJ:* Congrio *inde a Pareo* Quid? Hic *interp. Acidalius* de] ñ *(s. v.* de*) D* desuo *BJ* 295. filiai nuptiis *Scaliger, Lachmannus ad Lucr. p. 161.* filiae innuptiis *B.* filiae in nuptiis *DFZ.* filiae nuptias *J:* filiai in n. *Camerarius, Reizius* 296. Anthr. *Z:* Coc. *libri.* Congr. *inde a Pareo* negotii est *DJ.* negotii ////////////// est *(*sit rogas *ut vid. erasum antequam* Strobilus *scriberetur) B* negotii *BDJ* 297. aeque est *D.* eque est *BJ* ardus *Seyffertus Stud. Pl. p. 6* quam *Fleckeisenus Nov. Annal. vol. 95 (a. 1867) p. 630: cf. Fuhrmannus ibidem 97 (a. 1868) p. 842.* atque *libri* 298. *Vers. exp. Franckenus* Anthr. *Z:* Cocus *BD.* Congrio *vulgo* tandem? ita esse ut dicis *JFZ.* tandem? ita est ut dicis? *Acidalius* Itast ut dixi *ego.* Ita esse ut dicis *B.* Ita esse ut dicas *D.* Ita esse ut dixi *Wagnerus*[2]. Ita esse ut dico *Ussingius* tute ex. *Strobilo dant JFZ: Coco BD* existima *BDJ* 299. 300. *Ita collocavit Gulielmius: inverso ordine libri* 299. diuum *libri Post* clamat *eras.* fi *B* 300. eradiciarier *D*

De suó tigillo fúmus si qua exít foras.
Quin quom ít dormitum, fóllem obstringit ób gulam.

ANTHRAX

Cur?

STROBILVS

Né quid animae fórte amittat dórmiens.

ANTHRAX

Etiámne obturat ínferiorem gútturem,
Ibi né quid animae fórte amittat dórmiens? 305

STROBILVS

Sic míhi te ut tibi med aéquomst credo crédere.

ANTHRAX

Immo équidem credo.

STROBILVS

At scin etiam quómodo?
Aquam hércle plorat, quóm lauat, profúndere.

---

301. *Nonius p. 134, 10:* Ligellum, tuguriolum, domicilium breue. Plautus Aulularia: 'Tuo . . . . . foras' 303. *Nonius p. 234, 10:* Anima, uentus . . . . . Plautus Aulularia: 'Ne . . . . . dormiens'
304. 305. *Priscianus inst. V, 20 (I p. 155 H.):* Alia uero nomina . . . . . neutra sunt; murmur guttur quod etiam masculino genere protulit Plautus in Aulularia: 'Etiamne . . . . . dormiens' *Nonius p. 207, 20:* Guttur . . . . . masculini . . . . . Plautus Aulularia 'Etiamne . . . . . gutturem'. *Cf. p. 234, 10*

---

301. Desuo *B* tuo ligello *Nonius.* suo ligillo *Pius, Franckenus* fumus (us *e corr.*) *D* siqua *DJ* fuistiqua exis *cod. Nonii* 302. cum *BDJ* obstrinxit *JFZ: corr. Pylades* obgulam. *BJ.* ////obgulam *D* 303. Anthr. *Z:* Cocus *libri.* Congrio *inde a Pareo* Nequid *BDJ* animę *BDJ* forte *om. JFZ, Nonius* emittat *Nonius* 304. *De pers. cf. v. 303* Etiam ne *DJ* opturat *J.* obdurat *codd. Prisc. pars* guttorem *aliquot codd. Prisciani* 305. Ibi ne quid *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 48: cf. Op. phil. vol. III p. 123.* Nequid *BDJFZ.* Cur? Strob. Ne quid *Wagnerus.* Sibi ne quid *Lambinus.* Tum ne quid *Camerarius* animę *BJFZ.* anima *Priscianus.* animai *Gruterus, Scaliger.* ea quid animae *Gertzius.* animae illac *Guyetus* amittat *ex* e mittat *D* *Ceterum v. del. Bothius* 306. Sic *Ussingius.* Nęc *B.* Hęc *JFZ.* Haec *D.* Hoc *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 48* mihi te ut tibi me (med *Scaliger*) *libri: idem Ritschelius l. s. s., sed ut* tibi me ut mihi ted *praeferat.* sic tibi me ut mihi te *Muellerus Pros. Pl. p. 643.* mihi ted ut tibi med *Bothius* aequum est *B.* ęquum est *DJ.* aequom esse *Muellerus l. s. s. (omisso* sic*)* credo credere *Pylades.* credere credo *libri.* credere *Camerarius* Haec ut mihi te tibi me est aequom credere *duce Acidalio Mahlerus p. 48* *Licentius v. tractat Acidalius* 307. *De pers. cf. v. 303* tibi credo *Muellerus Pros. Pl. p. 643* aetiam *D* Cocus. Quid modo *Acidalius.* 308. cum

ANTHRAX

Censén talentum mágnum exorarí pote
Ab istóc sene, ut det quí fiamus líberi? 310

STROBILVS

Famem hércle utendam, sí roges, numquám dabit.
Quin quom ípsi pridem tónsor unguis démpserat,
Collégit, omnia ábstulit praeségmina.

ANTHRAX

Edepól mortalem párce parcum praédicas.
Censén uero adeo eum párcum et miserum uíuere? 315

STROBILVS

Pulméntum pridem eí deripuit míluos:
Homo ád praetorem plórabundus déuenit:

---

312. 313. *Nonius p. 151, 30:* Praesegmina proprie Plautus in Aulularia ea dici noluit quae unguibus eminulis praesecantur: 'Quin . . . . . praesegmina' *Idem p. 273, 28:* Colligere, auferre . . . . . 'Quin . . . . . praesegmina' *De glossis quas probabile est huc spectare cf. Loewii Prodr. p. 259* 313. *Osbernus p. 530:* Praesecmen . . . . . Plautus: 'Abstulit praesecmina et corrasit omnia' 316. 317. *Osbernus p. 465:* Plorabundus . . . . . unde Plautus: 'Pulmentum . . . . . deuenit' 317. *Nonius p. 509, 4:* Deplorabundus pro deplorans. Plautus in Aulularia: 'Homo . . . . . deuenit'

---

la[ *J* plorat hercle *B* cum *BD* 309. *De pers. cf. v. 303* pote *Kampmannus de 'Ab' p. 19.* potest *libri.* potis *Bothius* 310. det *e corr. D* 311. Famē//// *B* 312. Quin quom *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1866) p. 442.* Quin *BDFZ, Nonius.* Qui *J* ipsi *om. J* ungues *J, Nonius loco priore* *Ante* depresserat *(sic!) spat. J* deserat *Nonius priore loco* 313. pręsegmina *BJ* 314. Anthr. *Z:* Cocus *libri.* Congrio *inde a Pareo* prędicas *J* 315. *Versum excludit Franckenus, Anthraci (vel potius 'Coco') continuat Camerarius, Strobilo dant libri, quod defendit Ussingius: Weisius et Langenus p. 141 cum aliis v. 314 et 315 inter duo cocos distribuunt* eum parcum et miserum *scripsi.* ẽ parcum et misere (misere *ras. ex* miserere *B,* misere//////// *D) libri.* eum parce et misere *Spengelius Plaut. p. 83 Bothium ex parte secutus.* parcum et miserum *Seyffertus Stud. Pl. p. 9 Studemundo duce* *Licentius versum tractat Muellerus Pros. Pl. p. 300* (Ain uero usque adeo parce *vel* Ain uero eum adeo parce) 316. Cocus *praem. B* pridem *om. Osbernus* ei deripuit *dubitanter scripsi cum Gulielmio.* ei eripuit *DFZ.* ei eripui *J.* ei ripuit (e *add. s.* r *m 2) B.* eripuit ei *Reizius, Wagnerus.* eidem eripuit *Camerarius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 488 et Add. p. 72* miluus *libri* 317. homo et praetorem *Osbernus* ad ,p̄torem *B.* adp̄torem *J* plorandus deuenit *B.* uenit deplorabundus *Nonius, unde* deplorabundus uenit *Hermolaus.* plorabundus aduenit *Osbernus*

Infít ibi postuláre, plorans, éiulans,
Vt síbi liceret míluom uadárier.
Sescénta sunt quae mémorem, si sit ótium. 320
Sed utér uostrorumst célerior? memorá mihi.

ANTHRAX

Ego, et múlto melior.

STROBILVS

Cócum ego, non furém rogo.

ANTHRAX

Cocum érgo dico.

STROBILVS

Quíd tu ais?

CONGRIO

Sic sum, út uides.

ANTHRAX

Cocus ílle nundinálist, in nomím diem
Solet íre coctum.

CONGRIO

Tún trium litterárum homo 325
Me uítuperas?

---

324. 325. *Festus p. 173 M.:* Nundinalem cocum Plau[tus dixit in Aulularia: 'Cocus ille nun]dinale est [in nonum diem solet ire coctum'; hic ab aliis] nouendial[is appellatur et cocum uiliorem sig]nificat quem [tenuiores conducebant ut in nonum diem coque]ret 325. *Nonius p. 509, 10:* Coctum pro ad coquendum. Plautus in Aulularia: 'Solet . . . . coctum' *Servius ad Ecl. III, 16:* Furta . . . seruorum sunt. Sic Plautus de seruo: 'Homo es trium literarum' i. e. fur

---

318. sibi *J* plorans *(s ex t m. rec.) D.* pipans *Loewius Anal. Pl. p. 208* eiulans *(n s. v.) B* 319. miluum *libri* 320. Sescenta *(*Sexcenta *corr. m. rec.) D.* Sexcenta *J* quę *BJ* ocium *J* 321. uestrorum est *BJ.* ūrorum est *D* mei mora *D.* memori *JF* michi *J* 322—326. *Pers. distrib. dubitationi est obnoxia* 322. Anthr. *Pylades.* Congrio *BJZ: om. D* Ego et *Muellerus Pros. Pl. p. 374.* Ego ut *libri.* Ego *Scaliger, Guyetus* 323. Anthr. *Z.* Cocus *BJ: om. D.* Congrio *inde ab Acidalio* ergo *Acidalius.* ego *libri.* me ego *Reizius.* ergo ego *Spengelius Plaut. p. 231* Anthr. Sic *Scaliger* 324. Anthr. *Angelius.* Strobilus *libri.* Congrio *inde ab Acidalio* nundinalis est *B.* nundinale est *Festus.* nundinatlis est *ut vid. D.* mundinalis est *J* *Ante* in *spat. D* 325. Anthrax. Tun *Acidalius* *Cf. testim. Servii* Tun *ex* Tum *B.* Tum *D.* Tu *JFZ* littrarum *Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 58: cf. Brugmanus p. 21* 326. Anthr. Fur? etiam *Bothius (person. recte posuit Angelius).* fur. Strobilus. Etiam *BJF: idem nisi quod pro Strobili nomine spatium D.* me.

ANTHRAX

Fur, étiam fur trifúrcifer.

STROBILVS

Tace núnciam tu: atque ágnum hinc uter est pínguior

ANTHRAX

* * * * * * * * * licet.

STROBILVS

Tu Cóngrio
Eum súme atque abi intro illo, ét uos illum séquimini:
Vos céteri ite huc ád nos.

ANTHRAX

Hercle iniúria 330
Dispértiuisti: pínguiorem agnum ísti habent.

STROBILVS

At núnc tibi dabitur pínguior tibícina.
I sáne cum illo, Phrúgia: tu autem, Eleúsium,
Huc íntro abi ad nos.

---

326. *Osbernus p. 219:* Furca componitur hic furcifer . . . . . unde Plautus: 'An tu furcifer herum nos fugitare. Etiam fur trifurcifer' *ubi priora verba ad Asin. v. 485 spectant* 332. *Philargyrius ad Verg. Georg. II 193:* Pinguis. Plautus in Aulularia: 'Tibi . . . . . tibicina' quae propter assidua sacrificia pinguescit

---

Strob. etiam *Z.* me. Strob. Quin tu etiam *Pylades* *Totum vers. eidem tribuit personae Acidalius*

*Act. II Sc. 5* *Scaenam esse cum anteced. coniungendam bene vidit Taubmannus: coniunxit primus (cum F) Brunckius:* STROBILVS SERVVS. GONGRIO (CONGRIO *J*) COCVS *BJ.* *om. spatio relicto D* 327. acc *c. spat. D* nunc iam *BDJ* hunc *JF.* horum *Z* uter *ex* inter *ras. B* 328. *Versum lacunosum exhibet cum lacuna D. In J 328 et 329 conexi sunt: in B verba* eum sume *versui 328 adhaerent, unde* eum sume actutum tibi *Camerarius* Liquet *Meursius.* Hic est *Acidalius* Eum cápe Anthr. Licet. Strob. Tu, Congrio, eum sume alterum *Ussingius* *Ceterum in BJ* Cocus *praefigitur: in D (ubi* licet *in med. v. exstat) pers. incerta* 329. *Cf. v. 328* illo *ego.* illuc *libri* intro abi illuc *Camerarius: cf. v. 328* eum *JZ* sequimuni *D* 330. ite huc *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840. Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1873) p. 110.* illuc *libri* *Post* nos *eras.* hercle iniuria *B* *Coco (i. e. Anthraci) dant BJ, Acidalius: pers. om. D: Congrioni trib. Z* hercle iniuria *scripsit* $B^2$ 331. pingul(l *e corr.*)orem *B.* pingulorem *D* *Ante* isti *maius spat. D* 332. Atnunc (n *1 e corr.) D* At tibi nunc *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840* dabitur tibi *B* pingulor *BD* 333. Isane *J* frugia (phru *s. v.) D* *Ante* tuautem *maius spat. D* eleusum (*s.* um *m. 2 scripsit* v) *B* 334. ostrobile *BJ*

CONGRIO

Ó Strobile súbdole,
Hucíne detrusti me ád senem parcíssumum? 335
Vbi sí quid poscam usque ád rauim poscám prius
Quam quícquam detur.

STROBILVS

Stúltus et sine grátia's.
[Tibi récte fácere, quándo quod faciás perit.]

CONGRIO

Qui uéro?

STROBILVS

Rogitas? iám principio in aédibus
Turba ístic nulla tíbi erit: si qui utí uoles, 340
Domo ábs te adferto, ne óperam perdas póscere.
Hic aútem apud nos mágna turba ac fámiliast,
Supéllex, aurum, uéstis, uasa argéntea:
Ibi sí perierit quíppiam, (quod té scio
Facile ábstinere pósse, si nihil óbuiamst) 345

---

336. *Nonius p. 164, 15:* Rauis est raucitas. Plautus Aulularia: 'Vbi . . . . . prius' *Idem p. 374, 10:* Poscere significat petere . . . . . Plautus in Aulularia: 'Vbi . . . . . prius' *Festus p. 274 M.:* Rauim anti[ . . . . .]Plautus: 'Vbi si quid pos[ *Cf. idem p. 282 M., ubi* poscamus quod *(=* poscam usque ad*) servatum est*

---

335. Huccine *BJ.* Huc cine *D* detrusti *Acidalius.* detrusisti *libri* parcissimum *libri* 336. Vt si *Nonius posteriore loco* siquid *DJ* poscamus que *Nonius (*poscas *altero loco).* poscamus quę *B.* poscamus quae *D.* poscamus *JFZ: corr. Gruterus.* poscas *Camerarius* ad rauim poscam *Taubmannus.* adarauin (ad ara iun *D.* ad arram *J)* poscamus *BDJ.* at (ad *altero loco)* rauim (rabim *altero loco)* poscam *Nonius.* ad rauim poscas *Camerarius* poscam usque ad rauim prius *Brugmanus p. 33 Cf. Festi testimonia et Studemundus Hermae vol. 1 (a. 1865) p. 298* 337. gratia es *libri* Stultumst et sine gratia *Acidalius.* Stultu's et sine gratiast *Gulielmius.* Stultus es. sine gratia est *Ussingius.* Stultu's et sine gratia *Franckenus, ut alios taceam* 338. *Versum delent Weisius et Langenus p. 135* Te ibi *Acidalius.* Ibi *Gulielmius.* Piget *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840. Cf. Lachmannus ad Lucr. p. 74* 339. inprincipio *B* inaedibus *BJ* 340. istic *inde a Taubmanno.* istuc *libri* si qui *Camerarius.* siquid *libri* 341. abste *BDJ* afferto *J* neopam *J* 342. autem *om. B* Hic sane *Angelius* aput *J* familia est *libri* magna familiast *(om.* autem*) Camerarius* 343. Suppe(e *s. v.)* lex *B* uestes *J* 344. perierit *F, Palatini.* periuerit *BDJ.* periit *Z De v. explicando cf. Wagnerus 'Litter. Centralblatt' a. 1877 p. 1512* 345. facere *JFZ: corr. Scutarius* obuiam est *libri*

Dicánt, coqui abstulérunt: conprehéndite,
Vincíte, uerberáte, in puteum cóndite.
Horúnc tibi istic níhil eueniet: quíppe qui
Vbi quód subrupias níhil est: sequere hac mé.

CONGRIO

Sequor.

---

**STROBILVS. STAPHYLA. CONGRIO**

STROBILVS

Heus, Stáphyla, prodi atque óstium aperi.

STAPHYLA

Quí uocat? 350

STROBILVS

Strobílus.

STAPHYLA

Quid uis?

STROBILVS

Hósce ut accipiás coquos
Tibícinamque obsóniumque in núptias.
Megadórus iussit Eúclioni haec míttere.

STAPHYLA

Cererín, Strobile, hi súnt facturi núptias?

---

354. 355. *Festus p. 364 M. (cf. Mommsenus):* Temetum uinum: Plautus in Aulularia: 'Cererin . . . . . uideo' *Servius ad Verg. Georg.*

---

346. quoqui *B.* quo qui *D* comprehendite *BJ.* comprehendite *(ite ex* ere*) D* 347. Vincite *(e m. 2)* ///uerberate *B.* Vincit euerberate *D* inputeum *DJ* 348. Horunc *Bothius: cf. Studemundus Nov. Annal. col. 113 (a. 1876) p. 60:* Horum *libri* istuc *D* nichil *J* 349. quod *Faernus, Wagnerus.* quid *libri, Ussingius* subrupias *Pareus.* subripiat *BD: om. JFZ: add. Hermolaus.* surripias *Lambinus Pers. not. s. v. B: om. D*

*Act. II Sc. 6* STROBILVS SERVVS · STAPHILA ANVS · COCVS · HYL · *B.* STROBILVS SERVVS STAPHILA ANVS *J. om. D spatio relicto* 350. ]um aperi *J* Heu staphyla *B.* eu/h *add. m. rec.)*staphila *D, unde* Heus taphila *man. rec.* Sta. qui uocat. Stro. *(pers. bis add. m. rec.) D* 351. ]duis *J* Hosce *Angelius, Schmidtius de pron. form. p. 38.* Hos *libri* ut *ex* ait *ras. B* 352. ]amque *J* tibicināque *(c ex* t*) D* obsoniumque *(ras. s.* so*) D.* obsonium *JF.* et obsonium *Z* inp nuptias *B.* innuptias *D* 353. ]iussit *J* Medagorus *D* hęc *BJ* 354. ]le has *J* Cerer instrobile *B.* Cerer instrobile *D* mi Strobile *Macrobius* hi sunt facturi *Pylades ex Macrobio.* has facturi *BDJFZ.* has sunt facturi *Festus, Meursius.* haec *vel* hic sunt futurae *Muellerus Pros. Pl. p. 482*

STROBILVS

Qui?

STAPHYLA

Quía temeti níhil adlatum intéllego. 355

STROBILVS

At iam ádferetur, si á foro ipsus rédierit.

STAPHYLA

Ligna híc apud nos núlla sunt.

CONGRIO

Sunt ásseres?

STAPHYLA

Sunt pól.

CONGRIO

Sunt igitur lígna, ne quaerás foris.

STAPHYLA

Quid? ínpurate, quámquam Volcanó studes,
Cenaéne causa aut tuaé mercedis grátia 360
Nos nóstras aedis póstulas conbúrere?

CONGRIO

Haud póstulo.

STROBILVS

Duc ístos intro.

STAPHYLA

Séquimini.

---

*I 344:* Superfluum est quod quidam dicunt contra religionem dixisse Vergilium . . . . . Quod autem Plautus ait in Aulularia, cuius illi utuntur exemplo: 'Cererin . . . . . intellego' non est huic loco contrarium *c. q. s.* *Macrobius Sat. III 11 (ex eodem cum Festo fonte):* Vinum . . . . . Cereri non libari debuit . . . uel Plautus docere qui in Aulularia ait: 'Cererin . . . . . uideo' 355. *Nonius p. 5, 10:* Temulenta dicta est ebriosa, dicta a temeto, quod est uinum quod attentet. Plautus in Aulularia: 'Quia . . . . . intellego'

---

Cererine nuptias facturi estis *Servius memoriter ut solet* 355. ]Quia *J* Qui *om. Macrobius* temeti *(s. v. ·1· uini m. 2) B* allatum *libri cum testim.* intelligo *J.* uideo *Festus et Macrobius* 356. ]feretur *J* Adiam *B (corr. B²) D* afferetur *libri* aforo *DJ* 357. ]hinc aput *J* Cocus *praem. B: om. D* Strobilus. Sunt *BJFZ.* Sunt *cum spatio D: corr. Acidalius et Pistoris* 358. ]l Strob. Sunt *J* Coc. *praem. BJ: om. D* Strob. Sunt *BFZ.* Sunt *c. spat. D: corr. Acidalius et Pistoris* nequeras *BD.* nequeras *J* 359. ]impurate *J* impurate *BD* uulcano *J* 360. ]ausa *J* Caenae ue *(Caenę ue D) BDFZ: corr. Pius* tuę *B.* tue *J* 361. aedes *J* comburere *BDJ* 362. *Congr. pers. Acidalius et Pistoris restituunt; Strobili praebent libri* Strob.] *Spat. in BD: om. JFZ: corr. Acialidus et Pistoris*

PYTHODICVS

Curáte: ego interuísam quid faciánt coqui:
Quos pól ut ego hodie séruem, cura máxumast.
Nisi únum hoc faciam, ut ín puteo cenám coquant: 365
Inde cóctam sursum súbducemus córbulis.
Si ipsi aútem deorsum cómedent, si quid cóxerint,
Superi íncenati súnt et cenati ínferi.
Sed uérba hic facio, quási negoti níl siet,
Rapácidarum ubi tántum sit in aédibus. 370

---

EVCLIO. CONGRIO

EVCLIO

Volui ánimum tandem cónfirmare hodié meum,
Vt béne me haberem fíliai núptiis.
Venio ád macellum, rógito pisces: índicant
Carós: agninam cáram, caram búbulam,
Vitulínam, cetum, pórcinam, cara ómnia: 375

---

365. 366. *Nonius p. 400, 6:* Subducere etiam susum ducere, leuare . . . . . Plautus in Aulularia: 'Vt . . . . . corbulis'
366. *Osbernus p. 149b:* Corbulus paruus corbes. Plautus: 'Coctam . . . . . corbulis'

---

*Act. II Sc. 7* FITODICVS SERVVS *BJ.* PYTHODICVS *Z. om. sine spatio D* *Cf. de hoc nomine et de tota hac scaena praefatio*
363. CVRate *B.* ur ate *c. sp. D* inter uisam *B* 364. maxima est *BDE* 365. ut inputeo *BJ.* utin puteo *D.* in puteo uti *Bothius, Brugmanus l. s. s. p. 41* coquant *ex* coquauit *D.* coquam *Nonius*
366. Coctam inde *Camerarius.* Inde coctam *libri cum Nonio* rursum D. sursus *Osbernus* 367. ]m deorsum *J* Sin *Bothius, cum interr. signo in fine Franckenus* ipsi autem *ego.* autem *libri.* illi autem *Muellerus Pros. Pl. p. 451* siquid *BDJ* 368. ]ri incenati *J* in//////nati *(ce s. ras.) D* *Post* sunt *maius spat. in D* sint *Pylades.* erunt *Wagnerus, Ussingius* 369. S[ ] uerba *J* Sed *Gruterus.* Si *BD.* Sic *FZ* negotii *BDJ* nihil *BD.* nichil *J* 370. sit *Goellerus, Muellerus Pros. Pl. p. 68.* siet *libri* inaedibus *BD*
*Act. II Sc. 8* EVCLIO SENEX *BJ: om. spatio relicto D*
371. olui *c. spat. D.* Solui *J* tandem *om. D* consolare *Z: corr. Valla* hodie *om. Z: add. Pylades* 372. me haberem *Scaliger, Guyetus, Bentleius.* haberem me *(me s. v. m. 2) B.* haberem *DJFZ*
Uti bene haberem *Gruterus* filiai nuptiis *Scaliger, Bentleius, Kampmannus Annot. in Rud. p. 6.* filiae nuptiis *BD.* filiae nuptias *J.* filiai in nuptiis *Vossius* 373. admacellum *B* 375. Vitilinam *(v s. i 2) B.* Vitilinam *D* cętum *BD*

Atque eó fuerunt cáriora, aes nón erat.
Abeo íllim iratus, quóniam mihi nil ést qui emam.
Ita illís inpuris ómnibus adií manum.
Deinde égomet mecum cógitare intér uias
Occépi: festo dié si quid prodégeris, 380
Profésto egere líceat, nisi pepérceris.
Postquam háne rationem uéntri cordique édidi,
Accéssit animus ád meam senténtiam,
Quam mínumo sumptu fíliam ut nuptúm darem.
Nunc túsculum emi hoc ét coronas flóreas: 385
Haec ínponentur ín foco nostró Lari,
Vt fórtunatas fáciat gnatae núptias.
Sed quíd ego apertas aédis nostras cónspicor?
Et strépitust intus. múmnam ego conpilór miser?

---

379. 380. *Nonius p. 496, 21:* Genitiuus casus positus pro accusatiuo . . . . . Plautus Aulularia: 'Deinde . . . . . interuias' 381. *Osbernus p. 460:* Prodigus . . . . . unde Plautus in Asinaria: 'Festo die aliquid prodegeris, profesto egere liceat' *Cf. p. 30* 385. *Priscianus III 29 (I p. 104, 1 H.):* Similiter tus, tusculum. idem *(i. e. Plautus)* in Aulularia: 'Nunc . . . . . floreas' *Osbernus p. 572:* hoc tusculum . . . . . unde Plautus in Amphitrione: 'Hoc tusculum . . . . . flammeas floreas'

---

376. ]que eo *J* Atque — eo f. c. — aes *Ussingius* eae *D* 377. 378. *delet Weisius* 377. *del. Wagnerus*[1] Abeo illim iratus *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63.* Abeo iratus illinc *libri (ante* illinc *ras. D:* iratus *ex* initus *J).* Illinc iratus abeo *Guyetus.* Iratus illinc abeo *Franckenus* mihi nil *Wagnerus.* nihil *BDFZ.* nichil *J* nihil est = nilst *esse putat Franckenus* quid *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63.* unde *Kienitzius de Qui loc. mod. usu p. 559* emam *ex* emam *ras. BD An:* Abito iratus illinc quoniamst nil qui emam? 378. impuris *BDJ* adiimanum *D* 379. ego met *J* interuias *J.* interdum *Nonius, quod* inter uiam *esse putat Wagnerus* 380. siquid *DJ* 381. Profecto *J* peperceris *ex* peperceris *B* 382. Post hanc *FZ: corr. Pylades* racionem *J* cordi uentrique *JFZ* 383. ad eam mihi *Ussingius* 384. minimo *BJ.* nimio *D* 385. Hunc *JFZ: corr. Scutarius* emi hoc et coronas *Bothius cum Prisciano.* emi et hasce coronas *libri cum Osberno.* emi et has coronas *Weisius, Lachmannus* flammeas floreas *Osbernus* 386. Hęc *BD* imponentur *JFZ.* imponeuntur *B.* imponuntur *ex* imponeuntur *ut vid. D* infoco *J* 387. gnatę *B.* gnate *DJ* 388. ędis *B.* aedes *J* 389. strepitus est *(r s. v. B:* strepitus *ex* strepidus *J) libri* ego [ ] pil[ *J* num nam *DJ* compilor *(s. v.* spolior *B*[2]*) libri* compilor miser ego *Z: corr. Pylades*

CONGRIO

Aulám maiorem sí pote ex uicínia 390
Pete: haéc est parua, cápere non quit.

EVCLIO

Eí mihi,
Perii hércle ego: aurum rápitur, aula quaéritur.
Apóllo, quaeso, súbueni mi atque ádiuua:
Confíge sagitis fúres thensaurários: 395
Qui in ré tali aliis iám subuenisti ántidhac.
Sed césso prius quam prórsus perii cúrrere?

---

**ANTHRAX**

Dromó, desquama píscis: tu, Machaério,
Congrúm, muraenam exdórsua quantúm potest.

---

398. 399. *Nonius p. 95, 11:* Desquamat, squamis expoliat. Plautus Aulularia: 'Dromo . . . . . potest' *Idem p. 17, 30:* Exdorsuare, dorso nudare. Plautus Aulularia: 'Tu, Machaerio . . . . . potest' *Cf. Apuleius de Mag. c. XLII init.:* Quis enim fando audiuit ad magica maleficia desquamari et exdorsuari piscis solere? *Cf. Festus Pauli p. 79* (exdorsua: dorsum confringe; alii exime) *et glossaria*

---

390. *Pers.* (Coc.) *om. D* Aulam (m *ex* u) *B* pote ex *Lambinus, Kampmannus de 'Ex' p. 14.* potes *libri* a uicinia *Scaliger, Lambinus* 391. Posce *Guyetus* hęc *J* est parua *Pylades.* parua est *libri* nonquit *D* 392. Perii hercle ego *Seyffertus Stud. Pl. p. 25, Muellerus Pros. Pl. p. 512 inter alia.* Perii hercle (er *e corr. D*) *libri.* Disperii hercle *Wagnerus.*[1] Perii hercle hodie *Guyetus* aurum (r *et* u *e corr.*) *D* queritur *B D J* *In libris sequitur v. 243 (= 393)* 394. quęso *B D.* queso *J* mihi (michi *J*) *libri* *V. 395—397 del. Weisius* *V. 395 et 396 transponit Bothius* 395. sagitis *Fleckeisenus Misc. crit. p. 39.* sagittis *B.* sagittis (t *alt. s. v. et* is *ex* as) *D.* sagittis (s *post. s. v.*) *J* thesaurarios *libri* 396. *Versum misere corruptum expungit Wagnerus*[1] Qui in re tali aliis iam *Kochius Emend. Pl. p. 5, quem dubitanter sequor* Cui in re talia *D.* Cui inre talia *B.* Cui in re tali *J F Z.* Cui in re tali iam *Camerarius.* Quoi tu in re tali iam *Ritschelius Proleg. p. 172.* Quoniam in re tali iam *Weisius.* Si quoi i. r. t. i. *Ussingius.* Qui mi in r. t. i. *Franckenus.* Quia in re tali *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. 23 (a. 1868) p. 214* subuenisti *F Z.* subuenit *B D J* antehac *J F Z* 397. priusquam *J*

*Act. II Sc. 9* COCVS *J: idem in v. 398 fine B. Spat. exhibet D* 398. Dromae desquama pisces *Nonius.* DROMODES quam aspicis *B.* romodes (*c. spat.:* d *in marg.*) quam aspicis *D.* Promodes quam aspicis *J* tumacherio *B J.* tum acherio *D.* tu macerio (*vel* mecerio) *Nonius* 399. gongrum *codicum Non.*

Ego híne artoptam ex próxumo utendám peto 400
A Cóngrione. tu ístum gallum, sí sapis,
Glabriórem reddes míhi quam uolsus lúdiust.
Sed quíd hoc clamoris óritur hinc ex próxumo?
Coqui hércle, credo, fáciunt officiúm suom.
Fugiam íntro, ne quid túrbarum hic itidém fuat. 405

---

400. *Plinius N. H. XVIII (28) 107:* Artoptam Plautus appellat in fabula quam Aulularíam scripsit, magna ob id concertatione eruditorum an is uersus poetae sit illius *e. q. s.: quo de loco cf. Ritschelius Parerg. p. 371* Arteptam *legisse scholiastam quendam Loewius statuit Prodr. p. 259, ad quem plures glossae eodem spectantes redeunt (*Artepta: genus uasis, ut pugella*) Osbernus p. 9:* Haec artopta . . . . . unde Plautus in Aularia: 'Ego artoptam huic ex proximo utendam peto' 401. 402. *Nonius p. 530, 25*: Quod ludis pueri praesules essent glabri ac depiles propter aetatem, quos antiqui Romani ludios appellabant *(*ut est in libro I Varronis de uita p. r.*)*, ideo Plautus in Aulularia: 'Tu istum . . . . . ludiust' *Osbernus p. 263:* Glabrio: nudus. Plautus: 'Gallum . . . . . reddes' 405. *Nonius p. 525, 2 de discrimine inter* turba *et* turbae *agens et indiscrete poni adfirmans:* Plautus in Aulularia: 'Redeo intro . . . . . fuat'

---

*plerique* murenam *B D J* exdorsua quantum potest *(priore loco* potes*) Nonius, unde iam F Z.* exossata fac sient *B D J: inde duo versus fecit Camerarius, quorum alterum expunxit Gruterus De* exdorsua *cf. Buechelerus Mus. Rhenan. vol. 35 (a. 1880) p. 404*
400. hic *J F* arteptam *glossae* ex proximo *B.* exproximo *D J* utendum *Pareus, Franckenus Cf. testim.* 401. Acongrione *J* gallum istum *Osbernus* tuis tum *D.* tuis tum *B* si satis *Nonius.* si sapies *Osbernus* 402. Glabriorem *Nonius.* Clabrionem *B.* Glabrionem *D J F, Osbernus* reddis *Nonius* mihi reddes *Osbernus* lydyus est *B.* lidyus est *D.* lidius est *J F.* lydius *Nonius*
403. Eucl. *praem. Z: corr. Angelius* hoc *del. Camerarius* utitur *J* ex proximo *D.* exproximo *B J* 404. credo *(*d *e corr.) D* suum *libri* 405. Redeo intro *Nonius* Fugiam *vel* fugio: nam metuo *Muellerus Pros. Pl. p. 519 inter alia* nequid *B D J* turbarum *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* turbę *B D.* turbae *J F Z* fuat *Harius, Bothius.* fiat *libri* turbae fiat *(om.* hic itidem*) Nonius.* itidem hic fuat *Muellerus l. s. s.* hinc itidem mi fuat *Franckenus, ut alia aliorum taceam* Congrio *addunt post* fiat *B D J*

# ACTVS III

**CONGRIO**

Áttici uirí, populares, íncolae, accolae, áduenae omnes,
Dáte uiam qua fúgere liceat, fácite totae pláteae pateant.
Néque ego umquam, nisi hódie, ad Bacchas uéni in Bacchanál coquinatum:
Íta me miserum et meós discipulos fústibus male cóntuderunt.
Tótus doleo atque óppido perii: íta me iste habuit sénex gymnasium. 410
Neque lígna ego usquam géntium praebéri uidi púlcrius:

---

408. *Nonius p. 85, 31:* Coquinatum, ad quoquendum. Plautus Aulularia: 'Neque . . . . . coquinatum *Osbernus p. 71:* hoc bachinal . . . . . unde Plautus in Aulularia: 'Numquid nisi hodie ad bacas ueni in bachinal coquinatum' *Cf. Fest. Paul p. 61*

412. *Nonius p. 290, 32:* Exigere est excludere. Plautus in Aulularia: 'Itaque . . . . . foras'

---

*Act. III Sc. 1 De metris huius scaenae cf. Hermannus Elem. d. m. p. 91: meros trochaeos restituebat Franckenus* GONGRIO COCVS *B.* CONGRIO COQVVS *J: om. spat. relicto D* 406. Attici uiri *ego.* Optati uires *B.* optati *(o in marg.)* uiues *D.* Optati ciues *JFZ.* Pro Attici ciues *Bentleius.* O Attici c. *Langenus p. 137.* Opitulamini *Ussingius* incolę *DJ* accolę *D.* accole *J* aduenę *DJ*

407. totę *BDJ* plateę *B* *V. 408—414 ita collocavit Acidalius: in libris hoc ordine se excipiunt: 408. 409. 410. 413. 414. 411. 412. Hunc ordinem commendat Wagnerus: 410. 408. 409. 411. 412. 413. 414. Contra Ussingius sic collocat: 408. 409. 411. 412 (hunc delet). 410. 413. 414* 408. adbacchas *B.* adbachas *J.* at Bacchas *Nonius* in baccanal *Nonius.* in bachinal *(a s. i) B.* in bachinal *D.* inbachinal *J* *De* coquinatum *forma cf. Sauppius Quaest. Plaut. p. 10.* coquitatum *cum Festo post Pareum Hermannus Elem. d. m. p. 91* *De Osberno cf. testim.* 409. *Fortasse parallelus est versui 412* 410. ita iste me *tacite Ritschelius Op. phil. vol. II p. 485* gymnas[ *J*
411. *Trochaeos discribit Franckenus (usquam ego)* eo//// quā *corr. in* ego usquā *B*[2] preberi *J* pulchrius *libri*

Itaque ómnis exegít foras me atque hósce onustos fústibus.
Attát, perii hercle ego míser, is est: aperítur Bacchanál: adest:
Sequitúr. scio quam rém geram: hoc ipsús magister mé
docet.

---

**EVCLIO. CONGRIO**

EVCLIO

Redi, quó fugis nunc? téne, tene.

CONGRIO

Quid, stólide, clamas? 415

EVCLIO

Quia ad trís uiros iam ego déferam nomén tuom.

CONGRIO

Quam ob rem?

EVCLIO

Quia cúltrum habes.

CONGRIO

Cocúm decet.

EVCLIO

Quid cónminatu's

---

412. omnes *J.* oms *BD* ita *Franckenus trochaeos discribens* foras *ex* fores *D* hosce *Schmidtius de pron. form. p. 38.* hos *libri* honustos *J* *In fine versus exstat* euclio *in BD* 413. *Trochaeos discribunt Richterus de partic. excl. usu p. 25, Franckenus, alii* Attat *J* is est *addidi: om. libri* miser: aperitur *Camerarius, Harius.* misera perit *BD.* miser aperit *JFZ.* miser: a perii *Palmerius* bachanal *BDJ* eccum, adest *Ussingius* Attat ut perii hercle ego miser: a perii, bacchanal adest *Wagnerus*[2] *De* miser ego *ne quis cogitet cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 24* 414. haec *FZ* me docet *Acidalius.* me docuit (medocuit *J*) *libri.* docuit me *Wagnerus*

*Act. III Sc. 2 Totam se. tract. Hermannus El d. m. p. 453 et de metr. p. 171, Christius 'Metrik' § 383: huc pertinere putat Studemundus de cant. p. 96 Rufini verba ab Hermanno ad IV 9 relata: cf. v. 707: de ipso metro cf. eiusdem Studemundi comm. de cant. p. 30 et 'Festgruss' p. 53, ubi v. 418. 420. 424. 425. 429. 433. 434. 442. 444 hunc exitum vindicat:* ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ EVCLIO SENEX GONGRIO (CONGRIO *J*) COCVS *BJ: om. spatio relicto D* 415. edi (r *in marg.*) *D* REDI QVO *B* 416. adtris uiros *BJ.* ad trisuiros *D* nomen tuum *libri.* tuum nomen *Hermannus El. d. m. p. 455* obrem *BD.* o[ *J* 417. Quid comminatus (cominatus *B*) *libri.* Quod (Quia *iam Bothius*) comminatu's *Franckenus.* Quid? non minatu's? *Dousa.* Quin comminatu's *sine interr. signo Acidalius.* Qui comminatu's *Ussingius sine interrogatione et commate post* habes *posito*

Mihi?

CONGRIO

Ístuc male factum árbitror, quia nón latus fodi.

EVCLIO

Homo núllust te sceléstior qui uíuat hodie
Neque quoi égo de industria ámplius male plús lubens faxim. 420

CONGRIO

Pol etsí taceas, palam íd quidemst: res ípsa testist.
Ita fústibus sum móllior magis quam úllus cinaedus.
Sed quíd tibi nos táctiost, mendíce homo?

EVCLIO

Quae res?
Etiám rogitas? an quía minus quam me aéquom erat feci?

CONGRIO

Sine: at hércle cum magnó malo tuo, si hóc caput sentit. 425

EVCLIO

Pol ego haúd scio quid póst fuat: tuom núnc caput sentit.

---

422. *Nonius p. 5, 15:* Cinaedi dicti sunt apud ueteres saltatores uel pantomimi, ἀπὸ τοῦ κινεῖν (τὸ) σῶμα. Plautus Aulularia: 'Ita . . . . . cinaedus'

---

418. Michi *J* Istud *BJ* *Ante* quia *pers. spat. D* fo[ *J*
419. nullus est *libri* 420. quoi *(i s. v.) B.* cui *J.* quo *D* mali *Guyetus* libens *BDJ* *Servavi librorum scripturam quamvis suspectam* lubens male faxim *Hermannus de metr. p. 172* quoi de industria mali plus lubens ego *Franckenus* *Cf. Woelfflinus 'Lat. u. rom. Comparation' p. 29* 421. et si *BD* quidem est *libri* *Ante* res *pers. spat. D* testis est *libri* 422. submollior *Nonius* magis *Nonius. Harius.* miser magis *BD.* magis miser *JFZ: utrumque delet Mercerus: at cf. Woelfflinus 'Lat. u. rom. Comparation' p. 46* cinedus *BD.* cynedus *J* 423. nos tactiost mendice homo *Hermannus de metr. p. 171.* nos mendice homo tactio est *(*taccio *sine* est *D) libri.* mendice homo nos tactiost *Reizius, Ritschelius Opusc. phil. vol. III p. 128* Eucl. Quae res *Seyffertus Stud. Pl. p. 2.* quę res *BDFZ.* queres *J.* quae rest *libri deter.: cf. Ritschelius l. s. s.* 424. rogas *Bothius: cf. v. 421* me aequom erat *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* aequom erat *ex* aequo mereat $B^2$. ęquo mereat *D.* aequum erat *JFZ.* aequom me erat *Seyffertus Ind. phil. vol. 4 (a. 1872) p. 390.* erat aequom *Reizius*
425. at *om. Z* magno malo tuo *Harius. Hermannus de metr. p. 171.* malo tuo magno *libri.* magno cum malo tuo *Reizius* capud *D* sentiet *JFZ* 426. *om. JFZ: del. Hildyardus* fuat *aliqui apud Pareum, Harius.* fiat *BD* tuum *BD* capud *D*

Sed in aédibus quid tíbi meis nam erát negoti
Me abséntе, nisi ego iússeram? uolo scíre.

CONGRIO

Tace ergo.
Quia uéni huc coctum ad núptias.

EVCLIO

Quid tú, malum, curas
Vtrúm crudumne an cóctum edim, nisi tú mi's tutor? 430

CONGRIO

Volo scíre sinin an nón sinis nos cóquere hic cenam?

EVCLIO

Volo scíre ego itidem meaé domi mean sálua futura?

CONGRIO

Vtinám mea mihi modo aúferam quae ad té tuli salua.
Me haud paénitet, tua ne éxpetam.

EVCLIO

Scio: né doce, noui.

---

427. inaedibus *BDJ* negotii *BD* negoci *J* 428. ]uolo scire *J* 429. ]quid tu *J* ueni huc *Fleckeisenus Nov. Annal. vol. 95 (a. 1867) p. 632.* uenimus *libri* adnuptias *B.* ad nuptias . . . . . *Wagnerus* *Ceterum cf. Langenus p. 56* 430. ]edim *J* Utrum crudumne an coctum *Brixius ad Capt.*[3] *v. 265: cf. Studemundus de cant. p. 32.* Utrum crudum an coctum ego *BDJ.* Utrum crudum an coctum *FZ.* Ego utrumne crudum an coctum *Reizius.* Utrumne crudum an coctum *Guyetus.* Utrum crudum an ego coctum *Pylades* edam *FZ* mi es *D.* mihi es *BJ* 431. ]an non sinas *J* sinin *(vel* sinen*)* an non sinis *(vel* sines*)* *Studemundus Stud. vol. 1 p. 159.* sinas annonsinas *B.* sinas annon sinas *DFZ* cęnam *B* 432. ]ego item *J* ego itidem *scripsi.* ego item *libri.* item ego *Z, Hermannus de metr. p. 171* meę *B.* meaen *Bothius* mean *Camerarius, Ritschelius Prol. p. 113.* mea *libri* 433. ]mea michi *J* quae ad te tuli *Studemundus de cant. p. 32.* quę adtuli *BD.* quę attuli *JFZ.* quae huc attuli *cum Pylade idem Studemundus 'Festgruss' p. 54.* quae ad te attuli *Seyffertus Stud. Pl. p. 7. Cf. Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 247 adn.* quae adtetuli *Muellerus Pros. Pl. p. 216, Franckenus.* quae tetuli *Reizius.* quae huc tetuli *Hermannus de metr. p. 171, ut alia taceam* *Ante* salua *maius spat. B* 434. *Vers. del. Guyetus* Eucl. *praem. FZ* ]haud *J* meum *Camerarius.* mei *Bothius* penitet *BDJ* tuane *BD* exspęctam *B.* exspectam *D* *Congr. pers. inserunt JFZ* Scio ne *ex* Scione *B*[2] *V. 435—440 dittographiam esse statuit Wagnerus*[1]*: cf. Fleckeisenus Nov. annal. vol. 95 (a. 1867) p. 631: ego olim transponebam ante v. 431 Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 244, fortasse recte: v. 436. 439. 440 excludit Langenus l. s. s. p. 138*

Congrio

Quid est quá nunc prohibes grátia nos cóquere hic cenam? 435
Quid fécimus? quid díximus tibi sécus quam uelles?

Evclio

Etiám rogitas, sceléste homo, quine ángulos omnis
Mearum aédium et concláuium mihi † peruium facitis?
Ibi úbi tibi erat negótium, ad focúm si adesses,
Non físsile auferrés caput: merito íd tibi factumst. 440
Nunc ádeo ut meam senténtiam iam scíre possis:
Si ad iánuam huc accésseris, nisi iússo, propius,
Ego té faciam misérrumus mortális ut sis.
Scis iám meam senténtiam.

---

436. *Osbernus p. 561:* Secus, iuxta uel aliter. Plautus: 'Quid fecimus . . . . . uelles' 440. *Osbernus p. 208:* hic et haec fissilis . . . . . unde Plautus: 'Non . . . . . fissile'

---

435. *Pers. om. FZ* qua *ex* quia $B^2$. quia *D* Quid est? Qua *Ussingius* nunc prohibes *Reizius, Ritschelius.* prohibeas nunc *BDJ.* prohibeas *Wagnerus*[1]. prohibes nunc *cum F Langenus p. 138* cęnam *B* 436. fecimus tibi aut quid diximus secus *Osbernus* secus quam *JFZ:* sequi usquam *BD* 437. ]rogitas *J* scelere *J* quine *Hermannus de metr. p. 171.* qui *libri.* quia *Bothius* angulosus //////omis *(d eras.) B.* anglos *Bothius.* angululos *Hermannus ibidem.* angulos hic *Camerarius* *An* qui anglos per omnis? *cf. v. 437* 438. ]aedium *J* michi *J* peruium facitis *BD.* peruiam facitis *(peruios F) JFZ: utrumque corruptum.* perturbatis *Wagnerus.* peruestigatis *vel* per uim aditis *Muellerus Pros. Pl. p. 463. Similia in promptu sunt non pauca* *An* uiam mihi facitis? *cf. v. 436* 439. ]tibi *J* Ibi *Guyetus, Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* Id *libri.* Id *deleri posse idem Brixius putat.* Hic *Pareus* si *ex* s///// *B* 440. ]ile haberes *J* auferres *ego.* haberes *libri* capud *BD* non decet te habere fissile caput *Osbernus* caput haberes fissile *ego Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 246.* fissile hoc haberes caput *Wagnerus.* fissile iam haberes caput *Hermannus de metr. p. 172.* fissile haberes nunc caput *Franckenus.* fissile haberes tu caput *Christius l. s. s.* factum est *libri* 441. *Vers. del. Guyetus* ]tu meam *J* Nunc adeo ut *Langenus p. 146.* Adeo ut tu *libri.* Atque adeo ut *(vel* Atque ut tu*) Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* At ut tu *Wagnerus* iam scire *(vel* nunc scire = nc scire*) Fleckeisenus Nov. Ann. vol. 95 (a. 1867) p. 632.* iam noscere *libri* 442. ]ianuam *J* adianuam *(i s. v.) B* iusso *Guyetus, Fleckeisenus l. s. s.* iussero *libri* propicius *J* 443. ]faciam *J* miserrimus *BD.* misserimus $J^1$. misserrimus $J^2$ mortales *(corr. m. 2) J* ut *Harius.* uti *libri* 444. *Post* sententiam *plerique usque ad Franckenum interrog. signum posuerunt* Congr. Quo *Bothius.* quo *libri*

CONGRIO

Quo abís? redi rursum.
Ita mé bene amet Lauérna uti iamiám, nisi reddi 445
Mihi uása iubes, hic pípulo te dífferam ante aedis.
Quíd ego nunc agám? ne ego edepol uéni huc auspició malo:
Númmo sum condúctus: plus iam médico mercedíst opus.

EVCLIO

Hóc quidem hercle quóquo ego ibo mécum erit, mecúm feram,
Néque istic in tantís periclis úmquam conmittam út siet. 450
Íte sane núnc intro omnes ét coqui et tibícinae.

---

445. 446. *Nonius p. 152, 4:* Pipulo pro conuicio. Plautus Aulularia: 'Ita . . . . . aedis' *Idem p. 284, 20:* Differre, diuidere uel scindere . . . . . Plautus in Aulularia: 'Nisi . . . . . aedis' 446. *Varro de l. l. VII 103 p. 160 M.:* In Aulularia: 'Pipulo te differam ante aedis' id est conuicio, declinatum a pipatu pullorum *De glossis huc spectantibus cf. Loewii Prodr. p. 260*

---

445. ]me *J* amen (t *s.* n) *B* At ita me bene amet *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57* uti iamiam nisi *ego.* te iam nisi *libri cum Nonio.* te iamiam nisi *Harius.* te iam nisi si *Christius l. s. s.* ut iam nisi *ceteris aliter positis Ussingius* reddi *Nonius* (redde *altero loco), B*[2]. redi *B*[1]*D.* redis *J* 446. Michi *J* Iubes mihi uasa *Christius l. s. s.* hic pipulo *Reizius (Varro?):* pipulo hic *FZ.* pipulo te hic (hic *om. alt. l.) Nonius: cf. v. 445.* populo hic *BJ.* populos hic *D.* ego pipulo hic *Ussingius.* mea pipulod hic *Franckenus* te differam ante aedis *scripsi cum Varrone.* differam ante aedis *libri cum Nonio: vide quae modo adnotavi Mensuram* differam ante aedis *suspectam esse puto* 447. ]ego *J* agam////// *(eras.* in *ut vid.) D* edepol ne ego *Fleckeisenus Philol. vol. 2 (a. 1847) p. 84* 448. medio *JFZ: corr. Hermolaus* mercedist opus *Bothius.* mercede opus est *libri.* mercede est opus *Aldina.* pro mercede opust *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 121.* merces est opus *Ussingius*

*Act. III Sc. 3* EVCLIO SENEX. GONGRIO COCVS *duobus versibus B.* EVCLIO SENEX. CONGRIO COCVS *J: om. spatio relicto D Scaenam continuavit Bothius* 449. oc (h *in marg.) D* quoquo ego *Wagnerus, Muellerus Pros. Pl. p. 755.* quoquo *(post* quoquo *er.* erit *ut vid. D) libri.* quoquod *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 80.* quoquomque *Bergkius 'Beitr. zur lat. Gramm.' p. 76.* nunc quoquo *alii* 450. istic *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* istud *libri.* isti id *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 438* intantis *BDJ* committam *BD.* comittam *J* 451. ]sane *J* Ite *FZ.* Ita *BD* nunc intro omnes *Lingius de hiat. p. 63, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 82.* nunc iam intro omnes (omīs *J) libri.* nunciam introd *Ritschelius ibidem.* intro omnes nunciam *Wagnerus*[2]*: cf. praeterea Ritschelius Proleg. p. 129 et Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 86* tibicinę *DJ*

Étiam huc intro dúce, si uis, uél gregem uenálium.
Cóquite, facite, féstinate núnciam quantúm lubet.

CONGRIO

Témperi, postquam ínpleuisti fústi fissorúm caput.

EVCLIO

Íntro abite: opera húc conductast uóstra, non orátio. 455

CONGRIO

Heús, senex, pro uápulando hercle égo abs te mercedém petam.
Cóctum ego huc, non uápulatum, dúdum conductús fui.

EVCLIO

Lége agito mecúm, molestus né sis: ei, cenám coque
Aút abi in malúm cruciatum ab aédibus.

CONGRIO

Abi tú modo.

EVCLIO

Íllic hinc abiit. di ínmortales, fácinus audax íncipit 460

---

458. *Donatus ad Phorm. V 7, 91:* Lege agito dicebatur ei, cuius intentio contemtibilis aduersario uidebatur. Plautus in Aulularia: 'Lege . . . . . coque'

---

452. Etiam huc introduce, si uis *Camerarius.* Etiam introduce siuis *libri.* Etiam, si uis, intro duce *Goellerus.* Iam etiam introduce si uis *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 86* *Ceterum delet v. Ussingius*

453. festiuate *Weilius Nov. Annal. vol. 87 (a. 1863) p. 250 adscita Labbaei glossa* festiuo: ἑορτάζω nunc iam *BDJ* libet *BDJ*

454. *V. add. B² in marg.: om. DJFZ, ubi v. 454 cum v. 455 ita (D) conflatus est:* Temperi abi impleuisti *B²* fustibus istorum *Camerarius* 455. Intro abite *Goellerus, Lomanus Spec. cr. p. 25.* Intro abi *(*ntro *in ras. et* I *ex* T *m. 2) B.* Temperi abi *D.* Em perii Eucl. abi *JFZ. Cf. v. 454* opera huc est *Camerarius: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 81* conducta huc operast *Reizius: similia in promptu sunt haud pauca* conducta est *libri* ūra *BDJ* 456. Heus *Bentleius, Bothius.* Eu *BD.* Heu *JFZ* ꝑuapulando *DJ* hercle *del. Hermannus,* ego *Kampmannus de 'Ab' p. 10* abste *BDJ* abs te ego *Guyetus* 457. ego huc *Muellerus Pros. Pl. p. 30.* ego *libri.* hercle ego *Ritschelius* 458. molestus *(o ex* e*) D* *Post* sis *maius spat. D* ei *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 59.* i et *B.* et *D (ante* et *lac.) JFZ, Donatus.* i *Guyetus.* aut *Bothius ex Lang.* cęnam *B.* caenam *J* coque *ex* quoque *J* 459. inmalum *B* ab ędibus *D.* abędibus *B* *Person. ante* abi *om. BDJ* *Sequentem scaenam cum hac coniunxit Bothius*

*Act. III Sc. 4* SENEX EVCLIO *B.* EVCLIO SENEX *J.* *om. sine spat. D* 460. Ille hinc *Hermolaus, Bothius.* illic *Guyetus* habiit *D*

Quí cum opulento paúper coepit rém habere aut negótium,
Véluti Megadorús me tentat ómnibus miserúm modis:
Quí simulauit meí se honoris míttere huc causá coquos:
Ís ea causa mísit hoc qui súbruperent miseró mihi.
Cóndigne etiam méus med intus gállus gallinácius 465
Qui ánui erat pecúliaris pérdidit paeníssume.
Ýbi erat haec defóssa occepit íbi scalpurrire úngulis
Círcumcirca. quíd opust uerbis? íta mi pectus péracuit:
Cápio fustem, obtrúnco gallum, fúrem manufestárium.
Crédo edepol ego illí mercedem gállo pollicitós coquos, 470
Si íd palam fecísset. sed ego exémi ex manibus mánubrium.

---

467. *Nonius p. 171, 32:* Scalpurrire, scalpere. Plautus Aulularia: 'Vbi . . . . . unguibus' *Hunc versum respexit Ausonius praef. gryphi p. 189 ed. Bip.:* Hunc (librum) ego cum uelut gallinaceus Euclionis situ chartei pulueris eruissem excussum relegi *e. q. s.*
469. *Osbernus p. 335:* Manifestarius . . . . . unde Plautus in Aularia: 'Obtrunco gallum manifestarium'

---

Dii *J* im mortales *J.* immortes *BD* 461. pauper *Aldina, Bentleius, Reizius.* pauper homine *libri* cepit *BD.* cępit *J* negotium *in marg. D.* negocium *J* *An* homine rem habet aut negotium? *certe* coepit *suspectum est* 462. Veluti Megadorus me *Reizius. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 46.* Velut megadorus *BFZ.* Velud megadorus *D.* Velut medagorus *J.* Veluti me Megadorus *Gruterus. Guyetus* Veluti *iam Aldina* temptat *Gruterus.* temptat me *libri* inomnibus *JF* 463. simulauit *m. 2 ex* simul aut *B* mei se *Reizius, Bothius.* mei *libri* 464. subruperent *Pareus.* subriperent *J.* surriperent *BD.* surperent *Bothius* misero *ex* miserum *D* michi *J* 465. meus med intus *Pareus.* meus me intus *BDFZ.* omnes me intus *J.* me meus intus *Goellerus.* meus intus me *Guyetus. cf. Muellerus Pros. Pl. p. 728* gallinatius *BD* 466. anui erat *Harius.* erat anui *libri.* erat anu *Bentleius* pecullaris *BD.* pecularis *J* penis sume *D.* penissume *J.* penussime *B* 467. hęc *J* obcepit *codices Nonii* scalpurire (al *ex* a *ut vid.) D.* scalpturrire *Acidalius* scalpturire ibi *Pareus* ungulas (i *s.* a) *B.* unguibus *Nonius* 468. Circum circa *DJ* opus est *libri* mihi *BD.* michi *J* pectu[ *J* 469. optrunco *J* furem *om. Osbernus* manifestarium *J* 470. ego edepol *JZ, unde profecti* mercedem illi *Pylades,* illi mercedem edepol *Guyetus coniecerunt* cocos *BD* 471. sed ego exemi *Kampmannus de 'Ex' p. 13.* exemi *libri.* exemi iis *Brixius de Pl. et Ter. pros. p. 39* ex manibus *Kampmannus et Brixius.* ex manu (exmanu *J) libri.* ex manu istis *Wagnerus: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 588, ubi simul de* exemi istis ex manŭ *vel* exemi istis manubrium ex manu *cogitari posse dicit*

(Quíd opust uerbis? fáctast pugna in gállo gallinácio.)
Séd Megadorus méus adfinis éccum incedit á foro.
Iam húnc non ausim praéterire quín consistam et cónloquar.

---

## MEGADORVS. EVCLIO

MEGADORVS

Narráui amicis múltis consiliúm meum 475
De cóndicione hac Eúclionis fíliae.
Laudánt: sapienter fáctum et consilió bono.
Nam meó quidem animo sí idem faciant céteri,
Opuléntiores paúperiorum fílias
Vt índotatas dúcant uxorés domum: 480
Et múlto fiat cíuitas concórdior,
Et nós minore inuídia utamur quam útimur,
Et illaé malam rem métuant quam metuónt magis,
Et nós minore súmptu simus quám sumus.
In máxumam illuc pópuli partemst óptumum, 485
In paúciores áuidos altercátio est,
Quorum ánimis auidis átque insatietátibus

---

472. *Vers. del. Guyetus et Osannus Anal. crit. p. 181: vereor ne latius pateat vitium: cf. praef.* opus est *libri* facta est *libri* ingallo *J* gallinaceo *BD: cf. Buechelerus Mus. Rhen. vol. 20 (a. 1865) p. 441* 473. medagorus *J.* magodorus *D* affinis *libri* aforo *BJ* 474. Iam *ex* Item *D* preterire *DJ* colloquar *J*

*Act. III Sc. 5* MEGADORVS. EVCLIO SE NES DVO · *in duob. vers. B.* MEDAGORVS. EVCLIO. DVO SENEX *J. om. spatio relicto D* 475. arraui *(n in marg.) D.* NARRAVI *B* amicis meis *DZ* 476. De conditione *D.* Deconditione *B* hac Euclionis filiae *Rittershusius apud Sciopp. susp. lect. IV 5.* hac Euclionis filiam *BDJZ: unde* hac. Euclionis filiam *plerique.* ac Euclionis filia *Gruterus ex Pal. 3: idem F.* hac, Euclionis filia *Kochius Em. Pl. p. 6* 478. sidem *(i add. s. i) D* cęteri *BDJ* 480. ducant *ex* dubant *B* *De v. 481 sq. cf. praef.* 482. Et nos minore inuidia *Muellerus Pros. Pl. p. 359.* Et inuidia minore nos *libri.* Et inuidia nos minore *Pylades.* Et inuidia minus nos *Bentleius* 483· illę $B^2J$. ille *BD* quam metuunt *libri* minus *cod. deter.* 484. sumptą *(u s. ą) J* sumus *D* *V. 485—488 del. Franckenus: cf. praef.* 485. Inmaximam *B.* In maximam//////// *D.* In maxima *JFZ* illec *DJFZ* ppti *B* partem est *BD.* parte est *JFZ* optumum *Camerarius.* optimam *BD.* optuma *JFZ* 486. paucioris *BD.* pauciori//// *J.* pauciori *F.* pauciore *Z* auidos *(s. v.* ł is*: voluit* auidis*) J* altercatio est *libri* 487. auidus *D* insacietatibus *B*

Neque lex neque rumor cápere est qui possít modum.
Namque hóc qui dicat: quó illae nubent díuites
Dotátae, si istud iús pauperibus pónitur? 490
Quo lúbeat nubant, dúm dos ne fiát comes.
Hoc sí ita fiat, móres meliorés sibi
Parént pro dote quós ferant quam núnc ferunt.
Ego fáxim muli prétio qui superánt equos
Sint uíliores Gállicis canthériis. 495

EVCLIO

Ita mé di amabunt út ego hunc auscultó lubens.
Nimis lépide fecit uérba ad parsimóniam.

MEGADORVS

Nulla ígitur dicat: équidem dotem ad te ádtuli
Maiórem multo quám tibi erat pecúnia.
Enim míhi quidem aequomst púrpuram atque aurúm dari, 500
Ancíllas, mulos, múliones, pédisequos,
Salútigerulos púeros, uehicla quí uehar.

---

494. 495. *Osbernus p. 85:* Dicitur quoque hic canterius, rii ·i· equus castratus; unde Plautus: 'Ego faxim . . . . . canteriis' 500—502. *Osbernus p. 251:* Item a gero gerulus, quod componitur nugigerulus . . . . et hic salutigerulus . . . unde Plautus: 'Aequum est dare huic ancillas, mulas, muliones, salutigerulos pueros' 502. *De glossa huc spectante cf. Loewius Prod. p. 260 (Philoxenus p. 191, 74:* Salutigerulus: *ἐπισκέπτης)*

---

488. Nequę *J bis* rumor *ego.* sutor *BDJ.* tutor *FZ.* pudor est *Wolffius Proleg. ad Aul. p. 43.* censor *dubitanter Ussingius: cf. Wagnerus de Aul. p. 18, Visseringius quaest. Pl. II p. 99* facere est *Lambinus* possint *D* 489. Nequę hoc *JFZ* Nam quod qui dicant *Lambinus* quid dicat *J* quoi *Camerarius* illę *J.* ille *D*
490. Dotatae si istud *(istuc Schmidtius de pron. form. p. 83)* ius *Camerarius.* Dotata es *(ex* est *J)* istud uis *BDJFZ* 491. lubeat *Camerarius, Bentleius.* iubeant *ex* lubeant *B.* iubeant *DJFZ.* lubeant *def. Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 841: cf. Priscianus XI, 20 (I p. 561, 11 H.)* nefiat *J* 492. ita si *Pylades, Ritschelius* fiet *FZ: corr. Hermolaus* 494. ꝑtio *B.* praecio *D.* ꝑcio *J* superant *(a e corr.) B* faxim ut muli qui superant equi *Osbernus* //// equos *D* 495. Sint *Reizius, Bothius.* Sient *libri cum Osberno* galliciscant heriis *BD* canteriis *Osbernus* 496. me diam ////abunt *D.* me dii amabunt *J.* di me a. *Ritschelius* 497. parcimoniam *Gruterus* 498. ergo *Z* adte *BJ* attuli *J* 500. michi *J* aequum est *BD.* equum est *J* purpuram *ex* purpuream *J* 501. pedisequos *Pylades.* pedissequos *BJF.* pedis sequos *D* 502. Saluti gerulos *D.* Saluti gerrulos *B* uehicla *Bothius cum*

EVCLIO

Vt mátronarum hic fácta pernouít probe
Moríbus praefectum múlierum hunc factúm uelim.

MEGADORVS

Nunc quóquo uenias plús plaustrorum in aédibus 505
Videás quam ruri quándo ad uillam uéneris.
Sed hoc étiam pulcrumst praéquam sumptus úbi petunt.
Stat fúllo, phyrgio, aúrifex, linárius:
Caupónes patagiárii, indusiárii,
Flammárii, uiolárii, carinárii, 510
[Aut manulearii, aut murobatharii]

---

507. 508. *Osbernus p. 438*: Hic patigiarius . . . . . unde Plautus: 'Ubi sumptus petunt stat fullo aurifex, inclusiarii, patigiarii'. *Cf. p. 176* 508. Phrygionem *fort. ex h. l. adfert Servius ad Aen. III 484:* Huius enim artis peritos phrygiones dicimus secundum Plautum 509. *Cf. Festus Pauli p. 221 M.:* Patagium est quod ad summam tunicam assui solet, quae et patagiata dicitur et patagiarii qui eiusmodi faciunt *Huc spectat glossa* indusiarii *(libri* indutiarii*)*: uestiarii*: cf. Loewii Prodr. p. 260* 510. *Nonius p. 541, 32:* Flammeus, uestis uel tegmen quo capita matronae tegunt. Plautus in Aulularia: 'Flammarii . . . . . carinarii' *Idem p. 549, 29:* Violacia, a uiolae colore. Plautus in Aulularia: 'Flammarii . . . . . carinarii'

---

*Hario.* uehicula *libri* qui ferar *ex Lang. Bothius* 503. *Pers. om. D* per nouit *J* 504. p̃fectum *D.* prefectum *J* mulierem *J* 505. 506. *Del. Wolffius Sc. Aul. p. 6* 505. *Pers. om. D* quoquo *ex* quoque $B^2$. quoque *DJZ, quod defendi potest* inaedibus *BD.* inedibus *J* 506. aduillam *J* 507. ]pulchrum est [ ] sumptus *J* etiam hoc *D* pulchrum est *BDJ.* paulum est *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57* *Verba* Praequam . . . . petunt *novum vers. efficiunt in BDJ* Prequam *B.* Erae quam *D* sumptus ubi *Guyetus.* ubi sumptus *libri. Cf. Langenus p. 32.* qui sumptus *Muellerus Pros. Pl. p. 28.* quae in sumptus *Franckenus* *Ad versus sequentes plures variorum temporum homines contribuisse videntur, quorum suum cuique assignare non ausus sum* 508. Stat[ ]ph[ ]gio *J* phyrgio *BD.* phrygio *FZ* linarius *B: cf. C. I. L. V, 5923.* lanarius $B^2DJFZ$ *Cf. Osbernus* 509. ]pones *J* *Cf. Osbernus* Caupones patagiarii *coniungit Guyetus.* Caupones *in suspicionem vocat Acidalius, qui* stant pone *coniecit.* Ciniflones *Pylades* *510. 511 del. Wagnerus de Aul. p. 21* 510. Flammearii *multi inde ab Hermolao* Flammari uolarii *(*uiolari*) libri Nonii* cărinarii *def. Brandtius Nov. Ann. vol. 117 (a. 1878) p. 385.* cariarii *vel* cariari *Nonius, unde* cerinarii *Hadrianus Junius Pium secutus,* cerarii *Scaliger,* cararii *Hermolaus, Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 56,* coriarii *Bothius cum aliis.* caltularii *Lambinus* 511. *Seclusit hunc versum Guyetus*

Propólae linteónes, calceolárii,
Sedentárii sutóres, diabathrárii,
Soleárii adstant, ádstant molocinárii,
Petúnt fullones, sárcinatorés petunt, 515
Strophiárii adstant, ádstant semisonárii.
Iam hosce ábsolutos cénseas: cedúnt, petunt
Trecénti item alii: stánt phylacistae in átriis,
Textóres, limbolárii, arculárii.

---

513. *Osbernus p. 540:* Hic sedentarius . . . . . unde Plautus: 'Petunt sumptus artifex et sedentarius' 514. *Nonius p. 548, 15:* Molochinum, a Graeco, color flori similis maluae . . . . . Plautus in Aulularia institores molochini coloris molochinarios appellauit 517. *Nonius p. 251, 8:* Cedere, incedere. Plautus in Aulularia: 'Iam hosce . . . . . petunt' 518. 519. *Osbernus p. 234:* Hic filacista . . . . . unde Plautus: 'Trecenti . . . . . arcularii' 518. *Osbernus p. 245:* Filiacista, filator, quod in Plauto reperies 519. *Nonius p. 541, 30:* Limbus ut adnotatum inuenimus muliebre uestimentum, quod purpuram in imo habet. Plautus in Aulularia: 'Textores . . . . . arcularii'

---

Aut mantiliarii *Gruterus.* Anthinomellarii *Ussingius.* Aromatarii *Turnebus* *Servavi librorum scripturam:* myrobrecharii *Z. cf. praef.:* murrobathrarii *Camerarius* 512. 513. *om. Z.: add. Scutarius* 512. Propolaelinteones *B.* Propolat linteones *D* Lintiones *exstant in titulis* 513. Sedentari *(t e corr.) D* sutąres *(o add. m. 2) B.* sutares *D.* sutates *JZ: corr. Angelius: erant qui* sutantes *conicerent* diabathrarii *Turnebus ex Paulo p. 74 M.:* diobatharii *BD.* diabatharii *J* *V. 514. 515 excl. Franckenus* 514. Sol[ ]adstant *J* Soliarii *BD* astant *BD bis* *Cf. Non.* 515. Ciniflones *Bothius* *V. 516—522 ita ordinat Franckenus licenter mutatos: 516. 521. Vers. ex Non. 517. 518. 519. 522. V. 520 del.* *V. 516. 517 del. Guyetus* 516. *Parall. esse v. 514 vidit Wagnerus* Strophyarii *B* astant *bis BD* stant, stant *Bothius* 517. *Ante hunc v. ponit Wagnerus vers. ex Nonio: eundem post v. 530 posuerat Gulielmius, post 525 Acidalius (cf. v. 516—22): quem huc spectare posse quamquam concedo, tamen de loco desperans in fine fabulae addidi: ad deperditam partem eam refert Ussingius: cf. fragm. 1* im hose *aliquot cod. Nonii* eccedum petunt *Acidalius* 518. ]cum stant *J* Trecenti item alii: stant *ego.* Treceni cum stant *(*Tre cenicum *D) BDFZ.* Treceni cum astant *Osbernus.* Trecenti constant *Pylades.* Trecenti constant, stant *Bothius.* Trecenti circumstant *Acidalius, Bentleius* Treceni cum philacistae stant *Guyetus* phylacistę *J.* phylaciste *B.* philacistę *D.* filacistae *Osbernus* inatriis *B* 519. ]tores *J* Sextores *D* limbolarii *Z ex Nonio.* linbuarii *BD.* limbuarii *JF.* limborarii *Gulielmius.* *idem ante Mercerum apud Nonium legebatur* alcularii *Nonius.* arcarii *Osbernus*

Ducúntur, datur aes: ábsolutos cénseas, 520
Quom incédunt infectóres corcotárii:
Aut áliqua mala crux sémper est, quae aliquíd petat.

EVCLIO

Conpéllarem ego illum, ní metuam ne désinat
Memoráre mores múlierum: nunc síc sinam.

MEGADORVS

Vbi núgigerulis rés solutast ómnibus 525
Ibi ád postremum cédit miles, aés petit.
Itúr, putatur rátio cum argentário.
Milés inpransus ádstat, aes censét dari.
Vbi dísputatast rátio cum argentário,
[Etiam plus ipsus ultro debet argentario] 530
Spes prórogatur míliti in aliúm diem.
Haec súnt atque aliae múltae in magnis dótibus

---

521. *Nonius 549, 26:* Crocota, crocei coloris uestis. Plautus in Aulularia: 'Quom incedunt . . . . . corcotarii' 525. *Nonius p. 144, 30:* Nugiuendos Plautus dici uoluit omnes eos qui aliquid mulieribus uendant. Nam omnia quibus matronae utuntur nugas uoluit appellari. Plautus in Aulularia: 'Vbi . . . . . omnibus' *De glossis cf. Loewii Prodomus p. 260. Pendent ab Isidoro Orig. X 193:* Nugigerulus appellatus ab eo quod sit turpis nuntius 526. *Varro de l. l. V 181 p. 70 M.:* Quibus adtributa erat pecunia ut militi reddant, tribuni aerarii dicti, id quod adtributum erat, aes militare. Hoc est quod ait Plautus: 'Cedit . . . . petit' 527. *Nonius p. 369, 20:* Putare, conligere conferre. Plautus in Aulularia: 'Itur, putatur . . . . . argentario'

---

520. *V. 520. 521 secl. Wagnerus* dicuntur datur *DJ* absolutos *ego.* iam hosce absolutos *libri* 521. Cum *libri cum Non. del. Franckenus* Cum cedunt *Scaliger* corcotarii *Wagnerus de Aul. p. 14.* crocotarii *BDZ, Non.* crocotarum *JF.* crocotularii *Pylades* 522. aliquã ala $B^1D$. aliqua mala $B^2$ quę *J* aliquid *om. Z: add. Pylades* petant *D* 523. ]llarem *J* *Pers. om. D* Compellarem *BD.* Compellem *Acidalius* metuam id *Brugmanus p. 41* nedesinat *DJ* 525. ]ugigerulis *J* *Pers. om D* nugigerulus *B.* nugigerulus *D.* nugiuendis *F, Nonius, Scutarius* soluta est *libri c. Nonio Cf. v. 517* 526. cedis *J* aespetit $DB^1$ 527. racio *J* *V. 528—30 spurios putat Ussingius* 528. Impransus miles *Camerarius.* Miles ibi impransus *Pylades* impransus *J* astat *D.* astant *B* 529. disputata est *libri* Racio *J* 530. *Om. tacite Camerarius: exp. Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57* plus *om. Lambinus, Bentleius:* ultro *Pylades* ipsius *J* *Cf. v. 517* 531. inalium *BDJ* 532. ]sunt *J* alię multę *B.* aliae multe *D.* alię multae *J* inmagnis *BJ*

Incómmoditates súmptusque intolerábiles.
Nam quae índotatast éa in potestatést uiri:
Dotátae mactant ét malo et damnó uiros. 535
Sed éccum adfinem ante aédis. quid agis, Eúclio?

---

**EVCLIO. MEGADORVS**

EVCLIO

Nimiúm lubenter édi sermoném tuom.

MEGADORVS

Ain? aúdiuistin?

EVCLIO

Vsque a principio ómnia.

MEGADORVS

Tamen meó quidem animo aliquánto facias réctius,
Si nítidior sis fíliai núptiis. 540

EVCLIO

Pro ré nitorem et glóriam pro cópia

---

535. *Nonius p. 342, 6:* Mactare malo adficere significat. Plautus . . . . . in Aulularia: 'Dotatae . . . . . uiros' 537. *Nonius p. 454, 15:* Deuorari non solum cibus gutture, sed et uox auribus potest. Plautus . . . . . et in Aulularia: 'Nimium . . . . . tuom'

---

533. intollerabiles *D* 534. Nam q̃ *B*². Namque *B*¹*DJ* indotata est *BDJ* ea est *Z: corr. Pylades* in potestate est *B.* inpotestate est *DJ.* in potestate *Z* 535 Dotate *libri Non.* Dotata emactant *D* dampno *J* 536. affinem *J* aedes *BJ* ais *Camerarius.* agitur *Z*

*Act. III Sc. 6* EVCLIO MEGADORVS. SENES DVO *B.* EVCLIO MEDAGO RVS SENES ·II· *J. om. spatio relicto D* 537. inium *(n in marg.) D* NIMIVM *B* libenter *BDJ, Nonius* edi *Camerarius ex Nonio.* di *D.* di audiui *B*¹. edi id audiui *B*². audiui *JFZ: quo in nugas abusi sunt Meursius (*odi*), Bothius (*di audi*)* tuum *BDJ, Nonius* 538. Ain *Gruterus.* A////n *B.* An *DJFZ* audiuistin *Bentleius.* audiuisti *BJFZ.* audiuisti *ex* audiiusti *D.* audiuisse te *vel* audiuisti? Eucl. Iam *Muellerus Pros. Pl. p. 643.* audiuisti tu *Lambinus* aprincipio *DJ* 539. meo *Gulielmius. Bentleius.* emeo *BD.* e meo *JFZ* amimo *D* animod aliquam *Kochius Nov. Ann. vol. 107 (a. 1873) p. 841: certe versus suspectus est* fatias *B* rectius *(u e corr.) D* 540. filiai nuptiis *Scaliger, Goellerus.* filiae nuptiis *BD.* nuptiis filiae *JFZ.* filiai in n. *Dousa* 541. *Pers. om. DJZ: add. Pius* Prae *Scioppius, Goellerus*

Qui habént meminerint sése unde oriundí sient.
Neque pól, Megadore, míhi nec quoiquam paúperi
Opínione mélius res structást domi.

MEGADORVS

Immo ésse dico et íta di faciant út siet, 545
Plus plúsque tibi istuc sóspitent quod núnc habes.

EVCLIO

Illúd mihi uerbum nón placet quod núnc habes.
Tam hic scít me habere quam égomet: anus fecít palam.

MEGADORVS

Quid tú te solus é senatu séuocas?

EVCLIO

Pol ego út te accusem mérito meditabár.

MEGADORVS

Quid est? 550

EVCLIO

Quid sít me rogitas? quí modo omnis ángulos
Furum ínpleuisti in aédibus miseró mihi:

---

renitorem *D* *Interpunct. in fine delent Angelius et Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 841* 542. meminerunt *JF*. minerunt *D*. meminerunt *def. Kochius l. s. s.* 543. maedagore *J* neque *BDJ* cuiquam *JFZ*. quicquam *BD* 544. Opinione $B^2$. Opione $B^1$ res structa est *J*. res tructa est $B^2$. restructa est $B^1D$ 545. Immo esse *(=* fore*)* dico et ita di *ego*. Immo est et di *(*dii *J) libri*. Immo est quod satis est et di *Ussingius* et ita di faciant ut semper *Seyffertus Stud. Pl. p. 2: cf. Wagnerus de Aul. p. 31.* et amplius di faciant ut *Franckenus* et dii faciant[ *J* 546. pusque *B* tibi istuc *Muellerus Pros. Pl. p. 383.* istuc *libri (*istuc *om. Z: add. Pius).* istuc tibi *Goellerus.* istuce *Bothius* sospitent istuc *Pylades, ut taceam alios* sospitent qu[ *J* 547. *V. in D in imo margine suppletus est et signo ad suum locum relatus* michi *J* placet q[ *J* 548. hic *cum FZ Fuhrmannus de part. comp. p. 15.* hoc *BDJ* ego met *J* palam fecit *B* 549. tute *BDJ* esc natus euocas *BD*. ł ita e senatu seuocas *in margine* $B^2$*, quod signo ad suum locum refertur.* de senatu *Camerarius* 550. *Versum in duo dispescunt BD* ut te *Acidalius.* te ut *libri* accussem *B* accusarem *(del.* merito*) Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57* merito] mecum *Muellerus Pros. Pl. p. 383* meditor. Meg. Mene tu? Quid est *Acidalius* 551. rogas *Z: corr. Pylades* modo *ego.* mihi *libri* 552. impleuisti *J*. inpreuisti *D*. inaedibus *BJ* meis *Kochius Nov. Ann. vol. 107 (a. 1873) p. 841*

Qui intrómisisti in aédes quingentós coquos
Cum sénis manibus génere geryonáceo:
Quos si Árgus seruet qui óculeus totús fuit, 555
Quem quóndam Ioni Iúno custodem áddidit,
Is númquam seruet. praéterea tibícinam
Quae mi ínterbibere sóla, si uinó scatát,
Corínthiensem fóntem Pirenám potest.
Tum obsónium autem.

MEGADORVS

Pól uel legioní sat est. 560

---

553. 554. *Osbernus p. 251:* Gerronaceus . . . . ex gerris natus; unde Plautus: 'Quingentos repperi cocos cum senis manibus genere gerronaceo' 555. 556. *Priscianus Inst. gr. VI 18 (I p. 209, 14 H.):* In o productam desinentia Graeca sunt feminina . . . . . addita 'nis' faciunt genetiuum . . . . . Plautus in Aulularia: 'Quos . . . . . addidit' *Servius ad Aen. VI, 90:* Addita Iuno] inimica. Est autem uerbum Lucilii et antiquorum ut Plautus: 'Argus quem quondam Ioni Iuno custodem addidit' 555. *Osbernus p. 389:* Oculeus . . . . . unde Plautus: 'Quos si Argus seruet qui totus oculeus esse dicitur, numquam seruet' *Festus Pauli p. 28 M.:* Argus oculeus: Argus nomen est hominis qui fuisse fingitur oculis plenus *quae huc rettulit O. Muellerus* 556. *Nonius p. 487, 18:* Ioni. Plautus Aulularia: 'Quem . . . . . addidit' *Eodem videtur respicere Servius ad Aen. X 198, ubi* Ionis *formam ex Plauto adfert* 557—559. *Donatus ad Andr. III 2, 16:* Interminatus sum pro minatus sum. Plautus in Aulularia: 'Praeterea . . . . . potest' *Idem ad Eun. I 1, 35:* Intercipit, proprie quasi totum capit. Plautus in Aulularia: 'Quae . . . . . potest'

---

553. intromisisti *Meursius.* mihi *(*michi *J)* intromisisti *(*intro misisti *D) libri.* mi intromisti *Acidalius, Scaliger.* mi immisisti *codd. aliquot Pal., Dousa f.* in aedis *Pylades.* inaedibus *B D J F Z* cocos *B D*
554. manibus *(*a *e corr.) J* gerynaceo *ex* gerinaceo *D.* gerronaceo *(*r *2 ex* y *ut vid.) B.* gerronaceo *J.* gerionaceo *F* 555. occuleus *B.* oculeus *(*e *s. v.) J.* occulleus *D* *V. 556 a lectore grammatico additum putat Wagnerus*[1] *ad ex. v. Acciani 386. Cf. Anal. Pl. p. 210*
Iuno *om. Nonius* 557. pręterea *D J.* praerea *B* 558. Quę *J* mihi *B D.* michi *J* scatat *Gulielmius. Lambinus.* scateat *Donatus. F Z.* scatet *B D J.* scatit *Turnebus* 559. Corrinthiensem *J* Pirenam *Goellerus. Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* et pirineum *B.* et perintum *D.* et pirentum *(corr. in* et pireneum*) J.* et pyrenaeum *Donatus.* et pyrenea *Z.* Pyrenen *vel* Pirenam *Valla.* Pirenen *Guyetus* 560. *Vers. del. Langenus p. 77* obsonium *ex* obs//////nium *B*[2]. obsequium *D J* *Pers. om. B D et recentiorum editorum haud pauci Acidalio auctore Euclionis totum v. tribuentes*

Etiam ágnum misi.

EVCLIO

Quó quidem agno sát scio
Magis cúrionem núsquam esse ullam béluam.

MEGADORVS

Volo scíre ego ex te quí sit agnus cúrio.

EVCLIO

Quia óssa ac pellis tótust: ita curá macet.
Quin éxta inspicere in sóle uel uiuó licet: 565
Ita ís pellucet quási lanterna Púnica.

---

561. 562. *Nonius p. 455, 2:* Beluam indifferenter posuit auctoritas ueterum. Plautus Aulularia: 'Quo . . . . . beluam' 563. *Nonius p. 86, 1:* Curio, curiosus. Plautus Aulularia: 'Volo . . . . . curio' *Cf. Festus Pauli p. 60 M.:* Curionem agnum Plautus pro macro posuit quasi cura macruisset *Errant qui huc spectare putant Apul. Flor. I 2 extr., ubi* agnus incuriosus *commemoratur* 564. *Nonius p. 509, 11:* Macet (pro macilento *add. codd. H. W)* Plautus in Aulularia: 'Quia ossa . . . . . macet' 566. *Priscianus Instit. gr. II, 10 (I p. 50, 7 H.):* Pelluceo pro perluceo. Plautus in Asinaria . . . . . idem in eadem: 'Ita . . . . . Punica', *unde hausit scriptor codicis Cusani (Klein, 'Ueber eine Handschrift des N. v. C.' p. 34)* 'Pellucet quasi lanterna punica' *Cf. Placidus p. 61, 3 ed. Deuerl.:* Laterna punica a pellibus, quas ab angulis teguarum adfixas extendunt *quae huc rettulit Kochius Mus. Rhen. vol. 26 (a. 1871) p. 553*

---

uel legionisat////// est *ex* uelleonisat///// est $B^2$. uelleoni sata est *D.* uel leoni sat est *JFZ* *Exspectes tale quid:* Tum obsónium opus est quód uel legioní sat est 561. *Meg. pers. praem. B: cf. v. 560* Et iam *B* misti *Acidalius v. Euclioni continuans* *Eucl. pers. om. JF* In quo quidem *Nonius* agnoscat *Nonius.* agnos at *D.* agnó s////at *ex* agnoscat *ut vid.* $B^2$ 562. Mage *Quicheratus* curionem *Gulielmius, Scaliger.* curiosam///// *B.* curiosam *DJFZ, Nonius* numquam *Nonius* bestiam *JZ: corr. Hermolaus* 563. *Eucl. praefig. JFZ: corr. Hermolaus* Volo scire ego ex te *Nonius.* Volo ego exte scire *BDJF.* Volo ex te ego scire *Z, unde* Volo ex ted *Pareus: cf. Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57* quid *Non.* si//t *J* curiosus *ex* curio $B^2$ 564. *Meg. pers. praefig. JFZ: corr. Hermolaus* Qui *Nonius, unde* Qui ossa atque *Z et editorum permulti* totus est *BDJFZ.* tenos *Nonius* cura *om. Nonius* curam aegei *B.* curāmagei *D.* cura maget *J* 565. inspincere *J* in sole uel uiuo *Brugmanus p. 42.* insolee uiuo *(coniunxit m. 2) B.* insolee uiuo *D.* in sole et *JF.* in sole etiam *Z.* in sole etiam uiui *Joergensenus ap. Ussingium.* in sole ei uiuo *Gruterus* 566. is *om. Priscianus* pellucet *J, Priscianus.* plucet *BD* laterna *JFZ*

MEGADORVS

Caedúndum illum ego condúxi.

EVCLIO

Tum tu idem óptumumst
Loces écferendum: nám iam, credo, mórtuost.

MEGADORVS

Potáre ego hodie hic, Eúclio, tecúm uolo.

EVCLIO

Non quód potem ego quidem hércle habeo.

MEGADORVS

At ego iússero 570
Cadum únum uini uéteris a me adférrier.

EVCLIO

Nolo hércle: nam mihi bíbere decretúmst aquam.

MEGADORVS

Ego te hódie reddam mádidum, si uiuó, probe,
Tibi quoí decretumst bíbere aquam.

EVCLIO

Scio quám rem agat.

---

567. *Nonius p. 272, 5:* Caedere, immolare . . . . . Plautus in Aulularia: 'Caedundum . . . . . conduxi' *Idem p. 274, 15:* Conducere, emere. Plautus in Aulularia: 'Caedundum . . . . . conduxi'

---

567. *V. in duo dispescunt BD* *Pers. add. Z: om. libri* Cędundum *J* Cedendum *(Caedendum) Nonius* conduxi ego illum *Nonius* Locani *Lambinus: ut cf. Rostius Op. I p. 40* *Pers. om. DJ. Meg. exh. B: corr. Z: Post* tuidem *(sic) spat. in D* optumus est *BDJFZ: corr. Saracenus* 568. Loca *Pylades* efferendum *BJ.* offerendum *D* namiam *B* mortuus est *BDJ* 569. *Pers. Eucl. erasa in B: pers. omissa in DJF* hoc die *Reizius, Bothius.* hodied *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 89* hic Euclio *Muellerus Pros. Pl. p. 696 (ibidem* isti*).* euclio *libri.* ad te Euclio *Seyffertus Stud. Pl. p. 7.* o Euclio *Parcus* 570. Non quod potem ego quidem hercle habeo *Seyffertus Stud. Pl. p. 7.* Non potem ego quidem hercle *libri.* Non poto tecum hercle ego quidem *Muellerus Pros. Pl. p. 643 inter alia.* Non potem ego quidem hercle hodied *Ritschelius, ut taceam alia: an* Noló potare ego équidem hercle? tecum hodie Euclio *Z* iussero *ex* iussuro *D* 571. ame *B.* adme *J* adferrier *(alt. r s. v.) D.* afferrier *J* 572. mihi *om. D* decretum est aquam *BD.* decretum aquam est *JFZ* 573. si uiuo *(uiuo m. 2 s. v.) B.* sed uino *Pius* 574. cui *BDJ.* an *FZ* decretum est *libri*

Vt mé deponat uíno, eam adfectát uiam: 575
Post hóc quod habeo ut cónmutet colóniam.
Ego íd cauebo: nam álicubi abstrudám foris.
Ego fáxo et operam et uínum perdiderít simul.

MEGADORVS

Ego nísi quid me uis, eó lauatum, ut sácruficem.

EVCLIO

Edepól ne tu, aula, múltos inimicós habes 580
Atque ístuc aurum quód tibi concréditumst.
Nunc hóc mihi factust óptumum, ut ted aúferam,
Aula, ín Fidei fánum: ibi abstrudám probe.
Fidés, nouisti me ét ego te: caue sís tibi,
Ne tu ínmutassis nómen, si hoc concréduo. 585
Ibo ád te fretus tuá, Fides, fidúcia.

---

575. *Nonius p. 279, 16:* Deponere est alienare. Plautus in Aulularia: 'Vt me . . . . . uiam' *Philargyrius in Verg. Georg. IV, 562:* Affectat pro intendit, ut apud Plautum: 'Vt . . . . . uiam'
576. *Osbernus p. 94:* Colonia . . . . . unde Plautus in Aularia: 'Post haec quid habeo nisi ut conmutet coloniam'

---

575. de ponat *J* adfectatuiam *(ante* u *ras. parva) B.* adfectiuam *D.* affectat uiam *J* deponas . . . . affectas uiam *Philargyrius* 576. commutet *BD.* committet *(s. v.* at cõmutet *m. 2) J* Post ut commutet quod habeo *Bothius* *Cf. Osbernus* 578. metui num $B^1$: *corr. (*m *eras. et vocibus recte separatis coniunctisque)* $B^2$ 579. *Pers. om. B* uiseo $B^1$: uis eo $B^2$ lauatum *(*u *1 ex* b*) B.* labatum *D*
580. *Ante h. v. quaedam intercidisse suspicatur Wagnerus*[1] *Eucl. pers. om. B* 581. concreditum est *J.* congreditum est *BD*
582. Hunc *J* factust *Aldina.* factũ est *libri* optimum *BDJ.* optumumst *Pylades* ut ted *Camerarius. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 36.* ut te *libri.* te ut *Guyetus.* ut te hinc *Muellerus Pros. Pl. p. 734.* hanc ut *vel* ut mecum *Ussingius* 583. Aula *Scutarius.* Aulam *libri: def. Ussingius: cf. v. 582* infidei *BJ* 584. nouistime *D* 585. Netu *B* inmutassis *Acidalius.* in me mutassis *(*inme *J) libri* Ne in me mutassis *Weisius, Kochius Nov. Ann. vol. 107 (a. 1873) p. 842* hoc *(*h *e corr.) B* 586. *Vers. in J legi nequit* adte *BD* tua fides tua *D* *Post h. v. sequuntur in BD haec verba:* Strobilus *(*Strobilius *D)* lyconidis seruus

# ACTVS IV

## STROBILVS

Hóc est serui fácinus frugi fácere quod ego pérsequor:
Né morae moléstiaeque inpérium erile habeát sibi.
Nám qui ero ex senténtia seruíre seruos póstulat
Ín erum matura, ín se sera cóndecet capéssere. 590
Sín dormitet, íta dormitet, séruom se esse ut cógitet.
[Nám qui amanti ero séruitutem séruit, quasi ego séruio,
Si érum uidet superáre amorem, hoc sérui esse officiúm reor,
Rétinere ad salútem, noenum quo íncumbat eo inpéllere.

587. *Nonius p. 310, 4:* Facinus, factum . . . . . Plautus in Aulularia: 'Hoc . . . . . facinus' 589. *Nonius p. 375, 20:* Postulare, uelle . . . . . Plautus Aulularia: 'Nam . . . . . postulat' 590. *Nonius p. 266, 10:* Capessere, perferre . . . . . Plautus in Aulularia: 'In . . . . . capessere'

*Act. IV Sc. 1* SERVVS *B.* S *apparet in J.* *Spat. relictum est in D* 587. ]facere *J* oc (h *in marg.)* *D* per sequor *B* 588. *H. v. post v. 590 ponit Goellerus* ]molestiae quę *J* Ne morę *B.* Nemore *D* molestięque *B.* molestieque *D* imperium *BDJ* herile *D.* hercle *J* 589. eri *Nonius* exhero *J* sententententia *B* seruire *ex* sernit *D* seruus *BDJ, Nonius* 590. *Post* In *2—3 litt. erasae D* herum *J* insesera *BD.* inse sera *J* 591. dormit et *BDJ.* dormitat *Wagnerus*[1] dormitat (e s. a *m. 2) B.* dormitet (t *1 s. v.) J* seruum *DJ.* seruum seruum *(alt. m. 2 del.) B* se esse *Muellerus Pros. Pl. p. 181.* sese *libri* ut *ex* ict *BD* *V. 592—598 aliunde insertos putat Brixius Nor. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 56: transponit post v. 16 Wagnerus de Aul. p. 29, quem sequitur Ussingius. Equidem de perretusta interpolatione cogitem ad exemplum eorum quae Bacch. III 2, Epid. I 2, alibi iam remota sunt* 592. hero *J.* *del. Guyetus, Reizius* ero amanti *Goellerus, Muellerus Pros. Pl. p. 181* 593. herum *J: del. Bothius* sup are amorem *ex* sup aream *(ut vid.)* morem *B*[2]. sup areā morem *D* offitium *B* 594. ad *ex* at *B.* at *D* noenum *Wagnerus.* non enim *B.* non eni *D.* non eum *JFZ* incumbat *ex* incumpat *D* eo in pellere *B.* eo impellere *J.* eum impellere *Wagnerus: an* conpellere?

Quási qui pueri náre discunt scírpea induitúr ratis 595
Quí laborent mínus, facilius út nent et moueánt manus:
Eódem modo seruóm ratem esse amánti ero aequom cénseo,
Vt eum toleret, né pessum abeat, tánıquam * * * * * * *]
Éri ita inperium edíscat, ut quod fróns uelit oculí sciant.
Quód iubeat citís quadrigis cítius properet pérsequi. 600
Qui éa curabit ábstinebit cénsione búbula
Néc sua opera rédiget umquam is ín splendorem cónpedes.
Nam érus meus amat fíliam huius Eúclionis paúperis:
Éam ero nunc renúntiatumst núptum huic Megadoró dari.
Ís speculatum huc mísit me, ut quae fíerent fieret párticeps. 605

---

595. 596. *Respexisse videtur hunc versum commentator Cruquianus ad Hor. Serm. I 4, 120* 595. *Festus p. 330 M.:* Scirpus *(*Scriptum *codex)* est id quod in palustribus locis nascitur . . . . . Plautus in Aulularia: 'Quasi . . . . . ratis' *Idem p. 166:* Nare a naue ductum . . . . . Plautus in Aulularia: 'Quasi . . . . . ratis' *Donatus ad Ter. Andr. V 4, 38:* Scirpus palustris res et leuissima . . . . . Plautus: 'Scirpea . . . . . ratis'

---

595. quasi qui pueri *Pylades. Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 842.* quasi pueri qui *libri cum Festo et Donato (*pueris*)* pueris *Camerarius ex Donato* Quasi qui nare discunt pueris *Hermannus* nare discunt *ex* narediscunt $B^2$ scirpea *FZ, Festus (qui tamen p. 330* scirpo *habet), Donatus.* sirpea *BDJ* induitur *Festus p. 166.* induetur *Festus p. 330.* inductur *(ras. s.* c*) B.* inductur *D.* inducitur *JFZ, Donatus* 596. *Vers. uncis inclusit Bothius* ]laborent *J* nent et *ex* nentet $B^2$ 597. seruum *BDJ* hero *J* ęquum *B.* ęquum//// *D.* aequum *J* 598. eum toleret *Harius.* toleret *JF.* tolleret *BDZ* nepessum *BJ* habeat *BDJ* tanquam *BD*

*Versum mancum in fine esse perspexit Camerarius, cui explendo neque ex antecedentibus (Bothius) verbis neque ex subsequentibus quidquam adscisci potest.* tamquam catapirateria *Lambinus certissima ut putat emendatione* 599. *Cf. 592—598* Eri ita *Muellerus Pros. Pl. p. 272.* Herile *BDJFZ.* Eri ille *Wagnerus.* Eri *iam Benoistius epist. ad Eggerum p. 22* imperium *BDJ* frons *ex* fronos *ut vid.* $B^2$. fronos *D.* non os *JFZ* 600. cicius *B* 601. censeo ne bubula *D.* censeonebubula *B (in marg.* ut carne $B^2$*).* censeo nebubula *J*

602. ]sua *J* rediget *ex* rediet $B^2$. rediet *DJ.* reddet *FZ* unq *J* Neque opera sua umquam rediget *Reizius, Goellerus* is *add. Muellerus Pros. Pl. p. 570. om. libri* insplendorem *DJ* compedes *BDJ* 603. Nam *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* Nunc *libri* herus *J* Nunc erus amat *Pylades, Franckenus*

604. hero *J* renunciatum est *BDJ* 605. ]speculatum *J* ut quę *BJ.* utquę *D* fieret *ex* furet $B^2$. furet *D*

Núnc sine omni suspícione in ára hic adsidám sacra.
Híne ego et huc et íllue potero quíd agant arbitrárier.

---

## EVCLIO. STROBILVS

EVCLIO

Tú modo caue quoiquam índicassis aúrum meum esse istíc, Fides.
Nón metuo ne quísquam inueniat: íta probe in latebrís situmst.
Édepol ne illic púlcram praedam agat, sí quis illam inuénerit 610
Aúlam onustam aurí: uerum id te quaéso ut prohibessís, Fides.
Núnc lauabo, ut rém diuinam fáciam, ne adfinem morer,
Quín ubi arcessát meam extemplo fíliam ducát domum.
Víde, Fides, etiam átque etiam nunc, sáluam ut aulam abs te aúferam:
Tuaé fide concrédidi aurum in tuó luco et fanó modo. 615

---

611. *Osbernus p. 268:* Prohibeo . . . . . Plautus: 'Verum quaeso ut prohibessis'. *Cf. p. 479*

---

606. *Ab hoc inde versu incipit E* Hunc *E* se omni *Ritschelius Op. phil. vol. III p. 131: cf. Proleg. p. 132 et Trin.*[2] *v. 621* sospitione *E* inara *B.* inhara *J* assidam *EJ.* adsidam *(si e corr.) D* 607. ]ego *J* ego huc *Z* etilluc *J*

*Act. IV Sc. 2* EVCLIO SENEX STROBILVS SERVVS *in duobus vers. B.* ]IO SENEX · STROBILVS SERVVS *J.* EVCLIO SENEX STROBILVS *(V ex O)* SERVVS *(ex* SENEX*) E. om. relicto spatio D*

608. 609. *Inter se permutari posse putat Acidalius* 608. u *(t in marg.) D.* u *c. spat. E* quoiquam *Pius.* quiçquam *B.* quicquam *DEJFZ* indicassis *(is e corr.) D.* indicasses *BE* 609. nequisquam *BDJ* probe *ex* probet *B.* probet *D.* probet *(t eras.) E* inlatebris *DJ* situm est *BDEJ* 610. pulchram *BDEJ* predam *EJ.* ꝑdam *B* agant *E* siquis *BDJ.* si qui *Acidalius* Edepol ne ille agat pulcram praedam *Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 74* 611. onustam *(i. plenam m. 2 s. v.) D.* honustam *J* quęso *B.* queso *EJ.* quęso *(ras. s.* so*) D.* prohibes sis *BDE Cf. Osbernus* 612. ut rem *ex* utrem *B*[2]. utrem *D* fatiam *E Post* faciam *ras. D* affinem *BEJ.* affinem *(s. v.* i. megadorum *m. 2) D* 613. Quin is *vel* Quin ille *Muellerus Pros. Pl. p. 316* accersat *Harius, Reizius.* accersat me *BEJFZ.* accersat *(s. v.* uocet *m. 2)* me *D* me meam *del. Muellerus l. s. s.,* meam *Guyetus* ex templo *E.* exemplo *(ti s. e post. add.) D* dicat *(u s. i m. 2) J* 614. etiam atque *om. D* ut *ras. ex* aut *B* auliam *E.* abste *BDJ* afferam *(i· recipiam s. v. m. 2) D* 615. Tuę *BE* fide *Scaliger,*

STROBILVS

Di ínmortales quód ego hunc hominem fácinus audiuí loqui:
Se aúlam onustam auri ábstrusisse hic íntus in fanó Fide.
Cáue tu illi fidélis, quaeso, pótius fueris quám mihi.
Átque hic pater est út ego opinor húius erus quam amat, Eúclio.
Íbo hinc intro: pérscrutabor fánum, si inueniam úspiam 620
Aúrum, dum hic est óccupatus. séd si repperero, ó Fides,
Múlsi congiálem plenam fáciam tibi fidéliam.
Íd adeo tibi fáciam: uerum ego míhi bibam id ubi fécero.

EVCLIO

Nón temerest quod córuos cantat míhi nunc ab laeuá manu.

---

617. *Huc refert Wágnerus Charisii testimonium p. 55, 13: cf. v. 667* 622. *Nonius p. 313, 25:* Facere apertam habet significantiam. facere, rem diuinam religionibus exhibere. Plautus in Aulularia: 'Mulsi . . . . . fideliam' *Idem p. 543, 29:* Fidelia, Samium uas ad usus plurimos. Plautus Aulularia: 'Mulsi . . . . . fideliam' *Osbernus p. 148:* Congialis, rotundus. Plautus: 'Mulsi congialem faciam tibi plenam fideliam' 624. *Nonius p. 455, 8:* Cum sit grocire coruorum, Plautus in Aulularia cantare eos dixit: 'Non . . . . . manu'

---

*Bothius.* fidei *libri* non credidi *E, unde* nunc credidi $E^3$ intuo *BJ* fano modo *ego.* fano modo est situm *libri.* fanost situm *Pylades, Acidalius.* fano situmst *Wagnerus.* modo = domo *et glossema vocis* fano *esse putat Seyffertus Stud. Pl. p. 30* 616. Dii *J* immortales *BDEJ* ego hunc *(o* hun *in ras. et s. v.* ı· euclionem *m. 2) D* audiui *Bothius, Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 53.* audio *libri.* ausculto *Luchsius ibidem* audio facinus loqui *idem Bothius* 617. Se *excl. Franckenus* honustam *J* abstrusisse *(s. v.* condidisse abscondisse *m. 2) D* infano *J* fide *Scaliger, Bothius.* fidei *libri.* fides *(voc.) Pylades.* o fides *Gertzius* 618. tu *(s. v.* ·ı· fides *m. 2) D* illi *(s. v.* ·i· euclioni *m. 2) D* quęso *BEJ* michi *EJ* 619. Atquę *J* oppinor *E* herus *J* quam amat, Euclio *ego.* quam amat *libri* erus quam amat meus *vel* quam amat meus erus *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 43.* erus meus quam amat *Camerarius* uirginis *in fine addit Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 121: de* mulieris *cogitat Luchsius l. s. s. Nomen propr. facilius intercidere potuit* 620. hic *(in* huc *corr.)* intro *J.* huc intro *Bothius* 621. Arum $J^1$ est *om. D* occupatos *(*u *s.* o*) J* Set *E* reperero *B.* repererer*(*er *s. v.)*o *D* o *om. Harius* 622. fatiam *E* fidelium *J* 623. fatiam *E* ego nichil *E* id *delet Ussingius* id ubi *Reizius, Bothius.* ubi id *libri.* ubi ita *Wagnerus*[2] ecfecero *Wagnerus*[1] *Scaenas recte contraxit Bothius*

*Act. IV Sc. 3* EVCLIO *BE. om. sine spatio J, cum spat. D*

624. on *c. spat. in. E.* on *(*n *in marg.) D* temere est *(*timere *J)*

Sémul radebat pédibus terram et uóce crocibát sua: 625
Cóntinuo meúm cor coepit ártem facere lúdicram
Átque in pectus émicare: séd ego cesso cúrrere.

## EVCLIO. STROBILVS

EVCLIO

Fóras, foras, lumbríce qui sub térra erepsistí modo,
Quí modo nusquam cónparebas: núnc quom conparés peris.
Égo pol te, praestrígiator, míseris iam accipiám modis. 630

STROBILVS

Quaé te mala crux ágitat? quid tibi mécumst conmercí, senex?
Quíd me adflictas? quíd me raptas? quá me causa uérberas?

EVCLIO

Vérberabilíssume, etiam rógitas? non fur, séd trifur.

---

625. *Nonius p. 45, 14:* Propriam coruorum uocem crocitum ueteres esse uoluerunt. Plautus in Aulularia: 'Semul . . . . . sua' 628. *Osbernus p. 328:* Lumbricus, uermis subterraneus. Plautus: 'Lumbrice . . . . . modo' 633. *Osbernus p. 611:* Verberabilis . . . . . Plautus ponens superlatiuum ait: 'Verberabilissime etiam rogas, non fur, sed trifurcifer'

---

*libri cum Nonio* coruus *Nonius* ab leua *DE, cod. Non.* ableua *BJ* 625. Semul *duo cod. Hildyardi: Ritschelius Proleg. p. 351.* Semel *BDEJFZ.* Simul $E^3$, *Pius ex Nonio* crocibat *Pius, Ritschelius Proleg. p. 147.* grocchibat *BDEJFZ, Gruterus.* crocitabat *Z.* grocibat *Camerarius.* croccibat *Franckenus cum Nonii codd.* fera *Bothius* 626. meçũ *B* cępit *BE.* cepit *J* ludicram *ex* ludictam $B^2$ 627. Atquę *J* inpectus emicare *J* in pectusemicare *ex* in pectu semicare $B^2$. inpectu *(o s. u)* semi care *D.* in pectu semicare *E* *Scaenas contraxit Bothius praeter necessitatem*

*Act. IV Sc. 4* EVCLIO STROBILVS *BEJ: om. spatio relicto D*

628. Foras, foras *Camerarius.* Foras *(oras c. spat. DE) libri.* I foras *Lambinus* subterra *BD.* de terra *Osbernus* *Ante* modo *ras. J* 629. comparebas *J.* comparabas *BDE* cum *libri* compares *libri* peri *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57* 630. Ego pol *e Langianis Bothius, Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 68.* Ego edepol *libri.* Ego hercle *Wagnerus* prestrigiator *B.* prestigiator *EJ* accipiam *(am e corr.) E* midis *(o s. v.) J* 631. Quę *EJ.* Que *B.* Qui *D* mecum est *BDEJ* commercii *BDJ.* commertii *E* 632. afflictas *J* uęrberas *B* 633. Verberabilissi me *ex* Verberabilis si me $B^2$. Verberabilissime *DE* *Ante* rogitas *del.* ri *E* *Cf. Osbernus*

STROBILVS

Quíd tibi subrupuí?

EVCLIO

Redde huc sis.

STROBILVS

Quíd tibi uis reddám?

EVCLIO

Rogas?

STROBILVS

Níl equidem tibi ábstuli.

EVCLIO

At illud quód tibi abstulerás cedo. 635

Écquid agis?

STROBILVS

Quid agam?

EVCLIO

Híne auferre nón potes.

STROBILVS

Quid uís tibi?

EVCLIO

Póne.

STROBILVS

Id quidem pol té datare crédo consuetúm, senex.

EVCLIO

Póne hoc sis: aufér cauillam: nón ego nunc nugás ago.

STROBILVS

Quíd ego ponam? quín tu eloquere quídquid est suo nómine.

---

638. *Osbernus p. 121:* Cauilla . . . . . 'Pone . . . . . cauillam'

---

634. subrupui *E.* subripui *J.* surrupui *BD* scis *J* *Pers. ante* rogas *rubro in ras. B.* *om. DE* rogas *Camerarius.* rogitas *scripsit* $B^2$: *idem DEJFZ* 635. Nihil *BD.* Nichil *EJ* abstoli *B.* abstoli *DE* illud $B^2$. illū $B^1$ abstoleras *BDE* 636. *Strob. pers. praem. libri: del. Acidalius* Ecquid $E^3JFZ$. Haec quid *E.* Hęc quid *BD* ais *EZ.* agis tu *Wagnerus*[2] Eucl. Quid *libri: corr. Acidalius* Eucl. Hinc auferre *Reizius, Muellerus Pros. Pl. p. 637.* auferre *libri.* *Personam Acidalius correxerat.* Eucl. Hoc auferre *Guyetus, Kochius Nov. Ann. vol. 107 (a. 1873) p. 842.* Eucl. Mea auferre *Franckenus, ut taceam alios* 637. *Vers. om. Z: add. Pius* Id quidem *Parcus, Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* Di quidem *libri.* Equidem *Acidalius* polte *BD* data re credo *BDEJ* dictare *Ussingius* pone *ad latrones spectare ratus: cf. Hor. Ep. I 16, 35* 638. *Post* Pone *pers. spat. E* huc *Bothius* 639. ego *FZ:* ergo *BDEJ* quintu *B* Eucl. Quidquid (Quicquid *E, pro* Eucl. *spat. DE) BDE* est *s. v. D*

Nón hercle equidem quícquam sumpsi néc tetigi.

EVCLIO

Ostende húc manus. 640

STROBILVS

Ém tibi, ostendi: éccas.

EVCLIO

Video. age óstende etiam tértiam.

STROBILVS

Láruae hunc atque íntemperiae insániaeque agitánt senem.
Fácin iniuriám mihi an non?

EVCLIO

Quía non pendes, máxumam.
Átque id quoque iam fíet, nisi fatére.

STROBILVS

Quid fateár tibi?

EVCLIO

Quíd abstulisti hinc?

STROBILVS

Dí me perdant, si égo tui quicquam ábstuli 645
Níue adeo abstulísse uellem me.

EVCLIO

Ágedum, excutedum pállium.

---

640. *Nonius p. 396, 1:* Sumere est accipere, tollere . . . . . Et Plautus Aulularia: 'Non . . . . . tetigi' *Cf. Wagnerus de Aul. p. 13*

---

640. *Strob. pers. praem. B* ercle *BD. om. Nonius* equidem ego qua uoluptate sumsi neque *Nonius, unde* aequa uoluptate *Seyffertus Stud. Pl. p. 19 non huc versum referens: cf. Wagnerus l. in test. scr. et Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 55* 641. Em tibi. Eu. Ostende. Strob. Eccas *Gruterus* Hem *J* ostendi *DEJFZ.* ostende *(i s. e post.) B.* ostendo *Bothius* terciam *BDJ* 642. Laruę *BJ.* Larue *DE* huc *E* intemperię *BJ.* intemperie *DE* insanięque *BJ.* in sanieque *DE* 643. Facin *Harius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 111.* Facisne *BD.* Facis ne *EJFZ.* Facin mi *Bothius* michi *J: del. Reizius, Weisius* annon *BD* Quia *Pylades.* Fateor quia *libri* non pendens *D.* non perdes *E.* non perdo *Z: corr. Hermolaus* maximam *BDE* 645. *De indicativo cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 184* abstulisti] abstuli *D* Dii *J* tu *J* 646. *Eucl. pers. praem. BDE³JF* Ni ne *E.* Niuem *J* uellem me *(vel* me uellem*) Muellerus Pros. Pl. p. 640.* uellem *libri* Eucl. Agedum *Z.* agedum *BJ.* age dum *DE.* age *F* excute dum *BDEJ*

STROBILVS

Tuo árbitratu.

EVCLIO

Ne ínter tunicas hábeas.

STROBILVS

Tempta quá lubet.

EVCLIO

Váh, scelestus, quám benigne, ut ne ábstulisse intéllegam. Nóui sycophántias. age, áge rusum ostende húc manum Déxteram.

STROBILVS

Em.

EVCLIO

Nunc laéuam ostende.

STROBILVS

Quín equidem ambas prófero. 650

EVCLIO

Iám scrutari mítto: redde huc.

STROBILVS

Quíd reddam?

EVCLIO

A nugás agis:

Cérte habes.

STROBILVS

Habeo égo? quid habeo?

EVCLIO

Nón dico: audire éxpetis.

---

651. *Nonius p. 348, 24:* Mittere, omittere ..... Plautus Aulularia: 'Iam ..... huc'

---

647. Tudo *J* Neinter *B* qualubet *BD.* qua iubet *E.* qualbet *J* 648. scelestius *J* intelligam *EJ* 649. Nouisi conp.ʰantyas *B.* Nouisi conpantyas *D.* Noui sic opantyras *E.* Noui si chopʰantias *J* tuas *add. Ussingius* age age rusum *ego.* ager usum *DE.* age rursum (rursum *in ras.*) *B.* age rursum *JFZ.* age rursus *Reizius, Bothius* ostende huc dexteram *Brixius Progr. Liegn. a. 1862 p. 18: cf. Ritschelii Op. vol. II p. 259: contra hos disputavit Langenus p. 152* manum (a *ex* e) *D* 650. Dexteram *F.* Dexteram *J.* Dextram *BDEZ. Delet hoc loco Brixius: cf. v. 649* Hem *J.* Em tibi *Brixius l. s. s.* leuam *E.* leuam *J* Quin equidem *ex* Qui nequidem $B^2$ amba[ ]f[ *J* 651. ///a nugas *B.* anugas *E.* an nugas *JF* 652. *Strobili pers. s. v.* $BE^3$: *om. DE* audire et[ *J* expetis (ex *in ras. m. 2*) *B.* et petis *DEF*

Íd meum quicquíd habes redde.

STROBILVS

Insánis: perscrutátus es
Tuo árbitratu néque tui me quícquam inuenistí penes.

EVCLIO

Máne, mane: quis illést qui hic intus álter erat tecúm simul? 655
Périi hercle: ille intús nunc turbat. húnc si amitto, hinc ábierit.
Póstremo hunc iam pérscrutaui: hic níhil habet. abi quó lubet.

STROBILVS

Iúppiter te díque perdant. haúd male agit hic grátias.

EVCLIO

Íbo intro atque illí socienno tuó iam interstringám gulam.
Fúgin hinc ab oculís? abin an non?

STROBILVS

Ábeo.

EVCLIO

Caue sis réuideas. 660

---

657. *Nonius p. 317, 29:* Habere, tenere, occupare . . . . . Plautus Aulularia: 'Postremo . . . . . nihil habet' *Idem p. 469, 1:* Scruto. Plautus in Aulularia: 'Postremo . . . . . perscrutaui'

659. *Nonius p. 172, 21:* Socienno, socio. Plautus Aulularia: 'Ibo . . . . . gulam'

---

653. mecum *D* quidquid *BD* 654. penaes *D* 655. mane alterum *delet Wagnerus*[1] quis ille est *Reizius, Muellerus Pros. Pl. p. 105.* quis illic est *libri.* quis illic'st *Luchsius de gen. p. 45.* quis hic est *Guyetus* qui *Camerarius.* quis *libri* *Librorum scripturam intactam reliqui: cf. Muellerus l. s. s. et Luchsius l. s. s.* alter tecum simul erat *Wagnerus*[2] 656. ercle *D* intus nunc *Guyetus. Muellerus Pros. Pl p. 337. Engerus de pros. p. XVIII.* nunc intus *libri* hinc *Bothius.* hic *libri* 657. hunc iam *Bothius cum Nonio.* iam hunc *libri* hic *om. Nonius* nihili habet (h *m. 2*) *B.* nihili abet *D.* nichili abet *EJ.* nihili habet *FZ: corr. Hermolaus* quo *ex* duo *E* iubet *E* 658. *Pers. om. EJFZ* diique *J* *Eucl. pers. inserit B, Ussingius: Strob. JFZ. spat. D: om. E* Haut *E* Vah ut male *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 23* agit hic *Kochius Nov. Ann. vol. 107 (a. 1873) p. 842.* agit *libri.* egit *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 122* Haud agit male *Guyetus* gracias *J* 659. Ibo intro *Pylades e Nonio.* Ibo hinc intro *libri* illi socien tuo *D.* illis otien notuo *E.* illi socio tuo *J* inter stringam *BDE* 660. Fungi *E* abui *E* an non *Pylades, Reizius.* hinc annon *libri* sis reuideas *ego.* siste uideam *DE.*

STROBILVS

Emórtuom ego me máuelim letó malo
Quam nón ego illi dém hodie insidiás seni.
Nam istíc iam non audébit aurum abstrúdere:
Credo écferet iam sécum et mutabít locum.
Attát foris crepuit: sénex eccum aurum ecfért foras. 665
Tantísper huc ego ad iánuam concéssero.

---

EVCLIO. STROBILVS

EVCLIO

Fidé censebam máxumam multó fidem
Esse: éa subleuit ós mihi paeníssume.

---

662. *Servius ad Verg. Aen. XII v. 267:* Sonitum dat, id est facit . . . . . Plautus in Aulularia: 'Ego . . . . . seni' 666. *Osbernus p. 586:* Tantisper . . . . . concessero' 667. *Charisius p. 70, 16 K.:* Fides cum chordam significat, huius fidis facit, cum deum huius Fidei, quamuis Plautus dixerit: 'Fide . . . . . fidem' *ubi* fidei *libri,* fidi *exc. Cauch.: sed cf. p. 55, 9:* Si producta e littera finiatur ablatiuus, i accepta faciet genetiuum, ut ab hac die huius diei . . . . . scilicet e manente in productione, quod i ante se habet. Nam si non habeat corripietur in genetiuo, ut ab hac spe spei, re rei, fide fidei; quamquam in Aulularia Plautus fide dixerit, *quod alii ad v. 617 rettulerunt, Ussingius ad v. 583 in fine* fidei dixerit, non fide *scribens* 667. 668. *Nonius p. 45, 18:* Subleuit significat inlusit et pro ridiculo habuit, tractum a genere ludi quo dormientibus ora pinguntur. Plautus in Aulularia: 'Fide . . . . . paenissume' 668. *Charisius p. 189,*

---

sisteuideam *B.* si te uideam *JFZ.* sis reuideam *Bothius.* sis mi obuiam *Muellerus Pros. Pl. p. 162.* sis te inuenam *Franckenus, Langenus p. 154.* sis te intuam *Wagnerus*[2] *Scaenas coniunxit Bothius*

*Act. IV Sc. 5* STROBILVS *BE. om. spatio relicto D, sine spat. J* 661. EMORTVVM *B.* mortuum *c. spat. DE.* Emortuum *J* ḷẹto *(ex* let *m. 2) B* 662. illidem *B* ego illi insidias hodie dem *Guyetus* 663. Nam istic iam *ego.* Nam hic iam *libri.* Namque hic iam *Camerarius.* Nam is hic iam *Pylades.* Nam hic iterum *Muellerus Pros. Pl. p. 745.* Nam hic intus *Wagnerus*[2] audaebit *B* 664. hec feretiam *(*feret iam *m. 2) B.* hẹc seretiam *E.* hec secretiam *D.* hoc ferret *JF.* referet *Z: corr. Pius* iocum *DE* 665. ]senex *J* At tat *E* ec fert *B.* ec feri *D.* et fert *E.* effert *J* 666. ]ianuam[ ]concessero *J* Tantisper huc *Lambinus.* Tantisper hic *DJFZ.* Tantis per hic *E.* Tantis p hic *B* hic ego *Osbernus* adianuam *B* hinc ab ianua *Acidalius* *Hoc loco inserit Scioppius vers. Non. p. 332, 31, de quo cf. Wagnerus de Aul. p. 9* eidem *add. B*[2] *in fine* *Scaenas coniunxit Bothius*

*Act. IV Sc. 6* SENEX · SERVVS *BE.* EVCLIO STROBILVS *J. om. spat. relicto D* 667. Fide *Charisius legisse videtur.* Fidei *BJFZ, Nonius.* idei *(*f *in marg.) D.* idei *c. spat. E* maximam *E* 668. Sed

Ni súbuenisset córuos, periissém miser.
Nimis hércle ego illum córuom ad me ueniát, uelim, 670
Qui indícium fecit, út ego illic aliquíd boni
Dicám: nam quod edit tám duim quam pérduim.
Nunc hóc ubi abstrudam cógito solúm locum.
Siluáni lucus éxtra murumst áuius,
Crebró salicto opplétus: ibi sumám locum. 675
Certúmst, Siluano pótius credam quám Fide.

STROBILVS

Euge, eúge, di me sáluom et seruatúm uolunt.
Iam ego illúc praecurram atque ínscendam aliquam in árborem
Atque índe obseruabo aúrum ubi abstrudát senex.
Quamquam híc manere mé erus sese iússerat: 680
Certúmst malam rem pótius quaeram cúm lucro.

---

*25 K.:* Varro sic ait in III περὶ χαρακτήρων, proprius proxime. in his extra consuetudinem communem frequenter perfectis uti solet Plautus, ut in Aulularia: 'Ea . . . . . paenissime' 674. 675. *Nonius p. 396, 15:* Sumere etiam significat eligere . . . . . Plautus Aulularia: 'Siluani . . . . . locum'

---

*Wagnerus*[2] eam *JF* subluit *(ex* subluito////*)* os *(o in ras.) B.* subluitos *DE.* subluit os *J* *Post* os *ras. E* michi *E* penis sume *BDE.* penussume *JZ.* penissume *Nonius.* penissime *Charisius* 669. coruus *BDE* periissem *Pylades.* perissem *libri* 670. ercle *B* illum *ex* sum *E* coruum *BDEJ* adme *BJ* 671. inditium *BDE* illic *Bothius.* illi *libri.* illi aui *Franckenus* illi ut ego *idem Bothius.* mihi, ut ego illi *Muellerus Pros. Pl. p. 537* aliquid *(li m. 3) E* 672. quodedit *BE.* quo dedit *JFZ* tamdiũ *B.* tã dium *D.* tamdiu *EJFZ: corr. Camerarius* perdium *BDEJFZ: corr. Hermolaus* 673. ibi *(u s. v.) J* abstrudam *(abs in ras.) E* 674. Silua ni *DE* lacus *BDE* murum est *BDEJ* auius *ex Nonio Pylades.* aulus *libri* 675. Crebro *(r 2 s. v.) B.* Creber *Nonius* salictu *Nonius* ibi *ras. ex* ubi *B* summam *E, Nonius.* summã *J* 676. Certum st *B.* Certum est *J* pocius *B* Fide *Scaliger, Bothius, alii.* fidei *libri* 677. *Strob. pers. restituit Pius: om. libri* Euge, euge *Camerarius.* Fuge fuge *libri.* Eugae, eugae *Wagnerus* Strob. Di *E*[3] dii *EJ* 678. *Strob. pers. praem. libri: del. Pius: cf. v. 677* praecurram *JFZ.* pcurram *BDE* aliquem *D* inarborem *BJ* 679. Atque inde *Pareus.* Indeque *libri.* Et inde *Guyetus.* Inde *Bothius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 482* obseruando *(bo s. v.) J.* obseruabo ego *Bothius.* obseruabo hoc *Pylades: cf. 707* senet *DE* 680. me herus *J.* erus me *Pylades* se se *E* 681. Certum est *libri* queram *EJ.* queram *BD* culucro *E.* cum luchro *J*

## LYCONIDES. EVNOMIA. PHAEDRA

LYCONIDES

Dixí tibi mater: iúxta rem mecúm tenes
Super Eúclionis fília: nunc te óbsecro
Resecróque, mater, quód dudum obsecráueram:
Fac méntionem cum áuonculo, matér mea. 685

EVNOMIA

Scis túte facta uélle me quae tú uelis:
Et istúc confido a frátre me inpetrássere,
Et caúsa iustast, síquidem itast ut praédicas,
Te eam cónpressisse uínolentum uírginem.

LYCONIDES

Egone út te aduorsum méntiar, matér mea? 690

PHAEDRA

Perií, mea nutrix: óbsecro te, uterúm dolet.
Iunó Lucina, tuám fidem.

---

682. *Nonius p. 322, 1:* Iuxta rursum similiter . . . . . Plautus Aulularia: 'Dixi . . . . tenes' 684. *Hunc versum adfert Festus p. 282; sed nihil nisi* du]dum ob *servatum est* 689. *Nonius p. 232, 27:* Aduorsum rursum apud significat . . . . . Plautus in Aulularia: 'Egone . . . . . mea' 691. *Nonius p. 229, 30:* Uterus masculino genere dicitur, neutro Plautus Aulularia: 'Perii . . . . . dolet' 692. *Cf. Donatus praef. Andr. sub fin.:* Adnotandum sane, puellarum

---

*Act. IV Sc. 7* LICONIDES ADOLESCENS · EVNOMIA MVLIER · FEDRIA VIRGO *B duobus versibus.* LICONIDES ADOLESCENS EVNOMIA MVLIER PHEDRIA VIRGO · *E.* LICONIDES ADOLESCENS · EVNOMIA MAT̄ E' PHEDRIA VIRGO *J: om. spatio relicto D De Phaedrae nomine cf. praefatio* 682. Dixit ibi $B^1$. *corr.* $B^2$. ixit ibi *c. spat. E: idem, sed* d *in marg. D* 683. euclonis *E* 684. 685. *Ita collocat Pareus: inverso ordine dant libri V. 685 del. Guyetus* 684. Resetroque *B.* Resecroque *(r e corr.) D* obsetraueram *B* 685. cum auomculo *J.* auonculo *Bentleius.* cúm auonclo *Reizius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 232* 686. Scitis *J* tu te *DE* uelle me quae *Hermolaus.* uellem aeque *B.* uellem eque *DJ.* uellem eque *EFZ* 687. ]istoc *(u s. o) J* a fratre *Pylades.* fratre *BDJFZ.* fratre *s. v. et* frater *in contextu E* impetrassere *BD.* impetrare *JF* 688. iusta est *BDEJ* ita est *BDEJ* predicas *DEJ* 689. ]eam *J* compressisse *ex* conpressisse *D.* compresisssc *B.* compressisse *J.* compresse *Lachmannus* uirginem uinolentum *D* uinulentum *E* 690. ]one *J* Ego ne *E* utte *B.* ut ea *Nonius* ad uorsum *E* 691. ]rii *J* obsecrote *D.* obsecro *Nonius* ut erum *E.* uterum *(s. v.* at uterus *m. 2) B.* uterus *Z* 692. lacina *D* *Post* fidem *15—16 litt. erasae B*

LYCONIDES

Em, matér mea,
Tibi rém potiorem uídeo: clamat, párturit.

EVNOMIA

Ei hac íntro mecum, gnáte mi, ad fratrém meum,
Vt istúc quod me oras ínpetratum ab eo aúferam. 695

LYCONIDES

I, iám sequor te, máter. sed seruóm meum
Strobílum miror úbi sit, quem ego me iússeram
Hic ópperiri. quóm ego mecum cógito,
Si míhi dat operam, me ílli irasci iniúriumst.
Ibo híne intro ubi de cápite meo sunt cómitia. 700

---

STROBILVS

Picí diuitiis qui aúreos montés colunt
Ego sólus supero. nám istos reges céteros

liberalium nullam orationem in proscenio induci (in comoedia palliata) praeter inuocationem Iunonis Lucinae, quae et ipsa quoque post scenam fieri solet: *cf. ad III 1, 15* 700. *Osbernus p. 110:* Comicium . . . . . unde Plautus: 'Ibo' inquit 'intro . . . . . comicia' 701. 702. *Nonius p. 152, 8:* Picos ueteres esse uoluerunt quos Graeci γρύπας appellant. Plautus Aulularia: 'Pici . . . . . supero'

*Lycon. pers. add. E³ s. v.* Liconid. Em mater mea *B² scripsit* Hem *J* 693. rem patere *Ussingius* 694. ]hac *J* Ei *DE.* I *ex* Ei *B* 695. inpetratum ab eo auferam *Gruterus, Scioppius.* effitiam (efficiam *D*) tibi impetratum habeo (h *ras. B.* abeo *J*) auferam *libri, unde duo similes versus finxerunt Pylades et Camerarius: cf. Osannus Anal. crit. p. 199 et Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 389*

696. iam (i *s. v. m. 2*) *B, unde* I iam *Camerarius.* Iam *DEJFZ.* Iamiam *Pylades, Bentleius* seruum *BDEJ* 697. Strolidum *E* tibi (u *s.* t *B*) *BD* 698. operiri *BDEJ* quom *Seyffertus Stud. Pl. p. 8.* nunc *libri* 699. Sed *EJFZ: corr. Pius* iniurium est *libri* 700. hinc intro *Brixius Nor. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* intro *libri.* intro huc *idem Brixius ibidem. cf. Muellerus Pros. Pl. p. 28* cubi *Ritschelius Op. phil. vol. III p. 138* decapite *BDJ* ut de capite meo fiant *Osbernus* comicia *J, Osbernus* de meo capite fiunt comitia *Reizius, Bothius*

*Act. IV Sc. 8* STROBILVS SERVVS *BEJ: om. spatio rel. D* 701. Pici *ex Nonio Scutarius.* PICIS *B.* ici/// *c. spat. in. E.* icis *cum spat. in. (in marg.* p) *D.* Vites *J.* Dites *Z.* Picos *Angelius.* Gripis *Franckenus.* Picis *Hermolaus recepit, defendunt Wagnerus*[1] *coll. Ritschelio Op. phil. II p. 647, Ussingius accus. intellegens* DIVICIIS *B.* diuitis *libri Nonii.* Ripaeos *Fleckeisenus Nov. Ann. vol. 101 (a. 1870) p. 459* montis *DE* 702. Eos *Nonius* solus (o *ex* u) *D*

Memoráre nolo, régum mendicábula.
Ego súm ille rex Philíppus. o lepidúm diem.
Nam ut dúdum hinc abii múlto illo aduení prior 705
Multóque prius me cónlocaui in árborem:
Indéque spectabam ubi aúrum abstrudebát senex.
Vbi ille ábiit, ego me deórsum duco de árbore:
Exfódio aulam auri plénam: inde exeo ílico.
Videó recipere sé senem: ille me haúd uidet. 710
Nam ego déclinaui paúlulum me extrá uiam.
Attát: eccum ipsum: ego íbo, ut hoc condám domum.

---

703. *Cf. Ausonius in Perioch. Odyss. 18:* Irus adest populi per mendicabula notus Mendicabula *habet Apuleius Flor. I, 9 et Apol. XXII* *Nonius p. 138, 21:* Mendicabulum pro mendicatione. Plautus . . . . . Aulularia: 'Memorare . . . . . mendicabula' *Osbernus p. 346:* Plautus in Epidico: 'Memorare . . . . . mendicabula' 708. *Nonius p. 284, 8:* Ducere, dimittere, descendere. Plautus in Aulularia: 'Vbi . . . . arbore'

---

ceteros *BJ* 703. hominum[ *J* Nolo commemorare *Pylades.* Memorare me nolo *Bothius* regum mendicabula *Scipio Gentilis apud Taubmannum, Guyetus.* hominum mendicabula *libri cum Nonio.* immo hominum mendicabula *Muellerus Pros. Pl. p. 503* 704. philippus[ *J* rerx *D* 705. multo[ *J* abii *ex* abi $B^2$. abi *DE* illo *Camerarius.* illuc *DEFZ.* illic *B* multo adueni illuc *Bothius* 706. collocaui *EJ* inarborem *BE* 707. Indeque spectabam *Lambinus.* Indeque exspectabam *BJ.* Indeque expectabam *DEFZ.* Inde exspectabam *Camerarius.* Inde aspectabam *Gulielmius.* Indeque obseruabam *Wagnerus: cf. Langenus p. 155* ubi aurum *Pylades.* aurum ubi *libri* astrudebat *E* 708. me duco serium *codices Nonii* dearbore *B* 709. exeo ilico *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* exeo loco *BDJ.* ex eo loco *EFZ.* exeo. ilico *Gulielmius iungens c. v. 710.* in eundem mox locum *exspectat Ussingius.* *An* abeo exinde ilico?

*V. 710. 711. excl. Franckenus* 710. ille me haud *Guyetus, Seyffertus Stud. Pl. p. 4.* ille me non *libri.* me ille non *Muellerus Pros. Pl. p. 332, ubi simul de* ille *delenda cogitat* 711. Nam ego *Pylades.* Nam ego non (= Nam ego ł non) *BDEJF.* Nam ego modo me declinaui *Reizius.* Nam ego non me declinaui *Bothius* paululum me *Harius cum codice quodam Vindobonensi.* paulum me *libri.* paulum med *Wagnerus*[1] 712. At tat *(corr. in* At at*) E.* Atat *J* senem eccum *Pylades* ego ibo *ego.* ibo *libri.* abibo *rel* ibo aurum *rel* hominem: ibo *inter alia Muellerus Pros. Pl. p. 684.*

**EVCLIO**

Perii, ínterii, occidi. quó curram? quo nón curram? tene, téne. quem? quis?
Nesció, nil uideo, caécus eo atque equidém quo eam aut ubi sim aút qui sim
Nequeó cum animo certum ínuestigare: óbsecro uos ego, mi aúxilio, 715
Oro óbtestor, sitís et hominem demónstretis qui eam ábstulerit.
Quid aís tu? tibi credére certum est: nam essé bonum e uoltu cógnosco.
Quid est? quíd ridetis? nóui omnes: scio fúres esse hic cónplures
Qui uéstitu et creta óccultant sese átque sedent quasi sínt frugi.
Em, némo habet horum? occídisti. dic ígitur, quis habet? néscis? 720
Heu mé misere miserúm: perii: male pérditus pessume ornátus eo.

---

*Cf. Rufinus in metr. Ter. (p. 561, 8 K.):* [Sisenna] in Aulularia sic: Haec scaena anapaestico metro est. sed concisa sunt, ut non intellegas: *cf. ad III 3*

---

*Act. IV Sc. 9* EVCLIO SENEX · LICONIDES ADOLESCENS · *B (duobus versibus) E.* EVCLIO SENEX · LICONIDES ADOLE *J: om. spatio relicto D De hac scaena cf. Hermannus de metr. p. 307 et El. d. m. p. 412 et Studemundus de cant. p. 70 et 52: totam scaenam anapaesticam esse viderunt Muellerus Pros. Pl. p. 195 et Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 438* 713. erii (p *in marg.) D.* erii *cum spat. E* quo nunc (*pro* non) *D F* Tene tene quem *ex* Tenete nequem $B^2$. Te nete ne (ne *s. v.)* quem *E* quos *Ussingius* 714. nihil *B D.* nichil *E J* cęcus *B J.* cecus *D E* Equidem (dem *s. v.) D* q$^{o}$//// (o *add. m. 2)* eam *B.* quęam *D.* queam *E* 715. Nequęo *E* mihi *B D E.* michi *J* auxilio (u *s. v.) D* 716. demontretis *D* qui eam $E^3 J F Z$. quis eam *B D E V. 717—719 ita posuit cum Hermanno Wagnerus² qui in libris hoc ordine se excipiunt: 719. 717. 718. hunc ordinem voluit Acidalius cum Carolo Pisone: 718. 719. 717* 717. Quis *B D E J* certum est *B D E J* e uoltu *Camerarius.* et uoltu *libri* 718. Quid est quod *B.* Quidē qid *D.* Quid est quid *E J F Z: utrumque defendi potest* deridetis (detis *in ras.) D* noui homines *Gulielmius* hic *om. D* complures *libri* 719. se se *E* se dent *B* fru[ *J* 720. Hem *J F Z* nemon *Wagnerus², Reizius* horunc *Schmidtius de pron. form. p. 49: cf. Studemundus Nov. Ann. vol. 113 (a. 1876) p. 69* me occidisti *idem Schmidtius l. s. s.* si quis *Wagnerus¹: cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 129* habeat *Bothius Septen. def. Hermannus l. s s.* 721. me misere miserum *Seyffertus Stud. Pl. p. 9.* memiserum miserum (*s. v.* misere *m. 2) B.* me miserum miserum

Tantúm gemiti et mali et maéstitiae mi hic diés optulit, famem et paúperiem:
Perdítissumus ego sum omnium ín terra. quid mi ópust uita qui tántum auri
Perdídi quod concustódiui sedulo? égomet me defraúdaui,
Animúmque meum geniúmque meum: nunc érgo alii laetíficantur 725
Meo málo et damno: pati néqueo.

---

## LYCONIDES. EVCLIO

LYCONIDES

Quínam homo hic ante aédis nostras éiulans conquéritur maerens?
Átque hic quidem Euclióst, ut opinor: óppido ego interií: palamst res.

---

722. *Priscianus Inst. gr. VI 73 (I p. 258, 17 H.):* Idem *(scil. Plautus)* in Aulularia 'huius gemiti' dixit: 'Tantum . . . . . pauperiem' *Nonius p. 487, 21:* Gemiti. Plautus Aulularia: 'Tantum . . . . . optulit'

---

*DEJFZ, quod defendit Fuhrmannus Nov. Ann. vol. 99 (a. 1869) p. 482.* miserum misere *Hermolaus* pessime *BDE* ormatus $E^3J$ *V. 722—726 tractaverunt Muellerus Pros. Pl. p. 195 et Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 438: eosdem iambice dimensus erat Wagnerus*[1] *cum Hermanno quos secutus est Franckenus: licentius tractat Wagnerus*[2]*: ego secutus sum fere libros* 722. gemiti et *Priscianus, Nonius: inde FZ:* gemit ////e *(erasa* t*)* et *B.* gemitte et *D.* gemit te *E.* gemite et *J.* gemiti ę et $B^2$ mali et *ego ex parte cum Hario.* malae *Priscianus, Pylades.* mali *libri cum Nonio.* malai *Hermannus l. s. s.* mestitiae *B.* mestitiaeque $B^2$. mestitię *E.* magestitiae *(l s. g m. 2) D* mali molestiae *Scutarius.* mali et molestiae *Harius* mihi hic dies *Priscianus et Nonius.* hic dies mihi *libri.* mihi dies hic *Quicheratus* obtulit *Priscianus: de* optetuli *vel de* obieci *cogitat Muellerus l. s. s.* famem et p[ *J.* famemque et pauperiem *idem Muellerus eodem loco.* et famem et pauperiem *Wagnerus*[2] 723. *Verba* Perditissimus — omnium *(-terra J) proprium versum in libris occupant* Perditissimus *libri* interea *corr. in* interra *J.* Interra *BDE* quid *Muellerus l. s. s.* nam quid *libri:* sum ego homo: nam *idem Muellerus* mihi *BD.* michi *EJ* opus est *libri* 724. concustidiui *D.* custodiui *EJFZ: quo usus et* perdidi *in v. 723 posito septenarium iamb. agnovit Ritschelius Parerg. p. 540* sedlo *Seyffertus l. s. s.* ego met *EJ* fraudaui *EJFZ* 725. ergo *Muellerus l. s. s.* eo *libri. del. Bothius.* adeo *Seyffertus l. s. s.* letificantur *BDEJ* 726. dampno *EJ* *Hoc loco scaenae finem esse vidit Bothius: in libris continuatur* 727. Qui nam *B* edis *BDE.* aedes *J* eiulans *(ei e corr.) D* merens *BDEJ* 728. At *Bothius* quidem *del.*

Scít peperisse iam út ego opinor fíliam suam: núnc mi incertumst,
Ábeam an maneam, an ádeam, an fugiam: quíd ego agam. edepol néscio. 730

EVCLIO

Quís homo hic loquitur?

LYCONIDES

Égo sum miser.

EVCLIO

Immo égo sum et miser et pérditus,
Quoí tanta mala maéstitudoque óptigit.

LYCONIDES

Animó bono's.

EVCLIO

Quo óbsecro pacto ésse possum?

LYCONIDES

Quía istuc facinus quód tuom
Sóllicitat animum íd ego feci et fáteor.

---

732. *Nonius p. 136, 28:* Maestitudo pro maestitia . . . . . Plautus Aulularia: 'Quoi . . . . . optigit'

---

*Franckenus* euclio est *libri* ut *om. Hermannus de metr. p. 308, fort. recte* oppinor *E* Atque hic quidem Eucliost opinor *Muellerus Pros. Pl. p. 439; cf. corr.* interii $B^2$. interi *BDE* palāstres *B*. palam stres *D*. pal[ *J* Eu. ego oppido interii. Lyc. palamst res *Guyetus*
729. Scit *(c s. v.) J* ego *ex* ut *corr. D* oppinor *E* mihi *BDEJ* incertū st *B*. incertum est *J* 730. Abeam *Harius, Bothius: cf. Hermannus de metr. p. 308.* Quid agam abeam *JFZ.* Quid agam ////abeam *(h eras.) B.* Quid agam habeam *DE* an///ma///neā *(fuerat* anima meā*) B* an ad eam *E.* adeam *Acidalius* fugiam an adeam? anfugiam *J* quid ego *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* quid *libri* edepol[ *J* *Scaenas contraxit Bothius*
*Act. IV Sc. 10* EVCLIO LICONIDES *B.* EVCLIO SENEX LICONIDES ADOLESCENS *J.* EVCLIO *E: om spatio relicto D* 731. uis *(q in marg.) D.* uis *c. spat. E* homo *om. Z* sum miser *Aldus, Acidalius, Meursius.* sum *libri* et miser et perditus *Seyffertus Stud. Pl. p. 8.* miser Et misere perditus *BDE.* miser *non apparet in J* immo ego sum et misere perditus *Acidalius* 732. qui *Nonius.* cui *BDEJ* mestitudoque *BDEJ cum Nonio* optigi *J.* obtigit *codd. Non. plerique* bono es *libri* 733. Eucl. *om. DE: add. s. v. inter* es *et* quo *B* Quoobsecro *J* c̄c̄ *ex* et *D* posum *D* *Pers. om. E* facinus q[ *J* tuum *BDE* 734. fateor *ex* fatior *E* ////ego *(er.* t*) B* exte *BJ*

EVCLIO

Quid ego ex te aúdio?

LYCONIDES

Íd quod uerumst.

EVCLIO

Quíd ego de te cónmerui, adulescéns, mali, 735
Quam ób rem ita faceres méque meosque pérditum ires líberos?

LYCONIDES

Déus inpulsor míhi fuit, is me ad íllam inlexit.

EVCLIO

Quó modo?

LYCONIDES

Fáteor me peccáuisse et me cúlpam conmeritúm scio:
Íd adeo te orátum aduenio, ut ánimo aequo ignoscás mihi.

EVCLIO

Cúr id ausu's fácere, ut id quod nón tuom esset tángeres? 740

LYCONIDES

Quíd uis fieri? fáctumst illud: fíeri infectum nón potest.
Deós credo uoluísse: nam ni uéllent, non fierét, scio.

EVCLIO

Át ego deos credó uoluisse, ut ápud me te in neruo énicem.

LYCONIDES

Ne ístuc dixis.

---

735. uerum est *JFZ.* uersū st *D.* uersum ē *BE* ego de te conmerui *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 58.* ego *(sequitur maius spat.)* Emerui *BDE.* ego emerui *(*merui *F) JFZ.* ego de te merui *Camerarius.* ego de ted emerui *Reizius.* ego merui de ted *Guyetus.* *(*Quid*)* ego nam de te merui *Ussingius* adolescens *J* 736. Quamobrem *B.* Quam obrem *DEJ* id faceres *Harius* ire////. *(er.* s*) B* 737. D////eus *J* impulsor mihi *B.* mihi *(*michi *J)* impulsor *DEJFZ.* impulsor *Pylades* ad *(ex* at*)* illam *B.* atilla *D.* adillam *J* illexit *EJ* Quomodo *BJ* 738. Fateor me peccauisse *FZ.* Fateor peccauisse *(*Fator*J) BDEJ.* Peccauisse fateor *Harius, Reizius.* Fateor ego peccauisse *Guyetus.* Fateor peccauisse me *Bentleius ad Phorm. V 9, 25* commeritum *BDJ.* cum meritum *E* 739. equo *BDE* michi *J* 740. ]id quod *J* ausus *BDE* tuum *BDEJ* esses *BDE.* esset $B^2$ 741. ]infectum *J* factum est *BDE* 742. *Ante* Nam *spat. BD* niuellent *B.* uellent *D* 743. ]uoluisse *J* apud me te *Pistoris, Meursius.* apud te me *BDEFZ.* apudte me *J.* ted apud me *Mahlerus l. s. s. p. 44.* ob te me *Acidalius* inneruo *BDE. in J quid fuerit non satis liquet: fort.* inmerito enicem *ex* enecem *B* 744. me inuito tactio est *J.* meinuitot actio st *B (*meinuito tactio st *m. 2).* me inuitot actiost *D.* me inuitat actiost *E*

EVCLIO

Quíd tibi ergo meám me inuito táctiost?

LYCONIDES

Quía uini uitio átque amoris féci.

EVCLIO

Homo audacíssume, 745
Cum ístacin te orátione huc ád me adire ausum, ínpudens.
Nám si istuc ius ést, ut tu istuc éxcusare póssies,
Lúci claro déripiamus aúrum matronís palam:
Póstid si prehénsi simus, éxcusemus ébrios
Nós fecisse amóris causa: nímis uilest uinum átque amor, 750
Si ébrio atque amánti inpune fácere quod lubeát licet.

LYCONIDES

Quín tibi ultro súpplicatum uénio ob stultitiám meam.

EVCLIO

Nón mi homines placént qui quando mále fecerunt púrigant.
Tú illam scibas nón tuam esse: nón attactam opórtuit.

LYCONIDES

Érgo quia sum tángere ausus, haúd causificor quín eam 755
Égo habeam potíssumum.

---

748. *Nonius p. 210, 7:* Lux feminini est generis . . . . . Masculini. Plautus Aulularia: 'Luci . . . . . palam' 753. *Osbernus p. 420:* Purgito . . . . . unde Plautus in Asinaria: 'Non . . . . . purigant'

---

745. ]uini *J* uicio *DJ* audacissime *BEJ*. audicissime *D* 746. istacin te *Gruterus*. istac inte *BDE*. istac te *ut vid. J. idem F*. istacin *Z* adme *BD* impudens *J* 747. ius *s. v. D* sit *Wagnerus, Muellerus Pros. Pl. p. 68: cf. Langenus p. 51* 748. Luci claro *Nonius: cf. Bergkius 'Beitraege' p. 147*. Luce clara *BDEJZ*. Luce claro *F, Camerarius* clarod eripiamus *Franckenus* diripiamus *DF*. disripiamus *Nonius* 749. Post id *BDEJ* prehensi simus *Camerarius, Spengelius Plaut. p. 217*. prensi simus *libri*. deprensi simus *Wagnerus, Ritschelius Op. phil. vol. II p. 270*. prensi fuerimus *Bothius e cod. Guelf.* ex cusemus (x *ex* t) *E*. etcusemus *D* ebrios *ex* ebrius *DJ* 750. ]fecisse *J* Nosfecisse *ex* Nonfecisse *D* uile est *J*. uil///est *E* atquę *J* 751. Si[ ]rio *J* impune *EJ* lubeat *ex* inbeat $E^3$ liet (c *s. v. add. m. 2*) *B*. liet *E* 752. uenio *ex* uinio *D*. adnenio *Z: an* neni ? obstultitiam *J*. obstulticiam *BD* 753. mihi *BDE*. michi *J* mala *D* fecerint sese *Osbernus* purigant *Ritschelius Op. phil. vol. II p. 433*. purgitant *BDEJ, Osbernus*. purgant *Z* 754. at tactam (ac*e corr.*) *E* 755. ]quia *J* sunt *D* haut *DE* 756. potissimum *BDEJ*

EVCLIO

Tun hábeas me inuitó meam?

LYCONIDES

Haúd te inuito póstulo, sed méam esse oportere árbitror.
Quín tu iam inueniés, inquam, illam méam esse oportere,
Eúclio.

EVCLIO

Iám quidem hercle te ád praetorem rápiam et tibi scribám dicam
Nísi refers.

LYCONIDES

Quid tíbi ego referam?

EVCLIO

Quód subrupuistí meum. 760

LYCONIDES

Súbrupui ego tuom? únde? aut quid id est?

EVCLIO

Íta te amabit Iúppiter
Vt tu nescis.

LYCONIDES

Nísi quidem tu míhi quid quaeras díxeris.

EVCLIO

Aúlam auri, inquam, té reposco quám tu confessú's mihi
Te ábstulisse.

LYCONIDES

Néque edepol ego díxi neque fecí.

EVCLIO

Negas?

757. Haut *E* *Pers. spat. ante* Sed *BD: in B erasae sunt complures litterae:* postulo *cum* Sed *esse coniungendum lineola indicavit* $B^2$
758. Eucl *in ras. praem. B.* tu iam *Brixius Nov. Ann. col. 91 (a. 1865) p. 58.* tu eam *libri.* tute *Franckenus.* meam *Bothius deleta eadem voce paulo post* *Ante* inquam *s. v.* li *habet B (*Lyconides*)* illam meam *Bothius, Brixius l. s. s.* meam illam *libri* meam, inquam, illam esse *Guyetus* oportet *EJFZ: corr. Angelius* *Ante* euclio *ras. D* *V. 759. 760 hoc ordine collocat Acidalius: inverso exhibent libri* 759. Eucl. *praem. Acidalius: om. B.* Li *praem.* $E^3Z$ ]quidem *J* ercle *B* ad praetorem hercle te *EZ* pretorem *D* 760. Eucl. *praem. BJFZ: del. Acidalius* ]efers *J* ergo *JZ: corr. Pius* subrupuisti *Pareus.* subripuisti *E.* surripuisti *BDJ* meçum *D* 761. *Pers. om. EZ* subripui *F.* ]pui *J.* subripio *EZ.* surripio *BD* ergo *Z* tuum *libri* me *Z* ambit *BDEJ* 762. tumihi *D* quęras *J.* queras *BDE* 763. auri *(*ri *e corr. m. 2) E* confessus *libri* michi *EJ* 764. Nequę *J (bis)* ego *om. EFZ*

LYCONIDES

Pérnego immo: nǎm neque ego aurum néque istaec aula
quaé siet 765

Scío nec noui.

EVCLIO

Illam éx Siluani lúco quam abstulerás cedo.
Í, refer: dimídiam tecum pótius partem díuidam.
Tamétsi fur mihí's, molestus nón ero. i ueró, refer.

LYCONIDES

Sánus tu non és qui furem mé uoces: ego te, Eúclio,
Dé alia re résciuisse cénsui quod ad me áttinet. 770
Mágnast res quam ego ótiose, si ótiumst, cupió loqui.

EVCLIO

Díc bona fidé: tu id aurum nón subrupuistí?

LYCONIDES

Bona.

EVCLIO

Néque scis quis id abstúlerit?

LYCONIDES

Istuc quóque bona.

765. ]nego *J* immonam neque *B*. inmonam neque *D*. immo namque *EJ*. immo neque *FZ* ego *om. F* istec *DE* quę siet *EJ*. quesiet *BD* 766. ]nec *J* ex *in ras. B²*. et *D* luā et siluā *E* exsilua nī *J* 767. I re fer *D*. Ire fer *E* 768. Tam et si *BE* mihi es *BE*. michi es *J*. mihi *D* I uero refer *ex* fuero refer *B²*. fuero refer *D*. furore fer *E*. furi refer *JFZ, unde quidam (Weisius)* fur i, refer *fecerunt* molestus non fuero: refer modo *Ussingius*. molestus non ego fuero: refer *Gertzius* 769. meuoces *J* egote *B* 770. Dealia re *B*. Alia de re *Guyetus* res cuius se *E* rescisse . . . med *Weisius* quae *F, Franckenus* adme *J* adtinet *E* *Verba* quod . . . attinet *cum v. 771 iungit Gruterus* 771. Magna est res *DEZ*. Magnaestres *ex* Magnaes tres *B²*. Magna res est *JF*. Res est *Ussingius*. Magnast *Harius, Weisius*. Namst res *Muellerus Pros. Pl. p. 465* ego *Guyetus*. ego tecum *libri* ociose *BDJ: del. Bentleius* ocium est *BDJ*. otium est *E* 772. subripuisti *E*. surripuisti *BDJ* *Lyc. pers. add. JFZ: om. BDE* bona non *JFZ* *Versus 773. 774 libri turbatos exhibent, et B quidem ita:* Licoñ. Istuc quoq, bona euclio atque ///id *(ex* ut *m. 2)* si scies q/// *(ex* quia *ut vid. m. 2)* abstulerit | Neque scis qui abstulerit mihi indicab Liconid faciam. euclio Neq, partem | Tibi *a quibus ceteri ita discrepant:* 1. E *(=* Euclio*)*. Istuc *E* *Ante* Atque *pers. spat. E: om. J* id *DE: om. J* si *om. EJ* siscies *D*. si scias *JF* qui *DJ*. quod *EZ* 2. Fatiam *E* *Versuum partes recte coniunxit Camerarius* 773. neque tu scis *Ussingius* quis id *Bothius*. quis mi *inter alia Muellerus Pros. Pl. p. 644* atqui *Wagnerus*

EVCLIO

Atque id sí scies
Qui ábstulerit mihi índicabis?

LYCONIDES

Fáciam.

EVCLIO

Neque partém tibi
Áb eo quoiumst índe posces néque furem excipiés?

LYCONIDES

Ita. 775

EVCLIO

Quíd si fallis?

LYCONIDES

Túm me faciat quód uolt magnus Iúppiter.

EVCLIO

Sát habeo: age nunc lóquere quid uis.

LYCONIDES

Sí me nouistí minus
Génere quo sim gnátus: hic mihíst Megadorus áuonculus:
Méus fuit pater híne Antimachus, égo uocor Lycónides:

---

774. 775. *Nonius p. 129, 1:* Indipiscere, petere, usurpare. Plautus Aulularia: 'Neque . . . . . excipies' *Idem p. 293, 25:* Excipere, excusare uel celare. Plautus in Aulularia: 'Neque . . . . . excipies'

---

774. nec *Nonii libri* 775. Abeo *DJ.* habeo *E.* Adeo *Nonius* quoiumst *ego.* cui sit *Nonius priore loco, unde F:* cui uis *idem posteriore.* cuiquam est *BDEJ.* cui est *Z.* quiqui est *Camerarius.* quicumque est *Pareus* Adeo umquam eius *Ussingius.* Herculaneam *Muellerus Pros. Pl. p. 644: cf. p. 695* inde posces *DJ.* indeposces *B.* inde pisces *e. corr.* $E^3$. indi pisces *F.* indipisces *Z.* indipisces *et* indipiscis *Nonius.* indepesces *Brixius ad Trin. v. 224: cf. Muellerus l. s. s. Ante* neque (Neque *B) pers. spat. in B (del.* $B^2$*) DE* excipies *priore loco Nonius:* excipias *posteriore.* expies *BDEJ* 776. Quid si fallis *Camerarius.* it fallis *BD.* id fallis $B^2EJFZ$. Id si fallis *Valla, Wagnerus*[1] Tum me *ex* Tu me $B^2$. Tume *DE* fatiat *E.* facias *J* uol *J.* uult *BD* 777. loquere *E* quod uis *Bothius e cod. Guelferb.* Sime *BD* 778. Gegnere (g *expunctum) D* quosim *B.* qui sim *Camerarius* mihi est *BDE.* michi est *J* medagorus *D* auonculis *E.* aunculus *Kochius Nov. Ann. vol. 101 (a. 1870) p. 284* Megadorust auonculus *Muellerus Pros. Pl. p. 233 Cf. Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57* 779. Meus fuit pater hinc *Ritschelius Proleg. p. 177.* Meus fuit pater *libri, quod defendit* (patēr) *Fleckeisenus Nov. Annal. vol. 61 (a. 1851) p. 32.* Meus pater fuit hinc *Muellerus Pros. Pl. p. 39* Antimarchus *Harius* *Ante* ego *et* Lyc. *pers.*

Máter est Eunómia.

EVCLIO

Noui génus: nunc quid uis? íd uolo 780
Nóscere.

LYCONIDES

Audi: fíliam ex te tu hábes.

EVCLIO

Immo eccillám domi.

LYCONIDES

Eám tu despondísti, opinor, meo áuonculo.

EVCLIO

Omnem rém tenes.

LYCONIDES

Ís me nunc renúntiare répudium iussít tibi.

EVCLIO

Répudium rebús paratis éxornatis núptiis?
Vt illum di inmortáles omnes deaéque quantumst pérduint, 785
Quém propter hodie aúri tantum pérdidi infelíx miser.

---

783. *Osbernus p. 426:* hoc repudium . . . . . unde Plautus: 'Is me . . . . . iussit' 784. *Nonius p. 105, 20:* Exornare, ornare . . . . Plautus in Aulularia: 'Repudium . . . . . nuptiis'

*spat. E* uocor *ex* uoco *B*². uoco *DE* liconides *EJ* 780. *Ante* nunc *spat. E* id uolo *Camerarius.* Lyc. Id uolo *libri. Cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 142* 781. Noscere Lyc. Audi *ego.* Noscere *libri* filiam *(filiā//// D)* ex te *(exte B) libri.* Noscere ex te. Lyc. Filiam tu habes *Bothius.* Noscere: filiam ex te tu habes *def. Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 439.* Noscere ex te. Lyc. Tu habes f. *vel* Noscere ex te. Lyc. Filiam unam tu habes *Beckerus l. s. s.* habes[ *J* ecillam *BDE* Intus eccillam *Wagnerus*¹. immo eccillam meae *Seyffertus l. s. s.* immo *corruptum esse dicunt praeter Wagnerum Ussingius et Beckerus l. s. s.* habeo filiam domi *Ussingius.* immo habeo eccillam domi *Harius.* immo eccillam domi meae *Franckenus:* Eccillam domi *vel* intus eccillam domi *Beckerus l. s. s.* 782. Iam *EJZ: corr. Angelius* despodisti *J* meo[ *J* meo aunculo *Kochius Nov. Annal. vol. 101 (a. 1870) p. 284.* Megadoro *Wagnerus*². meo auonclo *Muellerus Pros. Pl. p. 233: cf. ad v. 778*
783. renunciare *J.* rennunciare *BD* iussit| *J* 784. paratis, exornatis *Guyetus ex Nonio.* paratis atque exornatis *libri.* paratis atque ornatis *Bentleius* nuptiis *in J non apparet* 785. dii *J* immortales *BDEJ* deeque *E.* deeque *BD. om. Z* quantum est *BDEJ* perdunt *E.* perdu[ *J* 786. infelix mi[ *J*

LYCONIDES.

Bóno animo's, benedíce: nunc quae rés tibi et gnataé tuae
Béne felicitérque uortat: íta di faxint, ínquito.

EVCLIO

Íta di faciant.

LYCONIDES

Ét mihi ita di fáciant. audi núnciam.
Quí homo culpam admísit in se núllust tam paruí preti 790
Quóm pudeat quin púriget se: núnc te obtestor, Eúclio,
Ít si quid ego ergá te inprudens péccaui aut gnatám tuam,
Ít mi ignoscas eámque uxorem míhi des, ut legés iubent:
Égo me iniuriám fecisse fíliae fateór tuae
Céreris uigiliís per uinum atque ínpulsu adulescéntiae. 795

EVCLIO

Eí mihi, quod ego fácinus ex ted aúdio?

LYCONIDES

Cur éiulas,
Quém ego auom fecí iam ut esses fíliai núptiis?

---

787. animo es *BEJ. idem, sed* es *ex* ei *D* benedice *Pylades.* et benedice *BDEJ (*bene dice *E)* quę *EJ.* que *BD* gnatę *BEJ.* gnate *D* tuę *BE* 788. uortat ita *ex* uortatita $B^2$. uortat ita *(*a *in* at *s. v.) E* dii *J* 789. dii *J* fatiant *utroque loco E* dii *J* nunc iam *BDJ* 790. amisit *J* inse *BDEJ* nullus est *BDEJ* pretii *BE.* precii *D.* pr[ *J* 791. Quom *Bothius.* Quin *BDEFZ.* Quam *J.* Quem *Hildyardus* quin puriget se *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 53 coll. Op. II p. 432.* quin purget sese *(*se se *E) libri.* quom purget sese *Hildyardus, Ussingius* optestor *J* 792. Vt *om. Camerarius* siquid *BD.* quid *E.* quod *JFZ* ego *s. v.* $B^2$ ted *Reizius* imprudens *J* 793. Id *quidam apud Pareum: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 37.* Vt *def. Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 58.* Vt *om. Pylades* mihi *BDE.* michi *J* iubeant *BDEZ: corr. Valla* 794. fecisse filiae *Camerarius.* filiae *(*filię *EJ.* filie *D)* fecisse *libri* tuę *EJ* 795. impulsu *J.* inpulsū *D* adulescentię *B.* adolescentiae *J.* adolescentię *E* 796. quod ego *Guyetus.* quod *libri: cf. Kochius Nov. Ann. vol. 107 (a. 1873) p. 842 et Seyffertus Stud. Pl. p. 9, Mahlerus l. s. s. p. 25* ex ted *Guyetus.* exte ego *BDEJFZ.* ego *del. et* ex ted *scripsit Bothius* Cur eiulas *(*l *ex* i *m. 2) B.* Cur ei uias *DE.* Curre *(*Curro *Z)* i uias *JFZ* 797. Quemne *Goellerus* filiai *Guyetus, Reizius, Lachmannus in Lucr. p. 161.* filiae *BFZ.* filię *EJ.* filie *D*

Nám tua gnata péperit decumo ménse post: numerúm cape.
Eá re repudiúm remisit áuonculus causá mea.
I íntro, exquaere, sítne ita ut ego praédico.

EVCLIO

Perii óppido: 800
Íta mihi ad malúm malae res plúrumae se adglútinant.
Íbo intro, ut quid húius uerụm sít sciam.

LYCONIDES

Iam té sequor.
Haec própemodum iam esse ín uado salútis res uidétur.
Nunc séruom esse ubi dicám meum Strobílum non repério:
Nisi étiam hic opperiár tamen paulísper: postea íntro 805
Hunc súbsequar. nunc ínterim spatium eí dabo exquiréndi
Meum fáctum ex gnatae pédisequa nutríce anu: ea rem nóuit.

798. *Nonius p. 254, 1:* Capere, accipere . . . . . Plautus in Aulularia: 'Nam . . . . . cape' 800. *Priscianus Inst. gr. I, 51 (I p. 38, 1 H.):* Transit in i productam ut 'quaero inquiro, exquiro', quamuis 'exquaero' Plautus dixit in Aulularia: 'I intro . . . . . praedico'

---

798. tu agnata *E* decum omense *E.* decũ omense *D.* decũ omen se *B.* decimo mense *Nonius* 799. amisit *(a exp. et* re *s. v.) D* aunculus *Wagnerus, Kochius.* Ea re auonculus rem. rep. *Muellerus Pros. Pl. p. 233: cf. v. 778* 800. I *add. in marg. B, Priscianus: om. DEJFZ* exquaere *Priscianus.* exquere *J.* exquire *BDE* sit ne *DE.* sin ne *J* ita ita *D* ut ego *s. v. D* opido *E* 801. malę *B²J.* male *BDE* plurimę *(ę ex* e *m. 2) B.* plurime *DEJ* agglutinant *J* 802. huius uerum *Bothius.* huius ueri *BD.* huius uesi *E.* huius ue si *JF.* huius ne *Z.* huius rei *ex codd. deter. Pius. Cf. Seyffertus Stud: Pl. p. 26.* istuc rei *Franckenus* *Inter* sciam *et* iam *s. v.* ł *(= Lyc.) rubr. B* *Pers. om. DE* 803. Hęc *EJ* prope modum *BJ.* probe modum *E* inuado *BD* uidetur *ex* uidet *B²* 804. seruum *BDEJ* strolum *(*bo *s.* ol *m. 2) B.* strolum *E* repperio *BDEJ* 805. *Del. h. v. Guyetus* operiar *BDEJ* 806. ////subsequar *J* spacium *DJ* 807. *Vers. del. Guyetus* Meum gnatumfactum *B* ex gnatę *(ę ex* e *m. 2) B.* exgnatę *J.* ex gnate *D.* exgnate *E* pedissequa *EJFZ.* pedi si qua *BD.* pedisi qua *B²* anu: ea rem *Camerarius.* an ueram *B.* anueram *DE.* an uera *JFZ.* ea anus rem *Franckenus* *De toto hoc exitu cf. quae dixi Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 314*

# ACTVS V

## STROBILVS. LYCONIDES

STROBILVS

Di ínmortales, quíbus et quantis mé donatis gaúdiis.
Quádrilibrem aulam onústam auro habeo: quís mest alter díuitior?
Quís me Athenis núnc magis quisquamst hómo quoi di sint própitii? 810

LYCONIDES

Cérto enim ego uocem híc loquentis módo mi audire uísus sum.

STROBILVS

Hem,

809. *Osbernus p. 48b:* Aula . . . . . Plautus: 'Quadrilibrem . . . . . habeo', unde et comoedia in qua hoc scripsit dicitur Aularia *Cf. p. 310:* Quadrilibris . . . . . unde Plautus in Aularia: 'Aulam quadrilibrem auro honustam ego habeo'

*Act. V Sc. 1* STROBILVS SERVVS LICONIDES ADOLESCENS EVCLIO SENEX *BEJ. om. D spatio relicto* 808. dī *(d in marg.) D.* i *c. spat. E.* Dii *J* immortales *BDE.* imortales *J* me donatus *D.* med oneratis *Acidalius* 809. aulam onustam auro *(*auri *Studemundus Nov. Ann. vol. 113 [a. 1876] p. 75) Wagnerus.* aulam auro onustam *(*honustam *Osbernus: idem EJ, nisi quod* u *ex* o *J) libri cum Osberno.* auro onustam aulam *Muellerus Pros. Pl. p. 596.* aulam aurod onustam *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63* hanc aulam auro onustam *Wagnerus*[1]. *Cf. testim.* onustam ego *(*hon-*) Osbernus, Bothius ex Langianis* mest alter *Langenus p. 280.* me est *libri.* me nunc est *vel* homo me est *Muellerus l. s. s.* mest hominum *Wagnerus* diuicior *J* diuitior = ditior, *quod reponit Guyetus: cf. Fleckeisenus Nov. Ann. vol. 101 (a. 1870) p. 72* 810. magis quisquam est *libri.* magis usquam est *Gruterus* cui *BDEJ* dii *DEJ* propicii *BDJ* 811. *Pers. om. JFZ: add. Saracenus Totus v. in ras. E* loquens *E* mi *Wagnerus.* me *BEJFZ: idem s. v. D* uisus sum *ex* uisü eum *D* Strob. Hem *B.* hem *DJ.* heri *F: om. EZ*

Érumne ego aspició meum?

LYCONIDES

Vídeo ego hunc seruóm meum?

STROBILVS

Ípsus est.

LYCONIDES

Haud álius est.

STROBILVS

Congrédiar.

LYCONIDES

Contollám gradum.
Crédo ego illum ut iussi eámpse anum adiisse, húius nutricem uírginis. 815

STROBILVS

Quín ego illi me ínuenisse díco hanc praedam atque éloquor?
* * * * * * * * * * *
Ígitur orabo út manu me emíttat: ibo atque éloquar.
Répperi . . .

LYCONIDES

Quid répperisti?

---

814. *Nonius p. 81, 34:* Contollere, contra tollere. Plautus Aulularia: 'Contollam gradum'

812. 813. *Dimetros discribit Muellerus Pros. Pl. p. 108: eosdem uno v. comprehendunt cum libris Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 58, Franckenus, alii* 812. Erum ne *BE.* herum ne *J* ego *ex* meum *D* ego *del. Bothius, Weisius* aspitio *BDE.* aspicio *J* 813. Videon *F, Pylades, Brixius l. s. s.* hunc seruom *Brixius l. s. s.* hunc strobilum seruum *BD.* nunc strobilum seruum *(*seruom, *sed* u *s. o* $J^2$*) EJFZ.* nunc hunc seruom *Franckenus* Strobilum ego hunc *Bothius, Weisius* 814. Ipsius *J* *Pers. ante* Haud *om. B, nisi quod habet* ł *(rubr.) s. v.* alius *Pylades.* aliud *libri* 815. utius si *B* eampse *Z.* eam‿////pse *B.* eam apse *DE.* eam adse *JF* adiisse *Bothius.* adisse *libri* adisse anum *Fleckeisenus Exerc. crit. p. 45: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 237* 816. *Pers. om. JF* illi me *Pylades.* illum *libri* dicam *Wagnerus* predam *J* atque eloquor *Pylades.* atque eloquar *(*eloqua *D) libri: quae verba cum in exitu insequentis versus exstent huc irrepsisse inde putat Ussingius: lacunam post h. v. indicat Wagnerus* 817. *V. add. in marg.* $E^3$ me emittat ibo *FZ.* mee mittatiboque *(*me emittat iboque *m. 2) B.* meę mittat iboque *D.* me mittat iboque $E^3J$ 818. *Lyc. pers. s. v. add. rubr. B* Quid *ex* Quod $B^2$ reperisti *B* puericla mitant *(corr. m. 2) B.* clamitant pueri *J*

STROBILVS

Nón quod pueri clámitant
Ín faba se répperisse.

LYCONIDES

Iámne autem ut solés deludis?

STROBILVS

Ére, mane: eloquár: iam ausculta.

LYCONIDES

Áge ergo loquere.

STROBILVS

Répperi hodie, 820
Ére, diuitias nímias.

LYCONIDES

Vbinam?

STROBILVS

Quádrilibrem, inquam, aulam aúri plenam

LYCONIDES

Quód ego facinus aúdio ex ted?

STROBILVS

Eúclioni huic séni subrupui.

LYCONIDES

Vbi id est aurum?

STROBILVS

In árca apud me: núnc uolo me emittí manu.

LYCONIDES

Égone te emittám manu,

---

819. Infaba *B* faba *e corr. J* reperisse *B* Iam ne *EJ* soles *ex* solis *B.* solis *DE* delusis *EZ.* me ludis *Lambinus* 820. Here *J.* Hę rę (H *add. m. 2) E* ergo (r *s. v.) D* *Strob. pers. s. v. rubr. B. om. D* Reperi *B* 821. 822. *Horum v. posteriores partes* (Euclion . . . *et* Quadrilibrem) *permutat Ussingius* 821. Here *BDJ.* erę *ex* ęrę *ras. E* diuicias *B.* diuitias (s *s. v.) J* Quadrilubrem *E* 822. ]ex te *J* Quod $B^2E^3FZ$. Quo *BDE* ex ted *Guyetus.* ex te (exte *BD) libri* Heuclioni *BD.* heu clioni *E* subripui *BDEZ.* surripui *J* huic surpui seni Euclioni *Goellerus* 823. ]archa *J* est *s. v. E* *Ut octonarium efficeret* uolo manu me emitti *proposuit Acidalius* *Cf. Seyffertus l. ad v. 824. 825 allato* 824. 825. *Dimetros discribunt Muellerus Pros. Pl. p. 609, Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 439* 824. *V. non apparet in J* Ego ne *E* emitteam *D* manu//// *B.* manus *DE* Egone ut emittam manu te *Kampmannus Res mil. p. 37, Brixius Nor. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 58*

Scélerum cumulatíssume? 825

STROBILVS

Abi ere, scio quam rém geras.
Lépide hercle animum tuóm temptaui: iám ut eriperes ádparabas.
Quíd faceres, si répperissem?

LYCONIDES

Nón potes probásse nugas.
Í, redde aurum.

STROBILVS

Réddam ego aurum?

LYCONIDES

Rédde, ut huic reddátur.

STROBILVS

Vnde?

LYCONIDES

Quód modo fassu's ésse in arca.

STROBILVS

Sóleo hercle ego garríre nugas: 830
Íta loquor * * * * * * * * * * * * *

LYCONIDES

Át scin quomodó?

STROBILVS

Vel hercle me énica, numquam híne feres
Á me.

825. cumulatis sume *D*. cumulatus sume *B* 826. *Cf. Muellerus et Seyffertus l. s. s.* ]rem *J* Abiere *BDE* 827. ]hercle *J* leppide *E* tuum *BDE*. tun *J* apparabas *libri* 828. repperis sem *(coniunxit m. 2) B*. repperisse *J* *Lyc. pers. om. BDE* *V. 829—832 aliter constituit Brixius l. s. s., aliter Franckenus* 829. I red deaurum *(reddeaurum m. 2) B*. Ire deaurum *D* Lyc. Redde *Wagnerus*. Lyc. Redde inquam *libri* Str *(tr in ras.)* unde *B*. aunde *DE*. unde *JZ* 830. Quin modo *Acidalius* fassus es *libri* inarcha *J* ego hercle *E* 831. *Extrema verba certa emendatione restitui posse vix puto* *Ante* Ita loquor *(quae in J non conspiciuntur) intercidisse* Nugas garris *Ussingius putat: post* loquor *lacunam statuit Wagnerus*[2] Ita iocor *Acidalius* 832. aut *J* quomodo *BDEJ* me enica *Reizius, Brixius l. s. s.* enica *(i in e corr. m. 2) B*. enica *DE*. emica *J*. eneca *FZ* a me feres *idem Reizius: cf. v. 833* 833. ame *BDEJ*. *del. Bothius, Brixius l. s. s.*

# FRAGMENTA

1. Pro illís corcotis, stróphiis, sumptu uxório.
2. Vt ádmemordit hóminem.
3. Ego écfodiebam dénos in dié scrobes.

---

*Fabulae exitum intercidisse iam in recentioribus codicibus adnotatum est: velut F hanc exhibet subscriptionem:* Hactenus reperta haec est fabula. Quintus actus deficit. *Frustula minutissima quaedam a grammaticis servata collegerunt fragmentorum editores, quos tamen falsa adiunxisse Wagnerus de Aul. p. 9 sqq. luculentissime docuit. Ex octo fragmentis quae Weisius adfert secundum ad fabulae superstitis v. 640 spectat (cf. adn.), sextum prava Nonii scriptura nititur et pertinet ad v. 556, octavum (Porphyrio ad Hor. Od. I 38, 5) codice vetusto ad Vidulariam refertur (cf. Studemundi de Vid. comment. fragm. XIII), tertium (Non. p. 108, 3 s. v.* 'ebriulare'*) ex Laberii fabula desumptum est (cf. Ribbeckii fragm. com. p. 281: certe res dubia est). Restat testimonium Non. p. 332, 31:* Legere . . . . . Plautus Aulularia: Sed leno egreditur foras | Hinc ex occulto sermonem eius *(*sermones atus *libri)* sublegam*, quod cum lenonis partes in Aulularia nullae sint Mercerus, Guyetus, Wagnerus ad Vidulariam rettulerunt (cf. Studemundi fragm. XXI, qui tamen ne in Vidularia quidem huic fragmento commodum locum indagari adfirmat). Ex eis quae supersunt fragmentis primum ad superstitem fabulam pertinet (cf. adn. v. 517), quattuor ad exitum deperditum: omnes versus septenarios trochaicos fuisse censet Ussingius, quod incertum est, nec magis certum ad eandem scaenam pertinere omnes: qui vero partis deperditae rationes his usus frustulis accuratius adumbrare velit nugas agat Cf. praef.* 1. *Nonius p. 538, 6:* Strophium . . . . . Plautus in Aulularia: 'Pro . . . . . uxorio' strofis *libri Vt septenarium efficiat,* Quod tibi sit *initio addit Ussingius Cf. Cic. de Har. resp. XXI, 44 Cf. Wagnerus de Aul. p. 14* 2. *Gellius N. Att. VII 9, 6:* Item Plautus in Aulularia: 'Vt admemordit hominem' admemordit *ed. Hertzius.* admemordi *vulgo Ad Lyconidem v. refert Wagnerus 'qui scilicet Strobilum libertate promissa (quam antea negaverat) ad aurum reddendum impulerit', quod iure suo impugnat Ussingius versum non probabilius sic explens:* Namque ut admemordit hominem rabida atque auida auri fames *e. q. s.* 3. *Nonius p. 225, 5:* Scrobes feminino genere. Plautus . . . . . Aulularia: 'Ego . . . . . scrobes' denos in die *Quicheratus.* in die denos *libri*

4. Nec nóctu nec diú quietus úmquam eram:
Nunc dórmiam.
5. Qui mi ólera cruda pónunt, etiam hallée duint.

---

4. *Nonius p. 98, 20:* Diu pro die . . . . . Plautus . . . . . in Aulularia: 'Nec . . . . . dormiam' *Senarios constituit Franckenus, septenarium agnoscunt Bothius, Wagnerus, Ussingius* umquam eram *Bothius.* umquam eam *libri.* umquam. iam *Quicheratus* nec *Gulielmius.* neu sic *Osannus Anal. cr. p. 195, qui v. a Gulielmio post v. 66 positum post v. 233 inserit* 5. *Nonius p. 120, 4:* Hallec genere neutro. Plautus Aulularia: 'Qui . . . . . duint' mihi *libri* etiam allec *Wagnerus.* hallec *libri* danunt *Aldina ex cod. Leidensi.* adduint *Quicheratus.* haud danunt *Franckenus Verba de Lyconide una cum Phaedra etiam dotem accipiente intellegunt Wagnerus et Ussingius: immo servi esse videntur praeter libertatem donum poscentis: cf. Epid. v. 727*

---

## Corrigenda:

*V. 146 adn.* moro *DJ.*
*V. 486 scr.* altercatiost.

---

# T. MACCI PLAVTI

# COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

---

TOMI II FASCICVLVS II

AMPHITRVO

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXII

T. MACCI PLAVTI

# AMPHITRVO

RECENSVERVNT

GEORGIVS GOETZ ET GVSTAVVS LOEWE

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI II FASCICVLVS II

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

IVSTO · HERMANNO · LIPSIO

D · D

GEORGIVS · GOETZ GVSTAVVS · LOEWE

# PRAEFATIO

Amphitruonem*) Plautinam, cuius Graecum exemplar ignoratur, non inmunem fuisse diasceuastarum sedula cura cum prologus tum multi loci ipsius fabulae apertissime testantur: quam rem in adnotatione singulorum versuum saepissime tetigimus.

De subsidiis criticis pauca dixisse sufficit. B codicem excussit Hugo Hinckh, cuius cum collatione et Ritschelianam contulimus et Lorenzianam liberalissime nobis commissam. Ursiniani (D) praesto erant Hinckhii Ritscheliique collationes. Codicem Britannicum (J) religiose descripsit Hermannus Mueller-Struebing: praeterea usi

*) 'Amphitr*uo*' quin Plautina fuerit forma nemo dubitat. At non minus certum eius quam nunc habemus recensionis auctorem ubique posuisse 'Amphitr*io*'. Accuratius enim examinata librorum memoria non unum repperimus formae per *u* testimonium. Exempla autem omnia non sine quadam utilitate congessimus. Nam vel ex his rei orthographicae minutiis apparet BD et EJ(FZ...) codices ita in duas quasi classes distribui, ut Ambrosianus medium inter BD et J... locum teneat. Septuaginta quattuor fere locis traditum est Amphitruonis nomen, cuius hae in libris formae:

| | *-itrio* | *-ytrio* | singularia | omissa | locorum numerus |
|---|---|---|---|---|---|
| D | 68 | 0 | 0 | 6 | 74 |
| B | 66 | 5 | { *-ityrio* 1 / *-ytyrio* 1 } | 1 | 74 |
| E | 17 | 53 | 0 | 4 | 74 |
| J | 4 | 60 | 0 | 10 | 74 |

Ut *-itrio* constanter D (id quod non exspectaveris), paene constanter B, *-ytrio* autem paene constanter J, ita non mediocrem formarum antiquitus traditarum numerum E exhibet. Notatu autem hoc quoque dignum, quod nusquam *-itryo*: duae enim illae veteris codicis formae ad *-ytrio* referendae sunt.

sumus collatione quadam antea facta. Ambrosianum*) ipsi nos excussimus. Codicis denique Lipsiensis et editionis principis scripturas ex Ritschelianis copiis petivimus.

*) *E* codex denuo examinatus inde a principio fabulae usque ad v. 276 (namque inde a v. 277 ipsi commentario critico novae lectiones insertae sunt) has suppeditavit scripturas, unde apparatum vel suppleas velimus vel corrigas:

*f. 1r, quo duo argumenta et prologi v. 1—13 continentur, m. recentiore novo atramento superinducta est scriptura* *Arg. I* 3. Alcumennam *ut vid.* 4. sosię 7. immirum *Arg. II* *Spat. unius v. vacuum* 1. alcumenas *ut vid.* 6. uxoriciæ *ut vid.* 8. quidem *pro* quit *Prol.* 1. uoltis 30. iouis, o *e corr.* 31. meimatris 40. uobis et *m. 2 s. v.* 42. uictoriam, c *ex* r 43. Mactem 50. proloquaar, *priore* a *ex* i *male formata et expuncta* 52. fontem $E^1$, frontem $E^3$ 54. faciam ettragoedia 56. *utrum* fit *an* sit *dubium* uoltis *m. 2 ex* uultis set 59. cummixta: *cf. ad v. 979* traico comoedia, *tertia* o *ex* e 60. comoediā, a *quae expuncta est male ex* e *formata* 61. reges 62. Pactes 63. fit traico comoedia 72. diumt 73. rē *ex* rēc *ut vid.* 74. alteri ue 76. Nam ambitione 80. Si, S *ex* J 91. Et iam 95. 96. *Ordinem corr. m. 1* 96. comoedie, *alt.* o *ex* e 98. exargo 101. poplo 115. Set 122. Omsque 129. credens 135. q̄ 138. Ea, a *ex* e 140. abexercitu 141. imaginēm, ¯*del.* 144. aut 146. familiariūm, ¯*del.* 148. Set *Fab.* 156. cras e *ex* crasse *ras.* 160. 161. cedant Hec 162. puplicitus 165. potuitt 175. ferundūm, ¯*del.* 188. uictus 190. populo 191. Indui opidum est 192. ampytrionis 193. odoriaque 199. fugiebam, b *e corr.* 206. raptores 207. Siqua eas portassent 208. otiūm, ¯*del.* 209. q̄ue, ¯*del.* 210. Se se 218. pulchris 227. Post quam 229. iouii 233. frangunt emitu 237. uicinius 238. conuortiturr 240. omitiunt 242. ampytrio 244. ab dextera 249. pugnatus 250. nr̄i 252. Ipsiusque 255. Set 256. ex urbe 259. thebana 264. adedis// hassinam 271. sic quicquam staliud quid 273. septem triones 275. uigule

In Asinariae praef. p. X folia 71v et 72r eiusdem codicis et phototypice expressimus et cum vulgata quae dicitur Gronoviana contulimus. Inspecto ipso codice haec addimus: *Personarum notae in principiis versuum omnium om. praeter tres illas* O, S, O, *quas pinxit rubricator* II 5, 11. uxorem quasi *m.*3 *ex* quasi uxorem 20. urō $E^1$, nro $E^3$ 29. Quis m *m. 2 ut vid. ex* Quid m̄ II 6, 23. Optimum | 29. cosses 33. motuo 39. *In marg. interiore m. 1:* in *Nota ad II 5, 20 m. 3 adscripta:* amatio pro dilectione

Liceat hoc loco Asinariae errorem corrigere, qui est in adn. v. 108. Neque enim *fiet ne* in libris est, sed *fiet ne ambula*, quod facile ex tota adnotatione conici potuit. Ut huius et aliorum errorum si qui sunt reprehensionem non recusamus, ita leves vituperationes imprudentesque, quas nuper Theodorus Hasper libello qui inscribitur 'ad

Codicum BDEJ discriptio ab editione nostra his in versibus (quorum initia exscribimus) discrepat: 60 sqq. E: *Nam me* — *Non par* — *Partes* — *Nunc hoc* — 159 sqq. *Ita quasi* — *Nec aequum* — *Ita peregre* — *Haec eri* — *Nonne idem* — 176 sqq. *Satius est* — *Eum nunc* — *Sum uero* — 236. 237 et 246. 247 singuli versus sunt 361 sq. *Tum domo* — *Haeccine* — *Quis erus* — *Amphitrio* — 541 sqq. B: *Faciam ita* — *Numquid uis* — *Eamus* — *Abi prae* — *Licet* — *Prius tua* — DEJ: *Faciam ita* — *Numquid uis* — *Tamen* # *eamus* — *Abi prae* — *Ut actutum* — (*Abi prae* — et *Ut actutum* — uno v. compr. EJ) *Prius tua* — 563 sqq. *Malum quod* — *Istuc tibi* — *Tun me* — 569 sqq. *Profecto* — *Quid mali* — *Rogasne* — 573 sqq. *Verum haud* — *Utinam ita* — *Ubi bibisti* — (D: *Istic ubi bibisti* — EJ: *Tu istuc ubi bibisti* —) *Equidem decies* — *Satin hoc plane* — *Apage* — *Dicis equidem* — *At te ego* — *Ut minus* — *Sequere sis erum* — *Qui quoniam* — 641 sqq. *Plus aegri* — *Saltem* — *Dummodo* — (*Absit dum modo* — EJ) *Abitum eius* — *Datur mihi* — *Mihi esse* — *Virtus omnibus* — *Libertas* — *Tutantur* — *Virtus omnia* — *Edepol me* — 884. 885 uno v. compr. J 1018 sqq. *Mortuum* — *Atque ut* — *Heus ecquis* — *Quis ad* — *Tibi iuppiter* — *Quomodo* — 1031 sqq. *Prodigum* — *Quia senecta* — *Cum cruciatu* — 1071 sqq. *Neque nostrum* — *Neque prouidimus*

---

Epidicum Plautinam coniectanea' (ed. Dresdae a. 1882) protulit minus patienter ferimus. Negat enim locis haud ita paucis in Epidici apparatu apparere quid in codicibus scriptum sit. Hoc ut probet vir circumspectissimus Ritschelii nititur verbis, qui in Trinummo aliisque suis fabulis certa de causa noluit de A ex silentio fieri coniecturas: ita ne in Epidico quidem hoc fieri posse: quasi illa verba non ad ipsius Ritschelii solas fabulas pertinerent, sed ad omnes omnium hominum editiones. Non minore levitate idem p. 18 negavit v. 252 apparere *eum* vox sitne versui 251 adnexa an suo loco tradita an desit omnino: nimirum ne praefationem quidem, ubi singula initia accuratissime perscripta sunt, oculis perlustravit censor diligentissimus. Idem denique adn. v. 727 carpit: nos esse testatos '# abeas *quadrat*': dicendum fuisse *quinque litterarum praeter personae notam spatium in A esse*: an statuit vir doctissimus litteras Ambrosiani omnes easque diversissimas paria explere spatia?

Aululariae praef. p. XII adde: titulum ad v. 41 commemoratum suppositum esse disci potuit ex C. I. L. V p. 22*.

— *Qui ante* — *Credo edepol* — *Ibo et* — *Amphitrio* # *perii* — *Quis me tenet* — *Ita me* — *Nec secus* — 1082 sqq. *Scin me* — *Scio* # *Haec* — *Immo omnes* —. Hinc vides discriptionem olim traditam fidelissime esse in B servatam, in D autem et E et J gradatim immutatam.

De personarum notis vario modo breviatis accuratiora enotata habemus ex solis E et J codicibus. In illo si plenis litteris perscriptae non sunt — id quod rarius — sic currunt. Rationem autem non habuimus lineolarum et punctorum modo additorum modo omissorum (*alc̄ alc.* sim.) et maiusculas minusculis transcripsimus.

*merc mer mr m* ‖ *sosya* (semel) *sos so s* ‖ *iuppit iupp iup* ‖ *alcum alc* ‖ *amphy* (semel) *amph amp am ap* (semel) *a* ‖ *blef* ‖ *bro* (novies in eius locum cessit *ancilla ancil anc*: v. 1085. 1089 bis. 1091. 1098. 1101. 1107. 1119. 1121; praeter primum v. item J, nisi quod de v. 1101 et 1107, quorum margo laesus, nihil nunc constat).

Multo maiore cum constantia in notis personarum indicandis versatus est J codicis librarius. Ibi enim fere haec tantum occurrunt: *amphyt* (semel) *amph amp am* ‖ *sos* ‖ *merc alc* ‖ *iupp iup* ‖ *bro* et *ancill anc* (cf. supra). Non neglegendum est autem quod permultae notae interciderunt. Margo enim igne laesus facit ut de his omnino versibus: 193 — 235. 280 — 321. 363 — 404. 447 — 487. 529 — 569. 615 — 659. 700 — 739. 781 — 820. 861 — 899. 940 — 979. 1018 — 1055. 1095 — 1133 testari nequeamus, quae notae in principiis olim positae fuerint. Id quod cum in commentario critico singulorum versuum iterare non potuerimus, lectorem semel monitum esse volumus.

Amphitruonis non paucae editiones exstant peculiares, quarum hae nobis enotuerunt: 1. 'Continentur hoc libello quattuor Plauti comoediae Amphitruo: Aulularia Duo Captivi: et Menech. Familiaribus annotationibus declaratae'. (CLI foliorum 4). I$^{v}$ dedicatio editoris, Philesii Vogesigenae, in fine paginae haec exstant: Argentorati Kl' Iulii Anno M d. XI. — Examinantibus facile apparebit ex Pii aliorumque commentariis hausta esse omnia. 2. Argentinensis anni 1514 praeter Amphitruonem Asinariam, Aulularia m, Capti-

vos, Curculionem continens, de qua cf. praef. Asin. p. XVIII. 3 et 4. Editiones Melch. Lottheri, de quibus cf. Ritschelius Op. V p. 58 sq. 5. Camerariana anni 1545, de qua cf. praef. Asin. p. XVIII. 6. 'M. Acci Plauti Amphitruo. In usum lectionum edidit Fridericus Astius'. Landishuti a. 1818. — Textus ex secunda Bipontina petitus esse videtur. Adiecta est praeter glossarium inutile tabula genealogica Iovis, Amphitruonis, Mercurii, Pterelae, Alcumenae. 7. Theodori Verwaijen 'Specimen literarium in M. Acci Plauti Amphitruonem'. Traiecti ad Rhenum a. 1827. — Textus ex Bipontina petitus: adnotationes satis viles. 8. Editio Richteri: cf. quae diximus de eiusdem Asinaria praef. Asin. p. XIX. 9. 10. Lindemanni et Holtzii editiones satis notae sunt. De ceteris subsidiis pluribus disserere non habemus. Magnopere autem dolemus quod Spengelii libro de canticis Plautinis scripto non uti licuit ante v. 277: sed ut fatendum est saepius virum doctissimum nobis minus satisfecisse, ita aliis nos satisfecisse ne ipsi quidem — talis enim est harum quaestionum condicio — sperare audemus.

Nihil iam restat nisi ut ea singulis versibus adiciamus, quae dum imprimitur Amphitruo aut ab amicis nobiscum communicata aut ab aliis in lucem prolata aut a nobis sero observata sunt.

Argum. II 9 Lambini errorem iteravit Arthur Palmer Hermathenae t. VIII (a. 1882) p. 239, qui ceteroquin corrigendi divinandique facili quadam elegantia insignis est, ut multum ab eius ingenio speremus.

V. 32 *pace aduenio et ad uos me adfero* coll. v. 989 idem p. 240.

V. 46 duce Schoellio (qui *sed mos numquam illi fuit patri meo non bonus*) sic scripsimus.

V. 81 *mihi in mandatis is dedit* Palmer p. 240: pro quo sane *ille dedit* exspectatur.

V. 96 *Dum ego huius* vel *Dum hic huius* Schoellius.

V. 105 sq. nondum sanati videntur Gertzio. *Si quid* cum Bosio Schoellius ita, ut *et* ex v. 105 petitum esse putet.

V. 141 *ego hanc fero in me imaginem* Palmer p. 240.

V. 159. 263. 393. 394 accentus delevit typographus.

V. 170 sq. Schoellius ita: *Ipsús diues óperis et éxpers labóris Quidque ánimi* (vel *ánimo*) *lubére* . . .

V. 179 idem eicit ut glossema versuum 176 sq.

V. 193 *Praeda atque agro atque adoria qui* idem.

V. 197 delendum putat Brixius.

V. 207 *asportassint redduint* Gertzius.

V. 230 *suscipere, pro re hortari* Palmer p. 241.

V. 267 *capere* pro *habere* idem p. 242.

V. 313 *tactim* etiam Gertzius coniecit.

V. 401 post 413 collocatum Schoellius defendit. Restitui autem vario modo eundem posse putat, velut sic: *Non ego sum qui cum Amphitruone una abieram hinc in exercitum?*

V. 414 *ui pugnando occidimus* et 420 *Elocutu's. sed ubi patera nunc est ista?* # *In cistula* Gertzius

V. 548 sqq. Palmer p. 242 ita: . . . *haec proxuma Tanto breuior nox ut fiat faciam, ut aeque disparem Et die e nocte accedat* . . .

V. 572 *si id ita sit nefactum*, 577 *inquam: heus, ecquid*, 593 *ut tu hic simul sis et domi* Schoellius.

V. 617 *Quoine* . . . *licitumst?* coll. v. 697 Gertzius.

V. 623 *uigilans nunc ut uideo* Schoellius.

V. 627 *nosces nequam illum apud nos seruom* idem.

V. 658 *optanti* Gertzius.

V. 741 Palmerius sic potius: *istuc, crede, erit* . . .

V. 744 sq. *praelium?* # *ah, Etiam id tu scis?* Schoellius.

V. 814 *siquidem iam hercle mulier* Schoellius coll. Trucul. v. 134.

V. 952 *ipsus* addit Palmer p. 243.

V. 996 suspectus videtur Schoellio.

Frgm. IV *Ne tu postules matulam, urnam tibi aquae defundi in caput* et XII 1 *Bleph. Quaese aduenienti morbo medicum. Amph. At tu suem* Palmer p. 244.

V. 1120 *clamat*, 1128 *coniectatorem* Schoellius.

Dedimus Ienae et Mediolani m. Oct. a. MDCCCLXXXII.

# T. MACCI PLAVTI

# AMPHITRVO

*Arnobius VII 33:* quae causa est, ut dii tranquilli, placidi efficiantur et mites, ineptae si res fiant et ab hominibus otiosis multitudine spectante ludatur? ponit animos Iuppiter, si Amphitryon fuerit actus pronuntiatusque Plautinus?

# ARGVMENTVM I

In fáciem uorsus Ámphitruonis Iúppiter,
Dum béllum gereret cúm Telebois hóstibus,
Alcménam uxorem cépit usuráriam.
Mercúrius formam Sósiae seruí gerit
Abséntis: his Alcména decipitúr dolis. 5
Postquám rediere uéri Amphitruo et Sósia,
Vtérque deludúntur in mirúm modum.
Hinc iúrgium tumúltus uxori ét uiro,
Donéc cum tonitru uóce missa ex aéthere
Adúlterum se Iúppiter conféssus est. 10

*Argum. I* *Post argum. II Fleckeisenus cum aliis collocat. Quinque versus deesse Ritschelius putat Proleg. p. 318, cum reliqua argumenta non acrosticha quindenorum versuum numero exaequari soleant* *V. 1—5 interciderunt J* INCIPIT PROLOGVS IN AMPHITRIONEM PLAVTI POETE *B.* *Titulo carent D E* 1. n *c. spat init. D* uersus *B D E* amphitrionis *B D.* amphytrionis *E* 2. Quom *Fleckeisenus* Telebois *Hermolaus:* thelobois *B D E* 3. *Cf. v. 498* Alcmenam. *Valla:* Alcumenam *B D.* Alcumennam *E.* Alienam *vel* Illius *Schmidtius de pron. dem. formis Plautinis p. 30 sq., locum non recte intellegens: neque probavit Studemundus Nov. annal. t. 113 (a. 1876) p. 66* cępit *E* 4. sosie *E* 5. Alcmena *Valla:* alcumena *libri, Schmidtius l. s. s.* his *delens* 6. uiri amp[ *J* amphitrio *B D E* 7. Vterque, r *ex* q *B* deluduntur *cum Pal. 1 et 2 (qui* mirum in modum*) Bothius:* deluduntur dolis *B D E J* luduntur dolis mirum in modum *Lambinus* immirum *D.* inmir[ *J* 8. iurgium *ex* iurgiem *J* uxori [ *J* 9. ex [ *J* emissa *Pal. 1 et 4* exethere *E* aethere *D* 10. Adulterum, i *post* r *er. D*

# ARGVMENTVM II

Amóre captus Álcumenas Iúppiter
Mutáuit sese in fórmam absentis cóniugis,
Pro pátria Amphitruo dúm decernit cum hóstibus.
Habitú Mercurius eí subseruit Sósiae:
Is áduenientis séruom ac dominum frústra habet. 5
Turbás uxori cíet Amphitruo: atque ínuicem
Raptánt pro moechis. Blépharo captus árbiter
Vtér sit non quit Ámphitruo decérnere.
Omném rem noscunt: géminos illa enítitur.

---

*Argum. II* AMPHI TRI O · | ARGVMENTVM · *B.* Plauti amphitrio incipit *J.* *Spatium duorum versuum vacuum DE* 1. more *c. spat. init. D* alcumenas *BF:* alcumenis *J ut vid.* alcumenae *D* (ae *ex* as) *EZ* iupiter *D* 2. informam *E* absentis *LG:* eius *libri* in eius formam *Pylades et Camerarius ut vid. in ipso B.* formam in eius *Pareus* illius uirginis *F, unde* illius coniugis *Lindemannus* 3. Propatria *BE* amphitrio *BDEJ* dum decernit $B^2$, *unde primus Bothius:* dum cernit $B^1DEJ$. dux dum cernit *Lomanus* '*Miscell. philol. et paed.*' *II (Amstel. a. 1850) p. 175* cumhostibus *E* 4. sosię *J.* sosie *E* 5. seruum *libri* et *pro* ac *Z et editiones fere omnes* frustra [ *J* flocco habet *Pius et Gulielmius c. 1, iure explosi Acidulio, male laudati Scriverio Anecd. p. 54* 6. uxoriciet *BE* amphitrio *DJ.* amphytrio *E.* amphityrio *B* atq[ ]ui[ *J* 7. Rapptant *J* pro mechis *BD.* pro męchis *J.* promechis *E* blepharo [ ]a[ *J* 8. Vtersit *B* *Versus male ex Plautino (cf. Nonius p. 285, 31)* quí nequeas nostrórum uter sit Amphitruo decérnere *confectus: v. Lomanus p. 176* amphitrio *BDJ.* amphytrio *E* dec[ *J* sit Amphitruo non quit d. *male Meursius Exerc. crit. I 1* discernere *Pal. 3, Dousa* decernere e *(e ad spatium explendum: similia cum alibi tum saepissime in prologo facta sunt) E* 9. Omnem *del. Lambinus neglecto acrosticho* geminos illa *Bothius:* geminos alcumena *libri* (al[ *J*). Alcumena *A. Spengelius* '*T. Maccius Plautus*' *p. 239, Ussingius.* quom Alcumena *L. Spengelius Philologi t. 17 (a. 1861) p. 562 et* geminos cum illa *Schoellius Analect. p. 34* enititur *BD* Alcmene parit *Guyetus*

---

# PERSONAE

MERCVRIVS DEVS
SOSIA SERVOS
IVPPITER DEVS
ALCVMENA VXOR
AMPHITRVO DVX
THESSALA ANCILLA
BLEPHARO GVBERNATOR
BROMIA ANCILLA

# PROLOGVS

MERCVRIVS

Vt uós in uostris uóltis mercimóniis
Emúndis uendundísque me laetúm lucris
Adfícere atque adiuuáre in rebus ómnibus,
Et út res rationésque uostrorum ómnium
Bene éxpedire uóltis peregrique ét domi, 5

V. 1–3. *Priscianus de metris Terentii II 8 (G. L. t. III p. 421, 8):* . . . Comici nostri . . . in plerisque prologis et primis scenis trimetris utuntur . . . Plautus . . . in Amphitrione in prologo: 'ut uos . . . omnibus'. — 1. *Nonius p. 213, 5:* mercimonium neutri. Plautus Amphitryone: 'ut uos . . . mercimoniis'

*Prologus, quem interpolationibus inquinatum esse censuerant Guyetus (cf. v. 11—14; 32; 48, 49; 70; 85; 93—96; 115; 117; 119; 129—141) et Osannus Anal. cr. p. 176 sq. (cf. v. 64—74; 81—85), talia exhibere quae septimi saeculi essent evicit Ritschelius (Parerg. p. 215 sqq.) profectus a v. 65 sqq.: porro Wolffius de prol. Pl. (Gubenae a. 1812 ed.), Ritschelio duce Liebigius 'de prologis Terentianis et Plautinis' (progr. Gorlic. a. 1859) p. 22 sq. (ita ut v. 1—16 argumento in fine narrato olim adiunctos fuisse censeret) et Steinhoffius 'Proleg. zu Amph.' II p. 13 v. 17—96 damnaverunt, cum v. 1—96 Lorenzius praef. Mil. gl. p. 49, integrum prologum Fridericus Martins Quaest. Pl. (Halis Sax. a. 1879 ed.) p. 8 sqq., Ussingius, alii abicerent. A Plauti consuetudine abhorrere v. 33. 50. 74 docuit Langenus. Extrema parte (97—152: ibi permulta inesse ex ipsa fabula exscripta accuratius ostendit Martins), nisi integer prologus a Plauto abiudicandus est, certe v. 112—115 ferri nulla ratione possunt, cum eadem referant quae v. insequentes (112 = 131. 115 = 120 sq.), quae res non fugit Martinsium l. s. s. p. 12* Prologus *om. libri* MERCVRIVS · *B.* MERC *D. om. spatio non relicto E. Spatio nullo* mercurius *in marg. J* 1. nos *J* nestris *m.² ex* nostris *J.* ūris *E.* uestris *Nonius, Priscianus* uultis *(u 2 ex al. l. E) libri cum Nonio (*uoltis *Q) et Prisciano* mercimo[ *J* 2. uendundis que *B* meletum *E* lętum *B.* l[ *J* foetum . . . Efficere *Matthias Klock.* laetos . . . Efficere *quidam apud Lambinum, Putschius in Grammaticis* 3. Adf[ *J* inrebus *E* 4. Et [ *J* Et uti *ut v. 8 Bothius, Lomanus Misc. p. 177* urorum *BDE* 5. B[ *J* Bene me *Lomano Miscell. p. 177 magis placet, sed nihil mutat: cf. Langenus 'Beitraege' p. 1 sq.* uultis *BDE* peregreque, *quod def. Brixius ad Capt. v. 169, m.² ex* peregrique *B.* peregrique *ex* peregrinaque *D.* peregrique *habuisse vid. etiam recentiorum codd. archetypus*

Bonóque atque amplo auctáre perpetuó lucro
Quasque íncepistis rés quasque inceptábitis,
Et utí bonis uos uóstrosque omnis núntiis
Me adfícere uoltis, éa uti nuntiem ádferam,
Quae máxume in rem uóstram conmuném sient 10
(Nam uós quidem id iam scítis concessum ét datum
Mi esse áb dis aliis, núntiis praesim ét lucro):
Haec út me uoltis ádprobare, adnítier
Lucrum út perenne uóbis semper súppetat:
Ita huíc facietis fábulae siléntium 15
Itaque aéqui et iusti hic éritis omnes árbitri.
Nunc quóius iussu uénio et quam ob rem uénerim,
Dicám simulque ipse éloquar nomén meum.
Iouis iússu uenio: nómen Mercurióst mihi.
Pater húc me misit ád uos oratúm meus, 20
Tametsí pro imperio uóbis quod dictúm foret
Scibát facturos, quíppe qui intelléxerat
Veréri uos se et métuere, ita ut aequómst Iouem:
Verúm profecto hoc pétere me precário
A uóbis iussit léniter dictís bonis. 25
Etenim ílle, quoius huc iússu uenio, Iúppiter

---

*V. 6—30 interc. J* 6. lucro *ex* locro *m. rec. D* 8. uti *ex* ui *E* uŕōsque *BDE* nunciis *B* 9. uultis *BDE* ea uti nuntiem adferam *Iulius Lange 'de sent. temp. syntaxi' thes. 3:* ea adferam ea uti nuntiem *libri (ũ E,* ut *B.* nuntiem *ex* nun iem *D).* ea adferam eaque ut nuntiem *Aldus.* ea ut adferam, ea ut nuntiem *inter alia Holtzius.* ea feram, ea uti nuntiem *Lomanus Misc. p. 177* 10. Quę *B.* Que *E* maxime *BDE* inrem *E* uestram *B* communem *BDE* scient *E* *V. 11—14 damnat Guyetus* 11. quidem id iam *m.*² *ex* qui demidiam *B.* qui demidiam *E* 12. Mihi *(*Michi *E) libri* esse] hec *E* abdis *E* a *ex* ab *ras. B* diis *m.*² *ex* dis *B* aliis, ii *fort. ex* u *B* p̄sim *B.* presim *D* 13. Hęc *E.* Hec *B* uultis *BDE* adprobare *libri (*app- *E), quod* appropare = approperare *esse vult Meursius I 1* ac nitier *Aldina.* adnuuere *Merula ad Ennium p. 163* 14. perhenne *E.* perennę *D* subpetat *B.* superat *E.* superet *FZ, corr. Hermolaus* 15. fabulę *BE* 16. lta *Fruterius Veris. III 2* equi *BE* iusti *ex* iusta *D* 17. cuius *BDE.* cuius huc *ut v. 26 Lomanus Misc. p. 178* obrem *E* rem huc missus sum *Becker Studemundi Stud. p. 311* 19. mercurio est *Palat. 5, Guyetus:* mercurii est *BE.* mercuri est *D* michi *E* 20. aduos *E* 21. Tam & si proimperio *BE* *Post* imperio *interpungentes refutavit Gronovius* 22. Scibat *B* 23. equum est *BDE* 24. p̄cario *BD* 26. Et enim *BE* cuius *BDE* iussu huc *cod. Leidensis Bosschae*

Non mínus quam uostrum quíuis formidát malum:
Humána matre nátus, humanó patre,
Mirári non est aéquom sibi si praétimet.
Atque égo quoque etiam, quí Iouis sum fílius, 30
Contágione meí patris metuó malum.
Proptérea pace aduénio et pacem ad uós fero.
Iustám rem et facilem esse óratam a uobís uolo:
Nam iústa ab iustis iústus sum oratór datus:
Nam iniústa ab iustis ímpetrari nón decet, 35
Iusta aútem ab iniustis péterest insipiéntia:
Quippe ílli iniqui iús ignorant néque tenent.
Nunc húc animum omnes quaé loquar aduórtite.
Debétis uelle quaé uelimus: méruimus

---

*C* huc *ex* hic *B* iusso̅ *E* iupiter *D* 27. Nonminus *D* quiuis *B* 28. Hmana *E* patre e *E: cf. arg. II v. 8* 29. equom *BE.* ęqum *D* si sibi *D* p̃timet *B.* pretimet *DE* 30. At ego *F, Pal. 6, Lindemannus* 31. ]lum *J* meematris *E.* meae matris *Z, corr. Angelius* 32. *Versum damnat Guyetus* pacē aduenio *E.* ] pacem *J* aduos *E* fero *Acidalius, Parcus: cf. Spengelius 'Plautus' p. 21.* affero *BDEJ* pacem aduenio et ad uos adfero *Lindemannus coll. Aul. v. 270* (pacem *iam FZ, pro quo* pace *restituerat Angelius).* pace aduenio et ad uos adfero *Weisius, Holtzius.* pace aduenio ad uos, pacem adfero *Bothius.* pacem aduenien ad uos affero *Rudolfus Sydow de recens. Catulli carm. (Berolini a. 1881) sent. contr. 3* 33. *Cf. Langenus p. 319* ]m esse *J* oratum *F, Valla, multi collato Gellio I 7* auobis *EJ* 34. *V. insiticius vid. Lomano Misc. p. 179* ]tis *J* iusta *Bothius:* iuste *libri* abiustis *BE* iuste ad iustos iusti *Acidalius* *Post* datus *er.* sum *D* 35. ]ustis *J* iniusta, in *s. v. E* abiustis *E* impetrare *cum Camerario et deterioribus quibusdam libris Dousa* 36. ]tis petere *J* Ista *E* abiniustis *E* Iusta abs iniustis petere autem insipientia est *Fruterii II 20 cod.* peterest insipientia *Brugmanus p. 47:* petere insipientia (insipiencia *B)* est *libri.* petere id insipientiast *Lachmannus.* ea insipientiast *Becker de com. Rom. fab. p. 107.* íniustís *propter sententiae oppositionem def. Brixius de Pl. et Ter. prosodia p. 30* 37. *V. ex interpretamento eius qui praecedit confictus esse videtur* ]us ignorant *J* illi *D (ex* in illi*) F.* nulli *B, unde* quippeni? illi *prave Lambinus.* inilli *E.* illa *Z* iniusti *pro* iniqui *Salmasius* iniqui ius *ex* iniquius *B* timent *codd. rec. non nulli* 38. ]um *J* Nunc *Fleckeisenus duce Guyeto:* Nunc iam *libri* ad ea (adea *E) pro* omnes *EJFZ* Nunc iam animum huc omnes *vel* Nunc iam animum huc ad ea *Ritschelius* (animum huc *etiam Lomanus Misc. p. 180) Proleg. p. 181, qui omnium minime placiturum esse putat* Nunc iam omnes animum ad ea omnes ea *Camerarius* quę *EJ.* que *BD* 39. ]elimus *J* quę *BE* *Post* uelimus *m.*² *s. v.* & *B*

Et ego ét pater de uóbis et re pública. 40
Nam quíd ego memorem — ut álios in tragoédiis
Vidí Neptunum, Vírtutem, Victóriam,
Martém, Bellonam cónmemorare, quaé bona
Vobís fecissent —, quís bene factis méus pater,
Deorúm regnator, árchitectust ómnibus? 45
Sed mós numquam illi fúit patri meo qui híc placet,
Vt éxprobraret quód bonis facerét boni:
Gratum árbitratur ésse id a uobís sibi
Meritóque uobis bóna se facere quaé facit.
Nunc quám rem oratum huc uéni primum próloquar: 50
Post árgumentum huius éloquar tragoédiae.
Quid cóntraxistis fróntem? quia tragoédiam

---

40. ]bis *J* uobis et *s. v. E* publica *m.*² *ex* puplica *D.* plublica *J* 41 sqq. *Cf. Ladewigius Nov. annal. t. 99 (a. 1869) p. 473* *Parenthesin ut supra ante Ussingium iam constituit Saracenus ('vetus codex' Meursii I 1). Alii, quorum primus Taubmannus, ita interpungunt:* memorem, ut alios . . ., commemorare q. b. u. fecissent? quis benefactis . . . omnibus 41. ]em ut *J* alias *quidam apud Pareum* intragoediis *BJ.* intragoedos *E* 42. ]em *J* uirtutem et *Langiani, Bothius* 43. bellona *D* commemorare *libri (*]memorare *J)* quę *EJ* 44. ]factus[ *ut vid. J* benefactis *E* *V. 45—63 interciderunt J* 45. Decorum *E.* Deum *Angelius, Reizius* architectust *Pareus:* architectus *libri.* architecto'st *(duce scriptura rec. codd.:* architecton*) Dousa Expl. p. 6* optimus *Pareus* 46. Sed mos numquam illi fúit patri meo qui híc placet *LG exempli causa:* Sed mos numquam illi fuit patri (petri *E)* meo *libri (nisi quod* illi nunquam *F, ut aliquis certe versus evaderet).* Sed ille mos nunquam f. p. m. *Fruterius II 20 itemque,* nunquam mos *collocantes, Gruterus et Fleckeisenus in editione.* Sed mos is numquam illi f. p. m. *Pylades.* Sed is mos illi n. f. m. p. *Fleckeisenus Ep. crit. p. 16 (*meo patri *iam Langiani).* Sed moris nunquam illinc f. p. m. *Bentleius apud Wakefieldium 'Silvae criticae' IV (Londini a. 1793 ed.) p. 233.* Sed illic mos (illic *iam Scaliger)* morus meo patri numquam fuit *Luchsius Studemundi Stud. I p. 34.* Siet? *Gertzius Ussingiusque reliqua sic ut libri scribentes.* Sit? mos n. ille illi f. p. m. *idem Ussingius* 47. exprobraret, p *ex* b *m.*² *D.* exprobaret *B.* computaret *Pareus* bonis *ex* bonus *m.*² *D* *V. 48. 49 damnat Guyetus* 48. Ratum *Colerus,* Datum *Angelius,* Gnatum *Lambinus: praeter rem omnes* ida *E* auobis *B* 49. Merito que *B.* Merito quę *E* quę *BE* facit *Z:* fecit *BDEF* 50. *Cf. Langenus p. 318* quam ob rem, ob *s. v. B* proloquiar *E* 51. tragoedie *B.* tragoedieę *E: cf. arg. II v. 8* 52. frõntẽ *ex* fontẽ *E* quian *citat Acidalius*

Dixí futuram hanc? déus sum, commutáuero.
Eandem háne, si uoltis, fáciam ego ex tragoédia
Comoédia ut sit ómnibus isdem uórsibus. 55
Vtrúm sit an non uóltis? sed ego stúltior,
Quasi nésciam uos uélle, qui diuós siem:
Teneó quid animi uóstri super hac ré siet.
Faciam út commixta sít haec tragicomoédia:
Nam mé perpetuo fácere ut sit comoédia, 60
Regés quo ueniant ét di, non par árbitror.
Quid ígitur? quoniam hic séruos quoque partés habet,
Faciám sit, proinde ut díxi, tragicomoédia.
Nunc hóc me orare a uóbis iussit Iúppiter,
Vt cónquaestores síngula in subséllia 65

59. 63. *Placidus in Statii Theb. IV 147:* Tiryntha deus] Iuppiter mutatus in Amphitryonem concubuisse cum Alcmena Electrionis filia dicitur in urbe Tirynthe, unde natus est Hercules, unde et Tirynthius dicitur. De qua Plautus tragicocomoediam dixit 63. *Cf. ad v. 59* 65 sq. *Servius in Verg. Aen. VIII 636:* consessu caueae] caueа est ubi populus spectat, *ubi Danielis scholion:* Plautus in Amphitryone: 'ut . . . spectatoribus'

---

53. commutauero *libri (m.² ex* commuta uero *B)* *Post* commutauero *recte interpunxit primus Acidalius* 54. commutauero Eadem si uultis: faciam hanc ex *Bothius: ac similiter Lindemannus* uultis *BDE* ego *Hermannus Annal. t. 19 (a. 1837) p. 266: om. libri.* iam *add. Lachmannus, Muellerus Prosod. p. 518* fecero *Lomanus Spec. cr. p. 2 dubitanter* ex *s. v. D* extragoedia *E* 55. Commoedia *BE.* Commoediā *D* omnis *Muellerus Pros. p. 518 adn.* hisdem *m.² ex* isdem *B* uersibus *ex* uorsibus *D.* uersibus *B* 56. sit *EFZ:* fit *BD.* sic *Lambinus* annon *BD.* anne *Bothius e cod. Guelf.* uultis *BD.* uultis *E* 57. diuus *BDE* siem m *E: cf. arg. II v. 8* 58. uri *BDE.* uobis *Guyetus* re siet *ex* resiet *E* 59. Fatiam *E* ut conmixta sit haec tragicomoedia *Fleckeisenus:* ut commixta sit tragico (thragico *D²*) comoedia (traicocomoedia *E*) *BDE: cf. Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 266 et Goetzius ibid. t. 113 (a. 1876) p. 355. 358.* tragocomoedia *ex hoc v. affert Muretus Var. lectt. XII 17.* tragicocomoedia *formam denuo neque tamen felicius def. Ussingius t. 2 p. XII sq.* c. ut haec sit t. *Pareus.* c. uti sit tragicomoedia *Lomanus Misc. p. 182, Lachmannus.* u. c. fiat t. *Lindemannus* 61. Reges (s *s. v.*) *E* dii *BDE* p *D.* pur *E* 62. seruus *BDE* habet *om. EZ: corr. Pius* 63. fit *ut vid. E* tragicomoedia *Pareus:* tragico comoedia *BD, nisi quod B* comedia, *E* traicocomoedia. *Cf. ad v. 59* 64 sqq. *Cf. Osannus Anal. crit. p. 176 sq.* 64. me [ *J* auobis *E* *Cf. Langenus p. 319* 65 sqq. *Cf. Ritschelius Parerg. p. 215 sqq.* 65. conquisitore[ *J* Vt con-

Eánt per totam cáueam spectatóribus:
Siquoí fauitores délegatos uíderint,
Vt ís in cauea pígnus capiantúr togae.
Nam síqui palmam ambíssit histriónibus
Seu quoíquam artifici — seú per scriptas lítteras, 70
Siue ípse ambissit, seú per internúntium —,
Siue ádeo aediles pérfidiose quoí duint:
Sirémpse legem iússit esse Iúppiter,

---

67. *Nonius p. 99, 6:* delegari (delegare *libri*) ueteres discedere posuerunt uel dispertiri. Plautus Amphitryone: 'cui . . . uiderint'

---

quaestores *quidam apud Lambinum, Osannus Anal. crit. p. 176, Lachmannus ad Lucr. VI 1067:* Vt conquisitores *libri cum Servio.* Vt conquistores *Weisius, Lindemannus.* Conquisitores *Lambinus (qui etiam* ut *initio v. qui sequitur poni posse dicit) et multi.* V̆t cŏnquísitores *E. Kaercher 'Prosodisches zu Pl. u. Ter.' Caroliruhae a. 1864 ed. p. 13 adn. 1* singula *Pal. 6, Dousa p. 7, Pareus:* singuli, *alt.* i *ex* a *D.* singuli *BEFZ, Servius* insubsellia *E* 66. totam[ *J* 67. Si cui *BEJ.* Sic ui *D, et a* cui *Nonii testimonium incipit* fauitores[ *J.* fautores *B, Nonius* delegatores *Nonius.* dilegatos *Lambinus* 68. Ut is *F:* Uti is *D.* Vtiis *m.*² *ex* Vt iis *B.* Vtiis *E.* Vt hiis *J.* Vt his *Z.* Vt ab his *Dousa p. 7* incauea *BE* cauea[ *J* capiatur *F, Angelius* togę *BE* 69. Nam si qui palmam ambissit *Fleckeisenus Ep. cr. p. 16 ducibus Ritschelio et Fruterio:* Siue qui ambissent palmam *libri (*ambisse[ *J). Item, nisi quod* ambissint *idem in editione.* N. s. q. ambissint p. hic *Ritschelius Proleg. p. 85.* Siue ambiissent qui p. *Pylades.* Si uero qui ambissit p. *Fruterius II 3.* Siue aliqui p. ambissint *Hermannus Annal. t. 19 (a. 1837) p. 267.* Siue etiam qui ambissent p. *Camerarius.* Siue etiam ambissent palmam qui *Lachmannus.* Qui siue palmam ambissint *Goellerus ad Trin. p. 59.* Si qui ambiissit p. *Lomanus Misc. p. 185.* Qui ambissint p. hic siue *Ussingius.* ambissit, *quode cf. Luebbertus 'Gramm. Stud.' I p. 49, primus Fruterius:* ambiissent *def. Spengelius 'Plautus' p. 226* hystrionibus *E* 70. *Versum damnant Guyetus et Lomanus Misc. p. 185* Seu quoiquam *Pareus:* Siue cuiquam *BDEJ.* Si quoiquam *Ritschelius Proleg. p. 85* art[ *J* literas *B* 71. *Om. Z, add. Hermolaus* Siue ipse ambissit *Fruterius II 3:* Siue qui ipse ambisset *B (*ambissent*) DEJ (*ambi[*).* Siue qui ipsi ambissent *Camerarius.* Seu qui ipse ambissit *Ritschelius Proleg. p. 85.* Siue ipsi ambissint *Ussingius: et* siue ipsi *adscripsit Salmasius,* siue ipse ambisset *exh. cod. Leidensis Bosschae C* inter nuncium *BD* perinternuntium *E* 72. adeo *ex* ideo *E* ediles *EJ.* aedibiles *B, unde* odibiles *Gertzius,* adeo bilem *Ussingius* perfid[ *J* cui *BDE.* quid *Gertzius* duunt *ut vid. E* 73. Sirempse *Fruterius II 3, Scaliger:* Si similem rem ipse *BD (si s. v.) J (*ipse[*)* legem *Scaliger:* inlegem *BDE, quod def. Gruterus et Dousa.* in lege *Lipsius Ant. lectt. I 1, quamquam ne* legem *quidem prorsus improbat.* lege *Fruterius II 3*

Quasi mágistratum sibi álteriue ambíuerit.
Virtúte dixit uós uictores uíuere, 75
Non ámbitione néque perfidia: 'quí minus
Eadem hístrioni sít lex quae summó uiro?
Virtúte ambire opórtet, non fauitóribus.
Sat habét fauitorum sémper qui recté facit,
Si illís fides est, quíbus est ea res ín manu. 80
Hoc quóque etiam mihi páter in mandatís dedit,
Vt cónquaestores fíerent histriónibus:
Qui síbi mandasset délegati ut plaúderent
Quiue álter quo placéret fecissét minus,
Eius órnamenta et córium uti concíderent. 85
Mirári nolim uós, quapropter Iúppiter
Nunc hístriones cúret. ne mirémini:
Ipse hánc acturust Iúppiter comoédiam.

---

74. Quasi sibi magistratum *Guyetus.* Quasi si m. *Lomanus Misc. p. 186.* Magistratum quasi sibi *Fleckeisenus Ep. crit. p. 16.* mágistratum *def. Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 267* alteri ue *B.* alte[ *J* *De* ue *cf. Langenus 'Beitraege' p. 97* ambiuerit, t *ex* ũ *D.* ambiuerint *cod. Leidensis A, Gertzius* 75. nos *ut vid. E* uos *om. JZ* uiuer[ *J.* cluuere *Gulielmius c. 1, quod iure improbat Scriverius Op. anecd. p. 55, etiam perversiora Palmerius p. 724 (numeri sunt 'Lampadis' t. IV)* 77. Eandem *J* hystrioni *J* quę *BEJ* 79. hábet fautorum *Lomanus Misc. p. 186* habere, t *s.* re *scripta B* fauitorium *E* recte *ex* recta *D* 80. inmanu *BEJ* *V. 81—85 simul cum 64 sqq. ferri posse Osannus Anal. crit. p. 176 negat* 81. michi *EJ* pater *cum Weisio Muellerus 'Nachtraege' p. 121: om. libri. Post* dedit *idem add. F cum ruina versus.* ille *add. Pylades.* Dein . . i. m. mihi d. *vel* Dein . . mihi i. m. d. pater *vel* Dein . . mihi ille i. m. d. *Luchsius Studemundi Stud. p. 35. Pareus ex v. 82* uti *asciscit.* Atque hoc quoque etiam mi ille *Fruterius II 20* inmandatis *BE* 82. Vt conquaestores *qui s. ad v. 65:* Vt conquisitores *libri (con s. v. D), quod* V̄t, cŏnquísitores *metitur Kaercher l. s. s.* Vt conquistores *Lindemannus.* Conquisitores *Fruterius II 20* hystrionibus *J* 83. mandasset *Bentleius, Lomanus Misc. p. 187:* mandassent *libri* 84. Quiue alter quo placeret *Guyetus (*placeret *cum Pio):* Quiue *(*Qui ue *BJ)* quo placerent alter *libri.* Quiue ut placeret alter *Reizius.* Qui quo placeret alter *'alii' apud Pareum* fecissent *Pius* 85. *V. damnat Guyetus* Eis *Lambinus, Scaliger* ora menta *Svvartius Analectorum II 5 p. 78* 86. qua propter *BDEJ* 87. hystriones *J.* histrionem *Scaliger* cur et *E* n/// remini *(an* n euremini?*) ex* nemiremini *J* 88. acturus est *libri* iuppiter, u *s. v. J* comediam *BJ (ex* comedi am*)*

Quid id éstis admiráti? quasi ueró nouom
Nunc próferatur, Ióuem facere histrióniam. 90
Etiam hístriones ánno quom in proscénio hic
Iouem ínuocarunt, uénit: auxilio ís fuit.
Praetérea certo pródit in tragoédia.
Hanc fábulam inquam hic Iúppiter hodie ípse aget
Et ego úna cum illo. núnc uos animum aduórtite, 95
Dum huiúsce argumentum éloquar comoédiae.
Haec úrbs est Thebae: in íllisce habitat aédibus
Amphítruo, natus Árgis Alcaeó patre,

---

98. *Nonius p. 487, 32:* Argus pro Argiuus. Plautus Amphitryone: 'amphitreo . . . patre'. — *Servius ad Aen. I 268 (p. 99, 12 ed. Thilo et Hagen):* Ilia pro Iliensis, ut Plautus 'Hector Ilius' pro Iliensis. et 'Amphitryo natus . . . patre' id est Argiuo

---

89. id estis admirati *Fleckeisenus:* admirati estis *libri.* estis admirati *Pylades, Reizius.* admirati id estis *Lomanus Misc. p. 187 inter alia, Brixius de pros. p. 11.* admiratin estis, *interrogandi signo post* quid *posito Lomanus l. s. s., Muellerus Pros. p. 496* nouum *libri* *V. 90 sqq. et a numeris et a dicendi genere satis suspecti* 90. Hunc *J* *'Fortasse'* Iouem agere *Bentleius* Iouem proferatur nunc facere histrioniam *Muellerus Pros. p. 115* hystrioniam *J* *V. 91—93 eiciendos putat Ussingius* 91. Et iam *B* hystriones *J* anno] nannio *Valla, Meursius I 1.* ante *vel* antehac *Ussingius* cum *libri* in *om. EJZ: corr. Hermolaus* pro scenio *J* 92. inuocarunt *B (ex* inuocauerunt*) D (*in *s. v.).* inuocauerunt *J* his fuit *J (*fu[ *) F* *V. 93—96 damnat Guyetus* 93. Preterea *BDEJ* certe *Lambinus, Bothius e Guelferb.* intragoedia *EJ.* intra goedia *BD* 94. in quam *J* hic *s. v. D* Iuppiter hic *Fleckeisenus* hod[ *J* Iuppitēr *def. Bothius, Wagnerus, Mus. Rhen. t. 22 (a. 1865) p. 120, Fleckeisenus Nov. ann. t. 61 (a. 1851) p. 33* 95. 96. *Inverso ordine E: signis corr. m.*[2] *ut vid.* 95. cum illo una *Fleckeisenus* nunc uos *Pylades, Reizius:* nunc *libri.* nunc iam *Muellerus Pros. p. 536.* nunc huc *Lomanus Misc. p. 188, Muellerus l. s. s., Lachmannus* animum[ *J* 96. Dum [ ] eloqu[ *J* argumentum huius *Pylades* huiusce *Bentleius ad Andr. prol. v. 11, Brunckius, Muellerus Pros. p. 502 (praeter alia), probante Brandtio de gen. p. 62, improbante F. Schmidtio de pron. dem. formis p. 54:* huius *libri* comoedię *BE* *V. 97—114 interciderunt J* 97. Hęc *E* the//// bae *ex* comędię *D.* thebę *E.* Thebe *Angelius, Lambinus* inillisce *E* ędibus *E* 98. Amphitrio *BDE.* amphytrio *Servius.* amphitreo *vel* amfitreo *codd. Noniani* natum *codd. Noniani PLC* Argus *Saracenus Nonio male usus cum multis* Alcaeo *(quod m. rec. in E adscripsit) Fleckeisenus Nov. ann. t. 121 (a. 1880) p. 605:* ex argo *libri.* Argo *vel errorem poetae vel librarii mendum esse putat Ussingius ita, ut* Argo *pro* Alceo = Alcaeo *scripserit*

Quicum Álcumenast múpta, Electri fília.
Is múnc Amphitruo praéfectust legiónibus: 100
Nam cúm Telebois béllumst Thebanó poplo.
Is príus quam hinc abiit ípsemet in exércitum,
Grauidam Álcumenam fécit uxorém suam.
Nam ego uós nouisse crédo iam ut sit méus pater,
Quam líber harum rérum et multarúm siet 105
Quantúsque amator, si eí quid conplacitúmst semel.
Is amáre occepit Álcumenam clám uirum
Vsúramque eius córporis cepít sibi:
Et gráuidam fecit ís eam conpressú suo.
Nunc de Álcumena ut rém teneatis réctius: 110
Vtrímquest grauida, et éx uiro et ex summó Ioue.
Et méus pater nunc íntus hic cum illá cubat
Et haéc ob eam rem nóx est facta lóngior,
Dum cum ílla quacum uólt uoluptatém capit.

---

108. *Nonius p. 230, 36:* Usus generis masculini . . . feminini Plautus in Amphitryone: 'Usuramque . . . sibi'

99. *Cf. v. 364* Qui cum *BE* Electrî = Electrii *Meursius I 1. Cf. Fleckeisenus l. s. s.* alcumena est *libri* 100. *Cf v. 363* amphitrio *BD.* amphytrio *E* praefectus est *libri* (p̄- *B)* praefectust Amphitrio *Hermannus Nov. ann. t. 19 (a. 1837) p. 267.* praefectus A. est *Bothius* 101. cum *ex* tum *D* thelobois (telobois *E) libri* bellum est *Pylades:* est bellum *libri.* Teleboist *ferri vix potest: cf. Ritschelius Proleg. p. 108* cū thebano *E* poplo *Camerarius:* popto *BDE.* populo *FZ* 102. habiit *D* ipse met *BE* inexercitum *E* 102. 103. *Cf. v. 1137* 103. fecit uxorem *Fruterius II 20:* uxorem fecit *libri* Alcumenen *servata librorum scriptura Lambinus* 104. *De* Nam *dubitat Ussingius.* Iam *(altero* iam *deleto) Lambinus* nouisse *ras. ex* nouissem *B* meus pater *Bothius:* pater meus *libri. Cf. Lachsius Studem. Stud. I p. 27* 105. liberarum *Fruterius II 20* et *Peerlkampius ad Aen. t. I p. 279: om. libri* siet *ex* sciet *D* 106. si ei quid *Boxhornius:* siet (si et *E)* quod (quod *om. E) libri.* si quid *Bosius apud Dousam p. 8.* quom quid *Pylades.* sit quod *Lindemannus* complacitum *(ex* complacitor *E)* est *libri* 107. Is *ex* Isti *D* uiro *m.*² *ex* uirum *D* 108. 109. *Cf. v. 1135. 1136* 108. cepit *Nonius:* coepit *BDE* 109. is eam *recte def. Klotzius Nov. ann. t. 51 (a. 1847) p. 241 sq.* eampse *Fruterius II 20 (qui etiam* Eamque grauidam fecit*).* etiam *Pareus.* itidem *Lindemannus (poterat etiam* iterum*).* istam *Lachmannus* compressu *BD* 110. dealcumena *B* 111. Vtrimque (Vtrumque *E)* est *libri* exuiro *E* exsummo *E.* summo ex *Fleckeisenus, quod revocat Ep. crit. p. 16* ex *del. cod. Leidensis* 112. nunc intus *ex* nunctus *D* hic *om. EZ, add. Pylades* 113. hęc *E.* hec *B* 114. cum

Sed ita ádsimulauit sé quasi Amphitruó siet. 115
Nunc ne húnc ornatum uós meum admirémini,
Quod ego húc processi síc cum seruilí schema:
Veterem átque antiquam rém nouam ad uos próferam.
Proptérea ornatus ín nouom incessí modum:
Nam méus pater nunc íntust eccum Iúppiter. 120
In Ámphitruonis uórtit sese imáginem
Omnésque eum esse cénsent serui quí uident:

---

116 sq. *Priscianus Inst. gramm. VI 7 (G. L. t. II p. 199, 14):* Neutra eiusdem terminationis (in a desinentia) graeca sunt et addita 'tis' faciunt genetiuum, ut 'hoc peripetasma, huius peripetasmatis' . . . haec tamen antiquissimi secundum primam declinationem saepe protulerunt et generis feminini, ut Plautus in Amphitrione 'cum seruili schema' pro 'schemate': 'nunc ne . . . schema'. *Hinc pendet Ars anonyma Bernensis Anecd. Helv. ed. Hag. p. 98, 31* 117. *Charisius (G. L. t. I p. 53, 15):* Plautus schema pro schemate dixit in Amphitruone: 'huc . . . schema'. — *Idem p. 144, 17:* Schema quasi monoptoton sit, proinde declinasse Caecilius . . denotatur . . . Plautus in Amphitryone: 'huc . . . schema'. — *Probus Cathol. (G. L. t. IV p. 6, 32):* schema, schematis . . . quod Plautus in Amphitryone posuit 'cum seruili schema' non neutri generis declinationem subuertit, sed genus: *cf. Sacerdotis art. gramm. II (G. L. t. VI p. 471, 9), qui* 'in s. s.'. *Pompeii Commentum (G. L. t. V p. 197, 10):* illud etiam scire debes haec nomina, quae Graeci neutraliter declinarunt, Latinos etiam feminine dixisse . . . Graeci dicunt hoc schema, Latini dicebant haec schema . . . habes exempla innumerabilia et apud Plautum et apud antiquos et ex aliqua parte apud Ciceronem. Nam ait Plautus: 'processit Mercurius cum seruili schema'. — *Nonius p. 224, 34:* schema feminino genere dici ueterum usurpat auctoritas. Plautus Amphitryone: 'quod . . . schema'

---

illa *Lindemannus:* illa *libri.* ille *Angelius duce Pylade* qua cum *BE* nult *BDE* 115. *V. damnavit Guyetus* ]et (siet) *solum in J superest* adsimulauit *ex* adsimilauit *D.* adsimilauit *E* amphitrio *BD.* amphytrio *E* 116. ornatum hunc *Priscianus* admiremini *m.*[2] *ex* admiraemini *B.* admiraemini *D.* ]miremini *J.* miremini *Steinhoffius 'Proleg. zu Plautus Amph.' II p. 13 adn. 23* 117. *V. damnat Guyetus* Quod *D* huc ego *Charisius bis, nisi quod priore loco* ergo *codex* processi huc *Nonius (*huc praecessi *L)* sic *Charisius bis om.* seruili *ex* seruuli *B* schema seruuli *Camerarius in B* ]cema *J.* scema *codicum Prisciani pars* 118. ]m rem *J* aduos *EJ* 119. *V. damnat Guyetus* ]ornatus [ ]n nouum *J* nouum *libri* innouum *E* 120. Nam *del. Guyetus* ]meus *J* nunc intust eccum *Langenus p. 3, Ritschelius:* intus nunc est eccum *libri.* nunc intus eccum *Bothius.* nunc eccillum intus *Muellerus Pros. p. 40* summus *pro* eccum *Brugmanus p. 29* 121. Inamphytrionis *E* amphitrionis *BD.* ]amphytrionis *J* uertit *libri* se se *E* 122. ]mnesque *J.* Omnisque *E* cessent *J*

Ita uórsipellem sé facit, quandó lubet.
Ego sérui sumpsi Sósiae mihi imáginem,
Qui cum Ámphitruone una ábiit hinc in exércitum, 125
Vt praéseruire amánti meo possém patri
Atque út ne qui essem fámiliares quaérerent,
Vorsári crebro hic quóm uiderent mé domi.
Nunc quom ésse credent séruom et conseruóm suom,
Haud quísquam quaéret qui siem aut quid uénerim. 130
Patér nunc intus súo animo morém gerit:
Cubát conplexus, quóius cupiens máxumest.
Quae illi ád legionem fácta sunt, memorát pater
Meus Álcumenae: cénset illa illúm uirum

---

123. *Nonius p. 38, 5:* uersipelles dicti sunt quolibet genere se commutantes . . . Plautus Amphitryone: 'uersipellem . . . lubet'. — *Idem p. 41, 23:* tergiuersari fallere et dicta mutare. Et est quasi tergum uertere; ut ait Plautus Amphitryone: 'uersipellem . . . lubet' 131. *Studemundus apud Klussmannum p. XXXI adn. Frontonem p. 224, 2 N. confert:* ego ignoro ea te mente Alsium isse, ut animo morem gereres

---

123. uersipellem *D, Nonius.* uersi pellem *BE.* ]si pellem *J* iubet *EJ* 124. michi *E* 125. Amphitruone una *Fleckeisenus in ed.:* amphitrione *libri* (amphytrione *EJ*). Amphitruone ero *Ritschelius.* Amphitruoned *idem Nov. exc. p. 72. Aliter defectum supplere conati sunt Camerarius Fleckeisenusque Exerc. crit. p. 38* (abiuit) *et Bothius* (hinc abiit indu) abi it *E* inexercitum *EJ. idem ex* inercitum *D* 126. prae *intercidit J* p̄seruire *B* possem *ex* pessem *D, m.*² *ex* passem *J* patre *J* 127. ]que *J* nequi *DE* essem, m *ex* nt *D* quererent *EJ* 128. Versari *libri* crebro, o *ex* is *D* cum *libri V. 129—141 damnat Guyetus* 129. cum *libri* credent (ent *e corr.*) *E.* credens *J.* crederent *Z: corr. Valla* seruum et conseruum suum *libri* serui *pro* seruum et *Bothius* 130. Haud *ex* Haut *E* quęret *J.* queret *BDE* qui sim quaeret *Fleckeisenus: at cf. Ep. crit p. 16. Muellerus Pros. p. 761,* sim *scribens aut* nunc *ante* uenerim *supplet, aut* nec *pro* aut *corrigit* uenirem *E* 131. inquidtus *E* 132. *V. 290* conplexus . . cubat ]bat *J* complexus *BEJ* cuius *libri* (cuius, ius *in ras., ubi* piens *fuerat B.* cuius *in marg. B*²) maxime est *libri* 133. ]illi *J* Quę *E* adlegionem *E* 134. ]s *J* alcumene *E.* alcumeniae *J* censet illa illum *Fleckeisenus:* illa illum censet *libri. Ordinem servant Pylades* (at *ante* illa *inserens*), *Muellerus Pros. p. 683* (nunc *ante* censet *supplens*), *Heineckius 'Allg. Schulzeitung' a. 1829 II p. 613 et Schneiderus 'Formenlehre' I p. 23* (Alcumenai *scribentes: neque deerit qui J codicis scripturam sic explicet:* alcumenaę)

Suom ésse, quae cum moéchost. ibi nunc méus pater 135
Memorát, legiones hóstium ut fugáuerit,
Quo pácto donis sít donatus plúrumis.
Ea dóna, quae illic Ámphitruoni súnt data,
Abstúlimus: facile méus pater quod uólt facit.
Nunc hódie Amphitruo uéniet huc ab exércitu 140
Et séruos, quoius égo fero hanc imáginem.
Nunc ínternosse ut nós possitis fácilius,
Ego hás habebo usque híc in petaso pínnulas:
Tum meó patri autem tórulus inerit aúreus
Sub pétaso: id Amphitruóni signum nón erit. 145
Ea sígna nemo horum íntus familiárium
Vidére poterit, uérum uos uidébitis.

---

135. Suum *libri (intercid. J)* quę cum *J.* quicum *Muellerus Pros. p. 683 adn.* moecho est *libri* (mecho *BJ)* *Post* nunc *unius litt. ras. B* 136. ]hostium *J* 137. pȩto *E* donis sit *Salmasius, Guyetus:* sit donis *libri, quod def. Klotzius Nov. ann. t. 51 (a. 1847) p. 242* plurimis *libri* (]rimis *J)* 138. ]data *J* quę *E* amphitrioni *BDE* *V. 139—149 interc. J* 139. quod *ex* quot *B.* quot *DE* uult *BDE* 140. amphitrio *BD.* amphytrio *E* huc ueniet Amphitruo *Bothius* abexercitu *E* 141. seruus *m.*[2] *ex* seruos *B* cuius *libri* e. s. eius cuius ego fero imaginem *Gruterus* ego fero hanc *Fleckeisenus, Ritschelius:* ego hanc fero *libri.* hanc ego fero *Bothius ex Argentor. a. 1514.* ego hanc fero hodie *Weisius, quem contra Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 268. Hiatum def. Klotzius l. s. s. p. 243* gero *Lambinus* 142. Hunc . . . uos *Fruterius II 20* inter nosse *BDE* 143. hasce *dubitanter ut in prologo Schmidtius p. 36* habebo usque hic *Fleckeisenus:* habebo usque *libri.* habebo hic usque *Pylades, Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 268.* habebo hodie usque *Muellerus p. 496.* habebo usque, *hiatum excusans, quod* usque *sit idem quod* cusque *Bergkius 'Beitraege' p. 119: atque id ipsum* cusque *restituit Ritschelius Opusc. t. 3 p. 143* impetaso pinulas *D (priore* a *ex* r*).* in petas opinnulas *B (*in *ras. ex* im *et* nn *m.*[2] *ex* n*).* inpetas opinulas *E:* pinulas *def. Fleckeisenus Ep. crit. p. 11* 144. torrulus *BDE* 145. Suppetaso *BDE* id Amphitruoni signum *Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 268:* id signum amphitrioni *libri* (amphytrioni *EJ).* signum id Amphitruoni *Guyetus, Ritschelius. Ordine librorum servato* quod *vel* nam id *pro* id *Muellerus Pros. p. 683,* petasod *Ritschelius Exc. Pl. nov. p. 72* 146. signa *ex* signū *D* horum intus *Ritschelius:* horum *libri.* horunce *Camerarius, Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 268, contra quos dixit F. Schmidtius p. 50.* horum unquam *Muellerus 'Nachtraege' p. 130. Ritschelius etiam de* nemo homo horum *cogitavit*

Sed Ámphitruonis íllic seruost Sósia,
A pórtu qui nunc cúm lanterna huc áduenit.
Abigám iam ego illunc áduenientem ab aédibus. 150
Adéste, erit operae prétium: nunc spectábitis
Iouem ét Mercurium fácere hic histrióniam.

148. amphitrionis *BD*. amphytrionis *E* illiest *Luchsius de gen. form. p. 47.* illest *Bothius.* ille *Ussingius* seruost *LG:* est seruus *libri. De* est *falso collocato cogitat etiam Muellerus p. 331*
149. Qui illic a portu nunc; *in fine* huc *om. Ritschelius, Luchsius Hermae t. 6 (a. 1872) p. 275, qui etiam* A portu qui illic qui *LG:* illic *libri* laterna *B* huc *add. Camerarius: om. libri, unde* laternad *Bothius, Ritschelius Exc. Pl. n. p. 62 (idem* portud *scribi posse monet Opusc. t. 3 p. 126:* portu huc *Muellerus p. 339. 527)*
150. Abigam [ *J.* Ambigam *D* illunc *Camerarius, Reizius:* illum *libri* iamiam illum ego *Pylades* illum aduenientem hinc ab *Pareus* ędibus *B.* edibus *D* abedibus *E* 151. Adeste: erit *Palmerius Spicil. p. 749:* Adest ferit *libri.* (Ad est. [ *J).* Adest. erit *Muretus teste Taubmanno* opere *BDE* p̄tium *BD* nunc spectabitis *LG:* hic spectantibus *libri. Deleto contra usum* pretium *Fleckeisenus* uobis inspectantibus *(cf. v. 998),* inspectantibus *cum Hermanno, qui apud Beckerum de com. Rom. fab. p. 106 sic locum restituit:* fert operae pretium, his inspectantibus. *Muellerus p. 518 ut vid. certe:* hic inspectantibus 152. mer[ *J* facere hic *Hermannus l. s. s., ex v. qui praec. supplens:* facere *libri.* facere una *vel* ut faciunt *Muellerus p. 518*

# ACTVS I

## SOSIA. MERCVRIVS

SOSIA

Qui me álter est audácior homo aút qui confidéntior
Iuuentútis mores quí sciam, qui hoc nóctis solus ámbulem?
Quid fáciam, nunc si trés uiri me in cárcerem conpégerint? 155
Inde crás e promptuária cellá depromar ád flagrum
Nec caúsam liceat dícere neque quícquam in ero sit aúxili
Nec quísquam sit quin mé malo omnes ésse dignum députent.

153—155. *Priscianus de metris Terentii II 8 (G. L. III p. 421, 8):* Comici nostri . . . in plerisque prologis et primis scenis trimetris utuntur. Plautus . . . in Amphitrione . . . prima scena: 'qui . . . compegerint'. ecce hic, quamuis prima sit scena, tetrametris est tamen usus. ideo 'in plerisque' diximus 156 sq. *Respexit hunc locum Apuleius Apolog. 54 (p. 64, 20 ed. Kr.):* e cella promptuaria in forum atque in iudicium proferetur

*Act. I sc. 1* SOSIA MERCVRIVS *BE.* SOSIA MER [ *J: om. spatio relicto D* 153. *Pers. om. BDE* ui *cum spat. init. D* est [ *J* audatior *E* 154. Iuuentae *Guyetus* mores qui [ *J* 155. nunc [ *J* si nunc *Meursius cum interpolata editione Prisciani* incarcerem *BE* cõpegerint *D.* compegerint *B cum Prisciano* 156. *Quae sequuntur usque ad v. 162 cum interrogative exhibuissent editiones antiquiores, primus Camerarius ut supra interpunxit* Cras inde *Guyetus* cras *(s. v.* quasi *m. 2) B.* quasi *Camerarius.* cras quasi *Pareus* e promptuaria *Apuleius, Hermolaus:* e promptaria *BDFZ.* epromtaria *EJ* ad fl[ *J.* adflagrum *E* *V. 157—162 tractat L. Spengelius Philol. t. 17 (a. 1861) p. 564* 157. causa *E. del. L. Spengelius l. s. s. malum versum procudens* dicere *Pylades:* dicere mihi (michi *E) libri* neque quicquam in ero sit auxili *Lachmannus:* neque in ero (inerro *B, ubi prior* r *er.* inero $D^1E$. inhero $D^2$. in hero[ *J)* quicquam auxilii siet *vitioso exitu libri.* neque in éro quicquam sit mi auxili *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 56.* mihi neque quicquam auxili siet *Bothius, Brixius (*neque mihi*) progr. Liegn. a. 1857 ed. p. 7* In ero *versui sequenti praefigentes.* neque in ero quicquam auxili siet *idem Bothius, Muellerus Pros. Pl. p. 181. Cf. Hermannus Elem. p. 103. Librorum scripturam Lindemannus def.,* siet *v. 58 adfigens, quem sequitur Fleckeisenus* 158. *Cf. v. 157* quin me malo *Muellerus Pros. Pl. p. 181:* quin me (quinme *E.* qui non me *JF) libri.* qui non med *L. Spengelius l. s. s.* quin me malo cruciatu dignum *eiecto* omnes *Luchsius l. s. s.* esse[ *J*

Ita quasi incudém me miserum
Hómines octo uálidi caedant 160
Ét peregre adueniéns hospitio
Públicitus accípiar.

---

161—164. *Priscianus de metris Terentii II 10 (G. L. III p. 422, 10):* utitur tamen *(cf. quae ex eodem Prisciano supra ad v. 153 sqq. exscripta sunt)* in hac ipsa scena et dimetris brachycatalectis, id est a tribus simplicibus pedibus ut: 'ita peregre adueniens' similiter: 'qui hoc noctis a portu': uel dimetris catalecticis, id est quibus una desit syllaba, ut 'ingratis excitauit': uel dimetris hypercatalectis, id est quibus una abundat syllaba, ut in eadem 'hospitio publicitus accipiar' 161 sq. *Charisius (G. L. I p. 214, 1):* publicitus . . . Plautus . . . in Amphitryone: 'ita peregre adueniens hospitio publicitus' *Nonius p. 513, 1:* publicitus pro publice . . . Plautus in Amphitryone: 'hospitio publicitus accipiat' *Osbernus p. 459:* publicitus . . . hinc etiam Plautus: 'ita . . . accipiar'

---

*V. 159—162 sic dubitanter discripsimus Muellerum p. 350 secuti: de eisdem egerunt L. Spengelius Philol. t. 17 (a. 1861) p. 564, Seyffertus de vers. bacch. p. 21, A. Spengelius 'Plautus' p. 127, Studemundus de cant. p. 87, Christius 'Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der bair. Academie' a. 1871 p. 46, Koestlinus Philol. t. 36 (a. 1877) p. 359: denique ante omnes Hermannus Elem. d. metr. p. 393, dein Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 269 duplici ratione, quarum alteram amplexus est Fleckeisenus hanc:* Ita quási incudem me míserum homines | Octó ualidi | Caedánt: ita peregre huc ádueniens | Publícitus ego hospitio áccipiar. *Qui versus tales sunt in B:*

Ita quasi incudem me miserum homines octo ualidi caedant
Nec aequum anne iniquum imperet cogitabit
Ita peregre adueniens hospicio puplicitus *(t s. v. m. 2)* accipiar

*A quo ceteri ita discrepant:* homines[ *J* cędant *E* *Versui 2 crucem praefigit D²* Nęc *E.* Haec *J.* Hec *F* ęquum *D.* equum *E* impegeret *E* cogitabat *EFZ.* cog[ *J* Itaque *JF* ueniens *Z* hospitio *E* plublicitus[ *J.* publicitus *EFZ* accipiat *Z cum Nonio*

160. *Verba quae in libris h. v. sequuntur delevit Hermolaus* *V. 161 sq. parallelos v. 296 falsoque huc illatos dicit Osannus Anal. cr. p. 198* 161. Et *LG:* Ita *libri cum Charisio et Prisciano* 162. Publicitus ego *Hermannus l. s. s.* *V. 163—175, quos eiectis glossematis ex parte ab aliis iam detectis bacchiacos esse voluimus, sotadeos esse censuerunt Hermannus (praeter verba* Haéc eri inmodéstia*) Elem. doctr. metr. p. 459 (quam sententiam abiecit Nov. annal. l. s. s. p. 270, ubi eam profert discriptionem quam recepit Fleckeisenus), Bergkius 'Beitraege' p. 67, Christius 'Metrik' p. 490 edit. 2 (v. 168—172). Alia temptaverunt Studemundus de cant. p. 27 sq., Seyffertus de vers. bacch. 21, idem Christius l. s. s. p. 47. 49 (de v. 165, 166, 167, 168, 172), Muellerus p. 350 adn., quorum discriptiones cum non omnes exscribimus brevitati consultum voluimus*

Haéc eri inmodéstia 163[a]
Coégit me, qui hoc nóctis 163[b]
A pórtu med íngratiís excitáuit.
[Nonne idem hoc luci me mittere potuit?] 165
Opulénto homini dúra hoc magís seruitús est,
[Hoc magis miser est diuitis seruos]
Quod nóctesque diésque adsiduó satis supérquest,
Quo fácto aut dicto ádeost opús, quietus né sis.

---

165. *Charisius (G. L. I p. 203, 27):* luci Plautus in Amphitryone 'hoc luci', ubi Sisenna: 'quaecumque nomina e littera ablatiuo singulari terminantur, i littera finita aduerbia fiunt, ut mani'

---

*V. 163 sq. uno v. comprehendunt libri* 163. *Ita discripserunt Hermannus Elem. p. 459 et alii* Hęc *E* heri *EJ* immodestia *J* qui[ *J* Eri haéc inmodéstia me coégit qui hoc nóctis *cum eodem Hermanno Fleckeisenus Synizesin* coegit *def. Lorenzius ad Mostell. v. 313:* cogit *e rec. cod. Bothius.* haec coegit me *mire dictum* 164. *Deest in J: cf. v. 163* aportu *E* med *cum Hermanno Fleckeisenus: om. libri* ingratiis *Pareus:* ingratis *libri* A portu ingrátiis éxcitauit *(cret. et troch.) Seyffertus, Muellerus l. s. s. V. 165 delevimus ut sermone sententia (v. 195) metro suspectum quamvis eum respexerit Sisenna* Non me *Lomanus Spec. crit. p. 5* hoc luci *BD¹EJ, Charisius.* hoc lucis *D²FZ.* hoc *abl. vocat Buechelerus de decl. p. 62, idem esse putat quod* huc *(ita Guyetus scripsit) Gruterus: cf. Bergkius 'Beitraege' p. 149.* hoc *cum* mittere *coniungunt Lindemannus et Fleckeisenus Exerc. cr. p. 12, Ussingius* Idem nonne me mittere hoc luci potuit *Fleckeisenus cum Hermanno.* Nonne ídem hoc lúci me míttere pótuit *Muellerus l. s. s. De aliorum commentis cf. locos supra allatos* potui[ *J*
166. Opulenta, a *fort. in* o *corr. J* dura hoc magis seruitus est *cum Hermanno edidit Fleckeisenus:* hoc *(*hec *EF,* haec *Z: corr. Angelius)* seruitus dura est *libri, ubi* magis *ex v. 167 iam Camerarius addidit De* Opulento hoc homini seruitus est magis dura *cogitat Fleckeisenus Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 75, ne ipse quidem sibi satis faciens.* Opulento homini hoc magis seruitus durast *Seyffertus l. s. s. p. 21 Verba tradita anapaestis accommodanda esse putant Weisius, Studemundus de cant. p. 27, Muellerus l. s. s. (etiam in v. 167), Christius 'Sitzungsberichte' p. 49* 167. *V. eiecit Gulielmius Verisim. II 6, aut hunc aut v. 166 Osannus Anal. p. 198: cf. v. 166* diuitiis *DE et ante corr. BJ (*t tis *s. v.)* seruus *BDE* Hoc mágis est miser diuitis seruos semper *Hermannus in exemplari* 168. *'Versus Sotadicus' adscripsit Bentleius. Cf. Studemundus l. s. s.* Quod noctesque *Fleckeisenus l. s. s.:* Noctesque *(*Noctesque *J) libri.* Quoi noctes *cum Hermanno edidit Fleckeisenus* assiduo *libri* superque est *libri V. 169—171 proprio quodam metro conscriptos Bothio duce censet Studemundus de cant. p. 28: cf. Muellerus et Seyffertus l. s. s.*
169. Quod facto *Muellerus 'Nachtr.' p. 30, recte ut videtur: cf.*

[Ipse dominus diues operis et laboris expers] 170
Quidque hómini lubére accidít posse rétur,
[Aequom esse putat, non reputat laboris quid sit.]
Nec aéquom anne iníquom imperét cogitábit.
Ergo ín seruitúte expetúnt multa iníqua:
Habéndum et ferúndum hoc onúst cum labóre. 175

MERCVRIVS

Satiúst me queri íllo modó seruitútem:
Qui hodié fuerim líber,

---

174. *Nonius p. 301, 24:* expetere accidere (expectare accipere *codd.*). Plautus Amphitryone: 'ergo . . . iniqua'

---

*Langenus 'Beitraege' p. 144* dicto adeost *Bergkius 'Beitraege' p. 68. idem Lachmannus antea et postea Muellerus 'Nachtr.' p. 30.* dicto adest *libri.* dictod est *cum Pareo Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 59* quietis *D.* quietistus *E: cf. de mensura Fleckeisenus Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 76, quem vix recte impugnat Muellerus 'Nachtr.' p. 30* ne sies *F.* ne sit *Scaliger* Facto aút dicto adést opus quiétatus né sis *cum Hermanno ed. Fleckeisenus V. 170—172 damnavit Fuhrmannus Nov. annal. vol. 105 (a. 1872) p. 830* 170. diues operae *Christius 'Metrik' p. 490* Ipsús dominus díues et éxpers labóris *Langenus p. 10.* Dominus diues operis et expers laboris *cum Hermanno Fleckeisenus* 171. Quidque homini *LG:* Quodcumque (Quod cumque *B.* Quod cumque *J)* homini *libri.* Quodcumque ei *cum Hermanno Fleckeisenus* lubere accidit *cum Hermanno Fleckeisenus:* accidit libere *libri* posse retur *ex* posseretur *B* Quodcumque accidit lubitu te posse retur *Fuhrmannus de part. comp. (Gryphisw. a. 1869 ed.) p. 46 thesis II* 172. Aequum *libri* Aequom ésse putat non réputat | Laboris quid sit *Studemundus l. s. s. et Beckerus Studemundi Stud. p. 224.* Aequom ésse id putát, non reputát quid labórist *cum Hermanno Fleckeisenus* 173. *Cf. ad v. 160* Haec *J* aequum *J.* equum *D.* equum *BE* Numquam aequom *Fuhrmannus l. s. s.* anne *in lit. D* iniquum *BDEJ* cogitabis *ut vid. J* 174. inseruitute *EJ* 175. ferandum *J* onust $B^2$, *Camerarius:* opus est (at onus *m. 2) B.* opus est *reliqui V. 176—179 dedimus secuti Ritschelium Parerg. p. 383: in libris v. 176 sq. et 178 sq. singulis versibus comprehenduntur. Eosdem paullo aliter tractat Hermannus Nov. annal. vol. 19 (a. 1837) p. 270 sic:* Satiúst me queri íllo modó seruitútem | Hodié qui fuerím liber eúm nunc potíuit | Patér seruitútis: hic quí natust quéritur *Cf. praeterea Seyffertus de vers. bacch. p. 29, Spengelius 'Plautus' p. 142, Studemundus de cant. p. 36* 176. *Pers. add.* $D^2F$, *Hermolaus: om.* $BD^1EJZ$ satius est *libri* inillo *EJ.* nullo *Z* 177. *Iambice Studemundus p. 87 cum aliis* Qui hodie *Ritschelius l. s. s.:* hodie (hodię *D)* qui *libri* fueram *Lachmannus* liberr *E: cf. arg. II v. 8*

Eúm nunc potíuit patér seruitútis:
Hic quí uerna nátust conquéritur.

Sosia

Sum uéro uere uérbero: numeró mihi in mentém fuit 180
Dis áduenientem grátias pro méritis agere atque ádloqui.
Ne illi édepol, si meritó meo referre studeant grátiam,
Aliquem hóminem adlegent, quí mihi aduenienti os occillét probe,
Quoniám bene quae in me fécerunt ingráta ea habui atque ínrita.

179. *Nonius p. 43, 10:* uernas ueteres appellabant qui uere sacro fuerant nati; et habebatur nomen hoc pro uitabili maledicto. Plautus Amphitryone: 'hic . . . quaeritur' 180. *Gellius N. A. I 7, 17 de Tulliana locutione 'in potestatem esse' agens:* neque soloecismum esse aiebat *(amicus Gellii)* 'in potestatem fuisse', ut uulgus semidoctum putat, sed rationem diu certam et probam contendebat, qua et Graeci ita uterentur: et Plautus uerborum latinorum elegantissimus in Amphitruone dixit: 'numero . . . fuit' non, ut dici solitum est, 'in mente' *Nonius p. 352, 16:* numero significat cito . . . Plautus Amphitryone: 'numero . . . fuit' 183. *Osbernus p. 388:* oscillum . . id est paruum os . . et inde oscillo . . id est uerberare uel scindere; unde Plautus in Amphitrione: 'qui . . . probe'

178. nunc, nun *in lit. D.* Quem nunc *Scaliger, Guyetus* potiuit $B^2$ *s. v., Camerarius:* potuit $B^1DEJ$ 179. natust conqueritur *Ritschelius l. s. s.:* natus ē quęritur *cum Nonio (*quaeritur*) libri, Lomanus Spec. p. 7 (*queritur*) trochaice dimetiens V. 180—218 dimetros esse statuit Kiesslingius Anal. Pl. p. 13 sq. aliis eiectis versibus aliis correctis, de quibus vide suo loco* 180. *Sosiae pers. praem.* $D^2$, *Saracenus, Hermannus Nov. annal. vol. 19 (a. 1837) p. 270, Rostius Opusc. p. 261: om.* $BD^1EJ$ *et editorum multi* uere uerbero *Ritschelius Par. p. 383:* uerna uerbero *libri, quod defendere vid. L. Muellerus Lucil. p. 279.* uerus uerbero *Ussingius* numero, *quod ironice dictum, ex Gellio Nonioque Hermolaus:* nunc uero *libri.* nam numero *Ritschelius l. s. s.* num uerbo *(interrogationem conformans) Ribbeckius trag.*[2] *p. XVI.* nunc sero *Ussingius.* Sos. Numero *inde ab Hermolao multi. De* numero *non recte Rostius Op. p. 187 sqq.* michi *E* inmente *E.* in mente *Z: corr. Hermolaus* uenit *cod. Guelf. Bothii* 181. Diis *J* gracias *J* adque *BD* alloqui *libri* 182. studeant, nt *ex* m *B* gratiam *Reinius quaest. Plaut. (Crefeldiae a. 1834 ed.) p. 15, Langenus p. 11 sq.:* gratias *(*gracias *J) libri, quod def. locis disparibus Lindemannus* 183. *V. post 185 scriptum signis huc rettulit D* allegent *BDE.* alegent *J* uenienti *Kiesslingius Anal. Pl. p. 13* oscillet *Osbernus.* ossillet *Dousa.* suggillet *post Scriverium Gertzius.* occillare *(an* occiliare*?) est 'zereggen', βωλοκοπεῖν: cf. 'Cyrillus', quo iam Colerus apud Taubmannum usus est, p. 414, 27 βωλοκόπος:* occiliator*; ibid. 36 βωλοστροφῶ:* occo occilio . . *Ibi sane duo codd. rec.* occulator *et* occulo 184. bona *E (ut vid) F* quę *EJ.* quę *ex* qui *D.* qui *B* inme *E* Quom quae in me fecerunt bene *Fleckeisenus Philol. t. 2 (a. 1847) p. 75*

MERCVRIVS

Facit ílle quod uolgo haúd solent, ut quíd se sit dignúm sciat. 185

SOSIA

Quod númquam opinatús fui neque álius quisquam cíuium
Sibi éuenturum, id cóntigit, ut sálui poteremúr domi:
Victóres uictis hóstibus legiónes reueniúnt domum
Extíncto duello máxumo atque intérnecatis hóstibus.
Quod múlta Thebanó poplo acérba obiecit fúnera, 190
Id ui ét uirtute mílitum uictum átque expugnatum óppidumst,
Império atque auspició mei eri Ámphitruonis máxume,
Qui praéda agroque adóriaque adfécit popularés suos
Regíque Thebanó Creoni régnum stabiliuít suom.
Me a pórtu praemisít domum, haec ut núntiem uxorí suae: 195
Vt gésserit rem públicam ductu, ímperio, auspició suo.
Ea núnc meditabor quó modo illi dícam, quom illo aduénero.

---

187. *Nonius p. 497, 36:* genitiuus positus pro ablatiuo uel aduerbio loci . . . Plautus Amphitryone: 'ut . . . domi' 193. *Osbernus p. 393:* odor . . . et haec odoria, ae, quod et pro quadam dea dicitur quae putabatur odoribus praeesse, unde Plautus in Amphitrione: 'odoria affecit populares suos'

---

185. *Pers. add.* $D^2JFZ$: *om.* $BD^1E$ uulgo *BDE* aut *E* sei *J* sciant *cum cod. suo Heraldus Adv. II 1* *Cf. ad v. 183* 186. *Pers. add.* $D^2JFZ$: *om.* $BD^1E$ nunquam *J* 187. ut salui poteremur *Guyetus:* ut salui potiremur *libri cum Nonio.* salui ut potiremur *Lachmannus* domi *ex Nonio Hermolaus:* domum *libri* 188. uictus *E* reueniunt legiones domum *Brugmanus p. 20* 189. Extincto duello *Fleckeisenus:* Duello extincto *libri* maximo *BDEJ* inter necatis *BDEJ.* internectis *FZ: corr. Pylades* 190. Quod *F, Scaliger:* Qui *BDEJZ* mult athebano *D* poplo *Pareus:* popło *E.* populo *reliqui* 191. Indiu *J* uiṇctum *B* oppidum *(prior* p *s. v. E)* est *libri* 192. atquę *J* auspitio *BE.* auspiciod *Bothius* mei eri *Fleckeisenus:* eri (heri *J)* mei *libri* amphitrionis *BD.* amphytrionis *EJ* maxime *BDEJ.* maxuma *cum v. 193 iungens Scaliger* *V. 193—198 non apparent in J* 193. Qui praeda *Pylades:* Praeda *BDFZ.* Preda *E* agroque *Lachmannus, Fleckeisenus:* atque agro *libri* Praeda atque agrod *Bothius.* Praeda atque agro qui *Ussingius* adoriaque *ex* odoriaque *E: cf. Osbernus.* adoreaque *Z* 194. *Vers. del. Kiesslingius Anal. Pl. p. 13* Creonti *FZ* stabiliu *E* suum *libri* 195. Mea portu *DE et ante corr. B* haec ut *Reizius, Bothius:* ut haec (hec *B)* *libri* sue *E* 196. puplicam *D* auspitio suoo *E: cf. arg. II v. 8* *V. 197—200 recentiori recensioni adscribit Kiesslingius Anal. Pl. p. 14* 197. quomodo *BD* cum *BDE*

Si díxero mendácium, soléns meo more fécero:
Nam quóm pugnabant máxume, ego túm fugiebam máxume.
Verúm quasi adfuerím tamen simulábo atque audita éloquar.
Sed quó modo et uerbís quibus me déceat fabulárier, 201
Prius ípse mecum etiám uolo hic meditári: sic hoc próloquar.
Princípio ut illo aduénimus, ubi prímum terram tétigimus,
Contínuo Amphitruo délegit uirós primorum príncipes.
Eos légat: Teleboís iubet senténtiam ut dicánt suam: 205
Si síne ui et sine belló uelint rapta ét raptores trádere,
Si quae ásportassent rédderent: se exércitum extempló domum
Redúcturum, abiturós agro Argíuos, pacem atque ótium
Dare íllis: sin alitér sient animáti neque dent quaé petat,
Sese ígitur summa uí uirisque eorum óppidum oppugnássere.

---

202. *Nonius p. 351, 13:* meditari est discere, perdoceri. Plautus Amphitryone: 'prius . . . hoc loquar' 209 sq. *Nonius p. 128, 14:* igitur positum pro postea. Plautus Amphitryone: 'sin aliter . . . oppugnatum ire oppidum' *Donatus ad Eunuch. I 1, 1:* igitur pro deinde, ut Plautus in Amphitruone: 'sin . . . expugnassere'

---

198. mendatium *DE* 199. cum *BDE* maxime *BE.* maxumed *Bothius* ego tum $B^2$: ego $B^1DEFZ$ *et editorum multi.* tum ego *Guyetus* maxime *BE.* ]me *J* quam pugnabant . . . ego tam *Muellerus Pros. Pl. p. 30, quod ipse reicit 'Nachtr.' p. 7* 200. ]audita *J* Verumtamen quasi adfuerim simulabo *EFZ: corr. Angelius* 201. ]fabularier *J* quomodo *BE et ante corr. D* fabularier er *E: cf. arg. II v. 8* 202. ]meditari *J* etiam, i *ex* o *D* si hoc *EJZ, Nonius.* sic haec *Fleckeisenus.* sic ego *Weidner* hoc pro hoc loquar *Nonius* 203. ]ubi *J* adueniemus *E* 204. ]s primorum *J* amphitrio *BD.* amphytrio *E* 205. ]tentiam *J* telobois *BEZ.* thelobois *DF* legat thelebois *iungunt editores multi* 206. ]rapta *J* raptores *(s s. v.) E* 207. ]t se *J* Siqua eas portassent *D.* Siquasas portassent $B^1$. Si quae asportassent $B^2Z$. Si qua ///asportassent *(e er.) E.* Si quae asportauissent *F* asportassent *recte def. Luebbertus Stud. I p. 47 sq.* asportassint *Fleckeisenus* reddere *ex* redderent *ras. B, Bothius* si *B* extemplo, t *s. v. J* 208. ]argiu[] pacem *J* habituros agros *F* agrod *Bothius* Thebanos *pro* Argiuos *Guyetus* 209. Fore illis *Luchsius Hermae t. 8 (a. 1873) p. 107* ]ter sient[] que[ ]nt *J* que *EJ* petant *D, Nonius* 210. ]que eorum *J* ui *s. v. D* summa uiresque *Nonius* suom oppidum *Bothius e cod. Guelferb.* oppidum expugnasse *B (in quo* re *addidit Camerarius) J (*[]ppi[]ū*) Z: corr. Lindemannus ex Nonio.* oppidum expugnassee *E: cf. arg. II v. 8.* oppugnatum ire oppidum *Nonius, ubi* oppugnatus seoppidum *cod. Paris. 7667.* opidum expugnaturum esse *F.* oppidum expugnassere *cum D et Donato Valla*

Haec úbi Telebois órdine iterárunt quos praefécerat 211
Amphítruo, magnanimí uiri fretí uirtute et uíribus
Supérbi nimis feróciter legátos nostros íncrepant:
Respóndent bello se ét suos tutári posse, proínde uti
Propériter de suis fínibus exércitus dedúcerent. 215
Haec úbi legati pértulere, Amphítruo e castris ílico
Prodúcit omnem exércitum: contrá Teleboae ex óppido
Legiónes educúnt suas nimis púlcris armis praéditas.
Póstquam utrimque éxitumst máxuma cópia,
Díspertití uiri, díspertiti órdines: 220
Nós nostros móre nostro ét modo instrúximus:
Hóstes contrá suas légiones ínstruont.
Deínde uterque ímperatór in medium éxeunt,

223. 224. *Servius codicis Cassellani in Aen. I 191 (p. 76 ed. Th. et H.):* turbam] multitudinem . . . Plautus in Amphitrione: 'deinde . . . ordinum'

211. ]ub[ ]bois *J* Hęc *E* telobois *E.* thelobois *BD* ordined *Bothius* itera[]nt *J* prefecerat *J.* prefecerattt *E: cf. arg. II v. 8* 212. ]y[]io *J.* Amphytrio *E.* Amphitrio *BD* freti *om. D* 213. ]nimis *J* Superbi *F, Hermolaus:* Superbe *BDEZ* 214. ]spondent *J* bello se et suos *B.* bellose et suos *DE.* bel[]o se etsuos *(s 2 s. v.) J.* bello et se et suos *F et editorum nonnulli.* se suosque *Langiani:* se suos *praeter alia Bothius* pro inde *J.* proin *Fuhrmannus Nov. ann. t. 97 (a. 1868) p. 854* 215. Properiter *LG:* Propere *libri (]ere J)* desuis finibus *E.* de finibus suis *Pylades.* suis de finibus *Bothius: utrumque habet cur displiceat* exercitum *Boxhornius* ded[]erent *J.* deduceret *Gertzius* 216. ]legati *J* Hęc *E* amphitrio *BD.* amphytrio *E.* amphytr[ *J* e castris *F:* castris *BDEJ (]astris) Z, Ussingius* 217. ]exercitum *J* []tra *J* theloboae *D.* theloboe *B.* teloboe *(s. e post.* t i*) J.* teloboe *E* exoppido *EJ* Teleboae contra ex *Bergkius 'Beitraege' p. 83* 218. ]ucunt *J* Legiones *ex* Legionis *D* reducunt *(s.* re *m. 2* se*) B* pulchris *(h s. v. E) DEJ* p̄dictas *D* 219. ]rimque *J* exitum est *libri* maxima *BDEJ* 220. Disptiti *BDEZ.* Dispartiti *(utroque loco) F* diribiti ordines *Palmerius p. 749 V. 221 sq. eicit Fleckeisenus, def. Studemundus de cant. p. 11 sq. 21, ita discribens:* Nós nostras móre nostro ét modo instrúximus | Légiones item | Hóstes contrá legionés suas ínstruont 221. nostros *Bothius e Guelf.:* nostras *libri (]stras J)* instruximus *Ussingius duce Bothio:* instruximus legiones item *libri Cf. Muellerus p. 327* 222. *Cf. v. 221* ]contra *J* suas legiones *Ussingius:* legiones *(e post. in lit. D)* suas *libri* legiones *h. l. delevit Pylades* instruunt *libri* 223. ]inde *J* uterque *(ita Pal. II)* imperator *Bothius:* utrique imperatores *libri cum Servio. Cf. Ritschelius Proleg. p. 175 et Langenus p. 15* inmedium *EJ* eunt *dubitanter Ussingius ceteris servatis*

Éxtra turbam órdinum cónlocuntúr simul.
Cónuenit, uícti utri sínt eo praélio, 225
Vŕbem, agrum, arás, focos séque uti déderent.
Póstquam id actúmst, tubae cóntra utrimque óccanunt:
Cónsonat térra: clamórem utrimque écferunt.
Ímperatór uterque híne et illínc Ioui
Vóta suscípere, uterque hórtari exércitum. 230
Pró se quisque íd quod quisque ét potest ét ualet
Édit, ferró ferit: téla frangúnt: boat
Caélum fremitú uirum: ex spíritu atque hálitu
Nébula constát: cadunt uólnerum uí uiri.

---

232. *Huc Keilius spectare putat Marium Plotium [M. Claudium] Sacerdotem art. gramm. II (G. L. VI p. 491, 3):* quod Plautus posuit boo *(sic Keilius:* Plautus reboo *cod., quod errore aut scriptoris aut librarii ex eis quae sequuntur ortum esse videtur eidem)* graece posuit, *βοῶ βοᾷς*, unde deriuatur reboo. *Ad versum deperditum potius spectat, sicut etiam Probi catholica III (G. L. IV p. 38, 26):* quidam putant inchoo debere dici inperitissime. nam neque post c litteram h latina uerba regit . . . neque o littera ante o alteram in latinorum uerborum prima persona reperitur . . . igitur quod Plautus posuit reboo non latine, sed graece posuit, *βοῶ βοᾷς*, unde deriuatiuum reboo reboas. nam latinum uerbum o ante o habens numquam reperitur 233 sq. *Nonius p. 272, 22:* constat, consistit . . . Plautus in Amphitryone: 'fremitu . . . constat'

---

224. collocuntur *J.* colloquuntur *BDE.* collocutum *Goldastus* 225. ]uenit deuicti *(de ut vid.) J* p̃lio *B.* prelio *E.* proelio *DJ* 226. ar[]s focos []que *J* deduint *Bothius* 227. Post quam *BJ* actum est *libri (a ex t B)* tube *BEJ* contra utrimque occanunt *Bergkius 'Beitraege' p. 83.* utrimque *(utrinque J)* canunt contra *libri.* utrimque contra canunt *Guyetus, Bentleius.* útrĭmque contrá canunt *Usener de Pseud. p. 10.* hinc illinc contra canunt *Muellerus p. 624* 228. ]nat *J* Consonant ferra *Scriverius* clamoremque *B* utrinque *J* efferunt *libri* 229. uterque *Lindemannus:* utrimque *(utrinque J) libri* 230. uterque hortari exercitum *Seyffertus Philol. t. 27 (a. 1868) p. 451:* hortari exercitum *libri.* hortari suom exercitum *Lachmannus, Muellerus p. 624.* tum exercitum hortarier *Fleckeisenus,* hortarier *cum Guyeto et Bentleio* 231. *Nugantur de hoc v. Palmerius et Gifanius apud Taubmannum excitati* quod] quoque *D* et potest *Bothius, Hermannus:* potest *libri.* potis est *Ussingius.* quisquis potest *Muellerus p. 624* 233. Cęlum *BE.* Celum *DJ* frangunteemitu *E* exspiritu *EJ.* et spiritu *cum Nonio Z: corr. Angelius.* spiritus *F* atque halitu *Muellerus p. 267:* atque anhelitu *BDEZ cum Nonio.* anhelitu *JF, libri deteriores.* et anhelitu *Camerarius.*

*Verba* ex — anhelitu *ad iambos revocat Spengelius 'Plautus' p. 78. 140* 234. constat *libri cum Nonio.* conflat *Salmasius, Fleckeisenus*

Dénique ut uóluimus, nóstra superát manus: 235
Hóstes crebrí cadunt: nóstri contra íngruont.
Vícimus uí feroces.
Ín fugam séd tamen némo conuórtitur
Néc recedít loco quín statim rém gerat:
Ánimam omittúnt prius quám loco démigrent: 240
Quísque, ut steterát, iacet óbtinetque órdinem.
Hóc ubi Amphítruo erus cónspicatúst meus,
Ílico equités iubet déxtera inuádere.
Équites parént citi, ab déxtera máxumo

---

238. *Nonius p. 480, 15:* conuertitur pro conuertit. Plautus in Amphitryone: 'sed fugam in se . . . conuertitur' 239. *Nonius p. 393, 8:* statim producta prima syllaba a stando, perseueranter et aequaliter significat . . . Plautus Amphitryone: 'nec . . . gerat'

---

*Schwarzmanni de B testimonio deceptus* uolnerum ui uiri *Luchsius Hermae t. 8 (a. 1873) p. 107:* uulneris ui et uirium *(*uirium *ex* uirum *D.* uulneris [ ] uirum *J.* uirum *F) libri.* uolneris ui uiri *Seyffertus Philol. t. 25 (a. 1870) p. 441.* uolnere uiri uirum *Fleckeisenus.* uolnerum ui et uirum *vel* uolneris ui et uirum *Bothius. Nihil agit vulgatam defendens Balbachius Obs. crit. p. 3* 235. uolu$^{i}$mus *B, Camerarius:* uolumus *DEJFZ.* uouimus *Bentleius Hunc v. post 236 ponit Pylades V. 236 sq., quos uno comprehendunt libri, ita discribit Studemundus de cant. p. 21:* Hóstes crebrí cadunt nóstri contra | Íngruont. uícimus uí feroces*: eosdem transposuit Weisius 'veteres' secutus* 236. nostra *D* con[ *J* ingruunt *libri* 237. *Om. J Crucem praefigit Fleckeisenus: at cf. Ribbeckius praef. trag.*$^{2}$ *p. 33* ferocis *E* Vi fero uincimus *Hermanno Elem. p. 209 teste cod. Leidensis, unde idem* Férri ui uícimus *et Lindemannus* Víncimus uí fera *Cf. Spengelius 'Plautus' p. 151* 238. In fugam sed tamen *Lindemannus, Hermannus:* Sed fugam in se *(*inse *EJ)* tamen *libri cum Nonio: quod nescimus an defendi possit.* Sed fugam in sic tamen *Ussingius* ne[ *J* conuortitur *(prior* u *ex* f *D. prior* r *ex* s *B) BD.* conuertitur *E, Nonius* 239. decedit *Acidalius* quim statim rem rē gerat *E.* quin rem statim gerat *Lachmannus.* statim quin rem gerat *Bothius: at cf. Ritschelius Op. t. 4 p. 276 et Langenus p. 16* re[ ] g[ *J* 240. Animam *JF. idem ex* Animom *D*$^{1}$. Animum *BD*$^{2}$*EZ* omittunt, *sec.* t *er. D.* amittunt *Angelius.* emittunt *Wakefieldius Silv. cr. IV p. 93* priusquam *EJ.* quam *D* lo[ ]migr[ *J* 241. optinetque *BDJ* []rd[ *J* 242. amphitrio *BD.* amphytrio *EJ* herus *J* conspicatust meus *Camerarius:* conspicatus est *(*est *in lit., ubi discernuntur* s . . . . est *D.* cons[]est[ *J) libri* 243. dextra[ *J* dextra *F* inuadere *Salmasius, Lambinus:* inducere *libri, Ussingius.* irruere *Angelius (unde* dextrad inruuere *Merula Enn. p. 163).* inducier *Peyraredius apud Guyetum* 244. *Post* parent *interpungit Ussingius* abdextera *E.* ab dextra *JF*

Cúm clamore ínuolant, ínpetu alacrí ruont: 245
Foédant et próterunt hóstium cópias
Iúre iniustas.

MERCVRIVS

Numquam étiam quicquam adhúc uerborumst prólocutus pérperam.
Namque égo fui illi in ré praesenti et méus quom pugnatúmst pater.

SOSIA

Perduélles penetrant se ín fugam: ibi nóstris animus áddítust. 250
Vorténtibus Telébois telis cónplebantur córpora,
Ipsúsque Amphitruo régem Pterelam suápte obtruncauít manu.
Haec íllic est pugnáta pugna inde á mani usque ad uésperum:
Hoc ádeo hoc conmeminí magis, quia íllo die inpransús fui.

---

245. *Nonius p. 128, 17:* inuolare irruere, euolare uel insilire uel inuadere. Plautus Amphitryone: 'cum . . . alacri' *Cf. Placidus p. 58, 8 D.:* inuolant: inuadunt, arripiunt 253. *Nonius p. 231, 22:* uespera feminino . . . masculino Plautus in Amphitryone: 'haec . . . uesperum'

---

maximo *BDEJ* *V. 245—247 aliter distribuit Studemundus de cant. p. 21 (*Cum clamore . . | Foedant . . | Hostium . .*)* 245. impetu alacri ruont *Hermannus Elem. p. 210:* impetu alacri *libri.* impetu alacri inruunt (inruunt *in* iure iniustas *v. 247 corruptum esse statuens) Lindemannus.* impetu alacri suo *Bothius.* impetuque uolucri *cod. Pirckhaimeri* *V. 246 sq. uno v. comprehendunt libri* 246. foedant, a *ex* u *D* ut *EZ* 247. *Crucem praefigit Fleckeisenus: at cf. Ribbeckius l. ad v. 237 indicato* *Om. J* iure iustas *Pylades.* iure inuisas *Meursius.* ui retundunt eas *Hermannus Elem. p. 210* *Cf. v. 245* 248. uerborum[ *J* uerborum est *libri* ppetram *D* 249. Nam *F, Lambinus* //////ego *J* illi *Lambinus, Bentleius:* illic *libri* inre *EJ* presenti *J* et m[ *J* cum pugnatum est *libri* 250. Perduelles, es *ex* as *E.* Per duelles *J* penitrant *J* infugam *EJ* *Post* infugam *apparent* ni *et* est *J* ubi *Angelius* nris *E.* meus *Z* additus est *libri* 251. thelobois *D.* telobois *reliqui* complebantur *libri* []ora *J* 252. Ipsiusque *J* amphitrio *BD.* amphytrio *EJ* prerelam *ut vid. J* suapte *Lindemannus:* sua *libri.* suad *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 68* ob[]uncauit[ *J.* obtruncauit sua *Pylades* 253. illic (illis *Nonius.* illi *E)* est *(ex* ex *E)* pugnata *(alt.* a *ex* o *D)* pugna *(a ex* u *D) libri.* illi ui pugnata pugnast *Fleckeisenus (*illi *iam Camerarius)* inde a mani usque *LG:* usque a mani *Nonius.* usque amane *BDEJ (*usq[ ]mane*) FZ.* abusque mani *Pylades* 254. hoc *alt. om. F* commemini *libri* im-

Sed praélium id tandém diremit nóx interuentú suo. 255
Postrídie in castra éx urbe ad nos uéniunt flentes príncipes:
Velátis manibus órant, ignoscámus peccatúm suom:
Dedúntque se, diuína humanaque ómnia, urbem et líberos
In dítionem atque in árbitratum cúncti Thebanó poplo.
Post ób uirtutem ero Amphitruoni pátera donata aúreast, 260
Qui Ptérela potitáre rex est sólitus. haec sic dícam erae.
Nunc pérgam eri imperium éxequi et mé domum capéssere.

MERCVRIVS

Attat, illic húc iturust: íbo ego illic óbuiam:
Néque ego hunc hominem huc hódie ad aedis hás sinam
umquam accédere.

---

257. *Nonius p. 496, 8:* accusatiuus positus pro datiuo. 'Ignoscamus illam rem' pro 'illi rei'. Plautus Amphitryone: 'uelatis . . . suum' *Idem p. 502, 6:* accusatiuus pro datiuo . . . Plautus Amphitryone: 'uelatis . . . suum' 262. *Nonius p. 266, 16:* capessere recipere. Plautus in Amphitryone: 'nunc . . . capessere'

---

pransus *E.* imprans[ *J* 255. prẹlium *D.* prelium *E.* proelium *J* inter[ ]suo *J* 256. Postridię *D.* Post tridie *J* incastra *EJ* exurbe *EJ* adnos *ex* annos *BD.* annos *E* flentis *J* 257. *Post* orant *inser. codd. Nonii p. 502 P* ut *et quod idem est (*ut = uł*)* uel *C* pe[]tum *J* suum *libri cum Nonio* 258. Dọ̊duntque *J* 259. Inditionem *E.* Indicionem *J* atquę *J* inarbitratum *EJ.* arbitratum *F* thebano, o *e corr. E* poplo *BE, Camerarius.* popło *J.* populo *DFZ* 260. ob *s. v. B* obuirtutem hero *J* amphitrioni *BDE.* amphytrioni *J* aureast *Camerarius:* est aurea *libri.* est *Pylades* patera, *Pareus* Amphitruoni *vocabulis adiungunt* 261. Quā pterela *ex* Qui ꝑpterea *D* prerela *J.* Pterelas *Meursius* potitare *excerpta Palatina, Pylades (cf. Goetzius Nov. ann. t. 113 a. 1876 p. 352):* potare *ex* positare *ras. D.* potare *B (*t *s. v.) EJ* rex est solitus *Bothius:* rex solitus est *libri (*rex *s. v. B).* solitus est rex *Ussingius* hęc *BEJ* sic, c *s. v. B* erae, *priore* e *in lit. B.* herę *J* 262. heri *J* persequar *Nonius.* exsequier *cum Guyeto Quicheratius ad Nonium* capessere, ere *ex* ū *D.* capesscere *ut vid. J* 263. *Pers. add.* $D^2$ Atat *JFZ, editores multi.* Attat *primus Taubmannus* iturus est *libri* illic *Fleckeisenus:* illi *libri* 264. hunc *(sic iam* $E^3FZ$*.* istunc *Lachmannus)* hominem huc hodie *Studemundus Nov. ann. t. 113 (a. 1876) p. 58:* huc hominem hodie *BDEJ.* huc hunc hominem hodie *Muellerus p. 594.* huc hominem hocedie *Ritschelius Nov. exc. p. 92, Schmidtius p. 10* Neque hominem huc hodie has ad aedes ego *Guyetus.* Neque ego hunc hominem hasce hodie ad aedis hinc *Fleckeisenus* ędis $B^1$. edis *E.* ędes $B^2$. aedes *J* has sinam *ex* hassinam *E* unquam *BDE.* u[]quam *J* accede[ *J*

Quándo imagost húius in me, cértumst hominem elúdere. 265
Ét enimuero quóniam formam cépi huius in med ét statum,
Décet et facta móresque huius habére me similés item.
Ítaque me malum ésse oportet, cállidum, astutum ádmodum
Átque hunc telo suó sibi, malítia, a foribus péllere.
Séd quid illuc est? caélum aspectat. óbseruabo quám rem agat. 270

SOSIA

Cérte edepol, si quícquamst aliud quód credam aut certó sciam,
Crédo ego hac noctú Nocturnum óbdormiuisse ébrium.
Nám neque se septéntriones quóquam in caelo cónmouent,
Néque se luna quóquam mutat átque uti exortást semel,

---

272. *Hieronymus adversus Vigilantium (t. 4 p. 286 ed. Bened. Parisiis a. 1706):* do consilium: ingredere basilicas martyrum et aliquando purgaberis. inuenies ibi multos socios tuos . . . et tunc fateberis quod nunc negas et tuum nomen qui in Vigilantio loqueris libere proclamabis: te esse aut Mercurium propter nummorum cupiditatem aut Nocturninum iuxta Plauti Amphitryonem, quo dormiente in Alcmenae adulterio duas noctes Iupiter copulauit, ut magnae fortitudinis Hercules nasceretur

---

265. imago est *libri* ī me *B*. inme *EJ* certum est *libri* hominem] hodie *Langiani* illudere *Lindemannus*. ludere *Langenus p. 17* 266. enim uero *BDEJ* cępi huius (coepi *J*) *libri*. cepi huiusce *Lachmannus in Lucretium p. 389 (cf. Schmidtius p. 55)*. huius cepi *Bothius* in med *Weisius, Ritschelius Nov. exc. p. 35:* in me *BDJFZ*. inme *E* cepi in me huius *Guyetus* inm[]et *J* 267. Decet *ex* Docet *J* similes []m *J* 268. oportet *ex* oporet *B*. oporet *D* adm[ *J* 269. hunc malum te[ ]suo *J* suo sua malitia *F* malicia *BD* aforibus *E*. af[]bus *J*. foribus *Bothius*. his a foribus *Fleckeisenus, quod reiecit Ep. cr. p. 17 sic scribens:* Atque telo suo sibi hunc malitia a f. 270. cęlum *BE*. celum *D*. []lum *J* qu[] rem []ga[ *J* 271. *Pers. om. D* certo *Bothius* edepol *Bothius (cf. Langenus p. 23):* edepol scio *libri*. *Servantes* scio *Pylades* si quicquamst *sine* aliud, *Camerarius* si aliud quicquamst siç *E* quicquam st *D*. quicquam est *BJ* quod *FZ:* quid *BCD* credam acerto *D* aut[ *J* 272. SOS *praef. D*[2] Credo, o *ex* e *B* ego *s. v. D* noctu, c *s. v. B* nocturnum, *alt.* u *ex* a *J*. Nocturninum *cum Hieronymo Durantius Caselliis Variarum Lutetiae a. 1582 ed. II 14, Pareus*[3]. *de hiatu cf. Muellerus p. 542* Hac credo noctu N. ego obdormiuisse *Guyetus* obdormiuisse *Z:* obdormisse *libri* (obdormisse[ *J*) 273. Nam *ex* Namque *B* septentriones, *prima* e *ex* p *D*. septemtriones *EJ* in cęlo *BD*. incęlo *E*. []lo *J* commouent *libri* (cō[]nt *J*) 274. motat *Meursius, Passeratius e cod. Basil.* statque

Néc iugulae neque uésperugo néque uergiliae óccidunt. 275
Íta statim stant sígna neque nox quóquam concedít die.

---

275. *Varro de lingua lat. VII 3 p. 335 sqq. Sp.:* apud Plautum: 'neque iugula . . . occidunt'. Iugula signum quod Accius appellat Oriona quom ait: 'citius Orio patescit'. huius signi caput dicitur ex tribus stellis, quas infra duae clarae, quas appellant umeros; inter quas quod uidetur iugulum iugula dicta. Vesperugo stella quae uespere oritur, a quo eam Opilius scribit Vesperum; itaque dicitur † alterum: 'Vesper adest', quem Graeci dicunt *Δὶ ἑσπέριον*. — *Idem VI 2 p. 188 sq:* quom stella prima exorta, eum Graeci uocant *ἕσπερον*, nostri uesperuginem, ut Plautus: 'neque uesperugo . . . occidunt'. — *Idem apud Augustinum de civitate dei XXI 8 (t. 2 p. 504, 14 ed. Domb.²):* est in Marci Varronis libris quorum inscriptio est 'de gente populi Romani', quod eisdem uerbis quibus ibi legitur et hic ponam: '. . . stella Veneris nobilissima, quam Plautus uesperuginem, Homerus Hesperon appellat, pulcherrimam dicens'. — *Censorinus, cuius libellus doctrina e Varrone petita plenus, de die natali 24, 4 (p. 51, 24 ed. H.):* post supremam sequitur uespera, ante ortum scilicet eius stellae quam Plautus uesperuginem, Ennius uesperum, Vergilius hesperon appellat. — *Festus Pauli p. 368, 16:* uesperugo uesper stella. Plautus: 'nec uesperugo . . . occidunt'. — *Osbernus p. 613:* uesper . . . quaedam stella quae oritur in uespere et dicitur lucifer in mane, quae etiam hic uesperus et haec uesperugo dicitur. Plautus in Amphitrione: 'nec iugulae . . . occidunt'. — *Idem p. 618:* uergo id est declinare; inde . . . haec uergilia id est stella quae paulo ante lucem occidit. Plautus: 'neque iugulae . . . occidunt'

276. *Nonius p. 393, 8:* statim producta prima syllaba a stando, perseueranter et aequaliter significat . . . Plautus Amphitryone . . . idem in eadem: 'ita . . . signa omnia'. — *Idem p. 391, 23:* stare consistere omnium consensu dicitur . . . Plautus Amphitryone: 'ita . . . signa omnia' *Donatus in Ter. Phorm. V 3, 7:* statim capiebat] statim perpetuo, aequaliter et quasi uno statu. Plautus: 'ita . . . signa': et habet primam longam. quando autem significat ilico *(sic Ritschelius Op. t. 4 p. 275 pro* aliud*)* primam breuem habet. — *Servius in Georg. I 208:* libra die] 'die' non est apocope pro 'diei', sed regularis genitiuus est . . . *Sequitur Danielis scholion:* Plautus in Amphitrione: 'neque nox . . . die' pro 'diei'

---

*Pylades* ubi *cod. Gud. 1* exorta est *libri (*exorta[ *J)* 275. Neque *Varro VII 3, Osbernus p. 618* iugulę *J.* iugule *E.* iugulae *ex* uigulae *B.* uigule *D.* iugula *Varro VII 3* *Priore loco* nequę *J,* nec *E, Osbernus p. 613, Z: utroque* nec *Festus Pauli* Vergiliae neque *Guyetus* uergilie *DE.* ui'gilię *J.* *Hiatum def. Hermannus Elem. p. 190, Ritschelius Proleg. p. 204, Luchsius Studemundi stud. p. 7.* uergilias *Ritschelius Nov. exc. p. 118.* uergiliae usquam *Muellerus p. 694* occid[]t *J* 276. statim ] *cf. Ritschelius Op. t. 4 p. 275 et Langenus p. 16* stant] ad *Nonius p. 391* signa omnia *Nonius bis* conced[] *J* die *Servius, Pylades:* diei *libri (priore* i *in lit. D)*

MERCVRIVS

Pérge, nox, ut óccepisti: gére patri morém meo:
Óptumo optume óptumam operam dás, datam pulcré locas.

SOSIA

Néque ego hac nocte lóngiorem mé uidisse cénseo
Nísi itidem unam, uérberatus quám pependi pérpetem: 280
Eám quoque edepol étiam multo haec uícit longitúdine.
Crédo edepol equidém dormire Sólem, atque adpotúm probe:
Míra sunt nisi ínuitauit sése in cena plúsculum.

MERCVRIVS

Aín tu uero, uérbero? deos ésse tui similís putas?
Égo pol te istis tuís pro dictis ét male factis, fúrcifer, 285
Áccipiam: modo sís ueni huc, inuénies infortúnium.

SOSIA

Vbi sunt isti scórtatores, quí soli inuití cubant?
Haéc nox scitast éxercendo scórto conductó male.

---

283. *Nonius p. 321, 18:* inuitare significat replere. Plautus Amphitryone: 'mirum . . . plusculum' 288. *Donatus in Ter. Eun. IV 4, 2:* prodi, male conciliate] 'male' magno significat, ut Plautus in Amphitruone: 'haec nox scitast . . . male'

---

277. occepisti, o *ex* a *J.* hoc cepisti *E* morem patre meo *ex* morem patrē meū *D* 278. Optume optumo *cum Z multi editores* optime optimam *D* []ptumam *J* des *B.* das[ *J* pulchre *BE.* pulchrę *D* 279. SOSIA *in lit. B* Nequę *J* noctu *cod. Gud. 1* lon[ *J.* longiorēm, ˜*del. E* uedisse me, i *s. primam* e *B* *V. 280—321 in principio versuum notae personarum nullae J* 280. ]beratus quam [ *J* Nisi itidem *Fleckeisenus:* Nisi item *libri.* Nisi si item *Lachmannus* uerberatus unam *Guyetus* ]perpetem *J* 281. ]etiam *J* *Post* Eam *trium litt. ras. B* etiam — longitudine *in lit., in qua* equidem — probe *(v. 282) scriptum fuerat D* hęc *E* h[ ]longitudine *J* uincit *F et al. codd. rec., Dousa post alios* 282. equidem, *priore* e *s. v. E* ]quidem dormire []tque *J* 283. mirum si inuitauit *Nonius* mirum nisi si is *Guyetus* ]inuitauit *J. inter* i *et* n *lineola er., ut librarius* n *vel* m *pro* i *scripturus fuerit E* in cęna *BDJ.* incena *E.* in coena *Nonius* 284. ]erbero *J* Ain tu *Ritschelius Proleg. p. 190:* Ain *libri (ex* Ainī *ras. D).* Ain tu *scripturam reicit Fleckeisenus Nov. ann. t. 61 (a. 1851) p. 20* Ain *disyllabum post alios def. Ussingius* deos, o *ex* u *D* similes *J* 285. ]te *J* prodictis *EJ* malefactis *B.* mafactis *J* furgifer *BD.* fugifer *E* 286. ]modo *J* sis *om. D* inueniens *J* 287. ]isti *J* scortatores, c *m.*[3] *e corr. E* soliti *EJZ (*inniti *idem ZE*[3]*), rec. codd. multi, unde* solite inuisi, solitimidi, solite inuiti *fecerunt: corr. iam Angelius* 288. ]nox *J* Hęc *E.* Hec *B* scita est *libri, etiam Donati procul dubio*

MERCVRIVS

Méus pater nunc pro húius uerbis récte et sapientér facit,
Quí conplexus cum Álcumena cúbat amans, animo óbsequens. 290

SOSIA

Ibo ut erus quod ímperauit Álcumenae núntiem.
Séd quis hic est homó, quem ante aedis uídeo hoc noctis? nón placet.

MERCVRIVS

Núllust hoc metúculosus aéque.

SOSIA

Mi in mentém uenit:
Íllic homo hodie hoc dénuo uolt pállium detéxere.

MERCVRIVS

Tímet homo: delúdam ego illum.

SOSIA

Périi, dentes prúriunt: 295
Cérte aduenientem híc me hospitio púgneo acceptúrus est.
Crédo misericórs est: nunc proptérea quod me méus erus

---

289. ]pater *J* nūnc, *incohatum tantum et deletum*, *E* prohuius *EJ* rectę *D* facit, a *ex* e *E* 290. complexus *D*. c̄plexus *E*. ]complexus *J* opsequens *D* 291. *Pers. not. om. E* ut erus *ex* uterus *B*. uterus *E*. ut herus *J* alcumene *E* alcumenę nunciem *J* 292. est hic *B*: *cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 27* edis *BDE*. aedes *J* 293. Nullus est *libri* metu culosus *B*. meticulosus *FZ* eque *E*. aequę *J* Mi in mentem uenit *Bothius:* quem in mentem uenit *libri (*inmentem *EJ). Fleckeisenus in ed.* quom recogito, *ep. cr. p. 17* quom considero. *Pro* quem *Valla* quom *et Muellerus p. 724* em 294. ]homo *J* Ille, e *ex* o *D* Illic hoc homo *Camerarius* hodie hoc *LG, collato Plauto Servii (qui fortasse hunc ipsum v. in mente habuit) in Aen. X 424* 'ego hunc hominem hodie texam *(*detexam *Taubmannus)* pallio': hoc *libri.* hocce *Bothius.* hoc meum *Fleckeisenus* uult *BDE* detexere *(*texe *in lit.) B:* dextere *D.* dextere e *E: cf. arg. II v. 8.* dexterę *JZ.* detrahere *F* 295. ]homo *J* perii dentes, *alt.* i *in lit. B.* perii dentes *D*, s *postea addita.* plidentes *E.* plidentes *J.* pol dentes *Z.* pro dentes *F* 296. *Huic versui parallelus esse v. 162 (quem spurium censet) videtur Osanno Anal. cr. p. 198* ]te *J* me hic *Camerarius et multi* me *s. v. D* hospicio *BDJ* pugneo *Acidalius:* pugne *libri (*pugnę *J).* pugni *Salmasius.* pugnai *Heineckius 'Allg. Schulzeitung' a. 1829 p. 613* 297. ]do *J* herus *J*

Fécit ut uigilárem, hic pugnis fáciet hodie ut dórmiam.
Óppido interii: óbsecro hercle quántus et quam uálidus est.

MERCVRIVS

Cláre aduorsum fábulabor, híc auscultet quaé loquar: 300
Ígitur demum mágis maiorem in sése concipiét metum.
Ágite pugni: iám diust quom uéntri uictum nón datis.
Iám pridem uidétur factum, herí quod homines quáttuor
Ín soporem cónlocastis núdos.

SOSIA

Formidó male
Né ego hic nomen meúm conmutem et Quíntus fiam e
Sósia. 305
Quáttuor uirós sopori sé dedisse hic aútumat:
Métuo ne numerum aúgeam illum.

MERCVRIVS

Em, núnciam ergo: síc uolo.

---

299. *Nonius p. 361, 4:* oppido ualde. Plautus Amphitryone: 'oppido . . . est'

---

298. uigilem hic *D.* uigilarem *JF, al. codd. rec.* uigilem hic me *Rothe quaest. gramm. p. 46* ut obdormiam *F.* obdormiam *Bothius*

299. interi *vel* interio *Nonii cod.* hercle, h *s. v. D.* ercle *ex* hercle *J.* hercle *ex* herchle *E* et *om. Nonius* 300. Clara *JFZ, codd. rec. multi, Bothius.* Clar *E* aduorsum *cod. Gud. 2:* auorsum *BD.* auersum *E.* uorsum *F.* uersum *JZ, codd. rec. multi* *An* út hĭc? quę *EJ* 301. Igitur demum magis maiorem *Acidalius:* Igitur magis modum maiorem *libri* (magis *s. v. D.* maiorem $D^2FZ$. morem $BD^1EJ$). Igitur mage demum in maiorem *Guyetus.* Igitur magis maiorem demum *Lindemannus, Kampmannus de 'in' praep. p. 35.* Igitur magis modum in maiorem *Camerarius.* Igitur magis modum in mororum *Gertzius.* Igitur magis homo maiorem *Ussingius.* Igitur magis maiorem *cum Scriverii codice Meursius Crit. Arnob. p. 21, versum corrumpens* insese *BDEJ* 302. diu est *libri* quom *Fleckeisenus, Luebbertus Stud. gr. II p. 50:* quod *libri* 303. Iam primum *B.* at pridem *s. v.* $B^2$ eri *BD* quatuor *BD* 304. Insoporem *EJ* collocastis *BDEJ* 305. Non *EJ (s. v.* ne) *Z* commutem *BDE* (cm.) *J* commutem meum *Pylades, unde varii errores nati sunt* Quinctus *Fleckeisenus* esosia *BE* 306. Quatuor *BD.* Quattor *J* duros *BDE* atitumat *D* 307. augeam, *alt.* a *ex* u *D* illunc *Bothius* hem *J* nunciam, a *ex* e *D,* c *ex* t *E.* nunc iam *JZ.* iam nunc *F* ergo *in marg. D.* ergo, r *s. v. J* sic uolo *Pylades, corrector in D:* sicolo *B.* sicolo *D.* si colo *EJFZ.* sic colo *Gruterus.* sic loco *quidam apud Camerarium, Gertzius (qui* nunciam me ergo sic loco *versu nullo).* sic olo *Lindemannus.* sic dabo *Langenus p. 286. De lacuna cogitat Ussingius*

SOSIA

Cíngitur: certe éxpedit se.

MERCVRIVS

Nón feret quin uápulet.

SOSIA

Quís homo?

MERCVRIVS

Quisquis homo húc profecto uénerit, pugnós edet.

SOSIA

Ápage, non placét me hoc noctis ésse: cenauí modo: 310
Proín tu istam cenám largire, sí sapis, esuriéntibus.

MERCVRIVS

Haúd malum huic est póndus pugno.

SOSIA

Périi, pugnos pónderat.

MERCVRIVS

Quíd, si ego illum tráctim tangam, ut dórmiat?

SOSIA

Seruáueris:
Nám continuas hás tris noctes péruigilaui.

MERCVRIVS

Péssumumst

---

313. *Nonius p. 178, 23:* tractim ut sensim, id est diutine, longo tractu. Plautus Amphitryone: 'quid . . . dormiat'. — *Osbernus p. 575:* traho . . . inde . . . tractim aduerbium. Plautus in Amphitrione: 'quid . . . dormiat'. — *Charisius (G. L. t. 1 p. 221, 9):* tractim Plautus in Amphitryone; ubi Sisenna 'pro lente' inquit 'non ut Maro georgicon III 'tractimque susurrant' inquit

---

308. foret *EFZ.* fortet *J.* erit $E^3$. fiet *Luchsius Hermae t. 8 (a. 1874) p. 122. Cf. Ussingii adn.* 309. homo est *cod. Guelf.* quisque homo huc *Weisius.* quisquis huc *in lemmate Taubmannus* huc profectus *Dousa* profecto *om. Z: add. Pylades* pugnos edet *cod. Pal. 6:* pugno s,edet *D.* pugno sedet *B.* pugnos edat *FZ.* pugnose dat *E.* pugnos aedat *J* 310. cęnaui *J* 311. ]roin *J* Prointu *B.* Pro intu *E* istanc *Bothius* cęnam *BD.* caenam *J* 312. ]aud *J.* Haut, *H m.*[1] *postea praefixa E* pugno pondus *F* periipugnos *E* 313. *Pers. notam om. E* illum *om. Osbernus* tractum tamgam *J.* tactim tangam *Landgrafius de fig. etym. p. 61* 314. hastris *B (i in e mutata) DE.* astris *Z* Pessumum est *FZ:* Pessum est *BDEJ.* Pessume *codd. nonnulli teste Scioppio, Fleckeisenus (qui deleta pers. nota ad* peruigilaui *refert)*

Fácinus, nequitér ferire málam: malacissát manum. 315
Ália forma opórtet esse quém tu pugno tétigeris.

SOSIA

Íllic homo me intérpolabit meúmque os finget dénuo.

MERCVRIVS

Éxossatum os ésse oportet, quém probe percússeris.

SOSIA

Mírum ni hic me quási murenam exdórsuare cógitat.
Víltro istunc qui exóssat homines. périi, si me aspéxerit. 320

MERCVRIVS

Ólet homo quidám malo suo.

---

315. *Ex h. v.* nequiter *affert glossarium Plautinum Ritschelii Op. t. 2 p. 271* 317. *Nonius p. 34, 2:* interpolare est immittere et interponere et nouam formam e uetere fingere . . . et est tractum ab arte fullonum, qui poliendo diligenter uetera quaeque quasi in nouam speciem mutant. Plautus Amphitryone: 'illic . . . denuo' 319. *Osbernus p. 388:* componitur etiam exosso id est laniare, discindere, unde Plautus in Amphitrione: 'hic . . . exossare cupit'

---

315. *Sosiae notam praef. BDE: corr. FZ* Pessumumst f. n. f. malam maledicis *(Dat.)*, manus *(Voc.) Gruterus. Palmerius inepta profert* Fac inus *E* malaca male discit manus *Ussingius* malacissat manum *LG.* male *(*malae *E)* discit manus *(*manus s *E: cf. arg. II v. 8) libri, ubi* mala *Acidalius et* discis *Dousa* 316. ]lia *J* forma oportet esse *Camerarius:* forma esse oportet *libri (*oporet *B).* formad esse oportet *Ritschelius Nov. exc. p. 62: cf. tamen p. 66.* os esse oportet *Luchsius Hermae t. 8 (a. 1874) p. 114.* esse ore oportet *Weidner Adv. Pl. p. 22* tu pugno tetigeris *LG* (tetigeris *cum Ussingio):* tu pugno legeris *libri.* tu, pugne, laeseris *Pylades (*leseris *iam F).* tu pugne ieceris *Pareus*[3]. tu pugnis iceris *Fleckeisenus.* tu pugno pegeris *Weidner Adv. Pl. p. 22* *Cogitaverit quispiam de* quem tuo pugno obieceris *vel, nisi similitudo v. 318 esset,* qui meo pugno se oggerit 317. *Merc. notam praef. BD, nullam E: corr. FZ* ]homo *J* interpolauit *codd. Noniani HP* meúmque *B* ̣os *E* denuoo *E: cf. arg. II v. 8* 318. *Sos. notam praef. BD, nullam E: corr. FZ* ]ssatum *J* os *om. DF, unde* Exossatum oportet esse *Acidalius, convenienter versui 316* oportet, *priore* t *s. v. B* probe *ex* proue *ut vid. E* 319. *Pers. notam om. BDE: corr. FZ* ]rum *J* ni *codd. Pal. 5 et 6:* ne *libri.* nisi *Camerarius* murenam, r *ex* ti *D* exdorsuare *Weidner Adv. Pl. p. 22 collatis Aul. v. 399 et Buechelero Mus. Rhen. t. 35 (a. 1880) p. 404:* exossare *libri cum Osberno (ex* exossa re *J.* exossa recogitat *E).* hic exossare *(sic iam Guyetus) vel* iam exossare *Muellerus p. 542* 320. istunc *Dousa:* istuc *libri (*]s[]c, *quod* istunc *non fuit, J.* istic *Z).* istinc *Pius* homines []ii *J* 321. ]dam m[ ]bolui *J* Ei mihi *Pylades:* Ei *libri (*Hei

SOSIA

Eí mihi, numnam ego óbolui?

MERCVRIVS

Átque haud longe abésse oportet, uérum longe hinc áfuit.

SOSIA

Íllic homo supérstitiosust.

MERCVRIVS

Géstiunt pugní mihi.

SOSIA

Si ín me exercitúru's, quaeso in párietem ut primúm domes.

MERCVRIVS

Vóx mihi ad aures áduolauit.

SOSIA

Né ego homo infelíx fui, 325

Quí non alas ínteruelli: uólucrem uocem géstito.

MERCVRIVS

Íllic homo a me síbi malam rem arcéssit iumentó suo.

SOSIA

Nón equidem ullum habeó iumentum.

MERCVRIVS

Onerándus est pugnís probe.

---

324. *Nonius p. 295, 7:* exercere imponere . . . Plautus in Amphitryone: 'si . . . domes'

---

*FZ)* numnam $B^2$: numquam *B (*at nam $B^2$ *s. v.) E.* nunquam *DFZ.* quianam *Camerarius.* mihi *non inserentes* numquidquam *Bothius*, numquidnam *Lindemannus, Muellerus 'Nachtr.' p. 121* ego *om. EFZ* obolu ii, *puncto et alt.* i *er. E* 322. Atquę [ ]dl| *J* haut *E* Sos. Verum *FZ: corr. Lambinus, Scaliger* hinc $B^2$, *Angelius:* hic $B^1DEFZ$, *Lindemannus* abfuit *Z.* affuit *BDEF* 323. *Sos. notam om. BDEJ, Merc. ponunt FZ: corr. Lambinus* superstitiosus est *BE.* supersticiosus est *D.* supersticiosu[ *J* *Sos. notam ponunt BDE, nullam FZ: corr. Lambinus* gestiunt *(quod etiam in marg. scriptum) ex* gestiuit *B.* gestiuit *DE* michi *E* 324. Sos. *FZ: om. BDEJ* Siin *E* exercituru's *Kampmannus de 'in' praep. p. 38:* exerciturus *libri cum Nonio* quęso *J.* qso *E* in pa[ *J.* inparietem *E.* imparietem *cod. Nonianus P* ut primum ] prius *Nonius* 325. adaures *EJ* aduolauit *EJFZ:* aduolabit *BD* *Pro* ne *J* ut| *itemque F, probatum Bothio et Lindemanno* 326. inter uelli *B* uolucre *J* g[ *J* 327. ame *EJ* malam, *alt.* a *ex* o *D* in[ ] *J* 328. acquidem *J.* ne quidem *E* onerandis *D.* honorandus[ *J* Onerandust *Lindemannus.* Onerandus est *post alios def. Muellerus p. 641*

SOSIA

Lássus sum hercle e náui, ut uectus húc sum: etiam nunc naúseo.
Víx incedo inánis, ne ire pósse cum onere exístumes. 330

MERCVRIVS

Cérte enim hic nescío quis loquitur.

SOSIA

Sáluos sum, non mé uidet:
'Néscio quem' loqui aútumat: mihi cérto nomen Sósiaest.

MERCVRIVS

Híne enim mihi uox déxtera auris, út uidetur, uérberat.

SOSIA

Métuo uocis né uicem hodie hic uápulem, quae hunc uérberat.

MERCVRIVS

Óptume eccum incédit ad me.

SOSIA

Tímeo, totus tórpeo. 335
Nón edepol nunc úbi terrarum sím scio, siquís roget,
Néque miser me cónmouere póssum prae formídine.
Ílicet: mandáta eri periérunt una et Sósia.
Vérum certumst cónfidenter hóminem contra cónloqui,

---

329. hercle *D* sum *om. cod. Guelf. Bothii,* e *Lambinus et Acidalius* enaui *BE* uectus, e *ex* i *D,* c *ex* e *E* sum [] nunc n[ *J* nunc] non *E* 330. incedo, d *ex* t *D* existumes *JF:* existimes *BDEZ* 331. loquitur, l *ex* c *ut vid. et integrum vocabulum in ras. E* S[ *J* saluus *BDE.* ]luus *J* 332. [ ]hi []° *J* michi *E* certe *cum cod. Gud. Fleckeisenus Ep. cr. p. 17: cf. Langenus p. 27.* Sosiaest *Fleckeisenus:* sosia est *libri* 333. *Pers. notam om E* enim mihi uox dextera *Guyetus, Muellerus p. 6:* enim mihi dextera uox *libri (*michi *J).* hinc mihi dextera uox *Bothius.* enim dextra mihi uox *Fleckeisenus in ed.* enim mihi dextra uox *idem Ep. cr. p. 16, Luchsius Stud. stud. I p. 58.* enim mi a dextra uox *Lindemannus, Muellerus 'Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen' n. s. t. 1 (a. 1867) p. 558* aures *JF* uidéretur *E* 334. uicem *Scaliger:* uice *libri* que *EJ* 335. adme *E* 336. terrarĭm *BD* siquis roget] ubi roget *EJZ.* ubi roger *F, unde* ubi qui roger *Lindemannus* 337. commouere *libri.* commonere *e cod. Scioppii Colerus teste Pareo·* p̄formidine *B.* pręformidine *J.* preformidine *E* 338. Illic et *B.* Illic ei *EJ.* Illicv^m *D* (v *m. 2).* Illic enim *FZ* heri *J* perierierunt *B, exp. m.*² 339. certum est *JF:* certus est *BDE.* certo est *Z* colloqui *J.* adloqui *ex B falso testatur Pareus, unde plures errores propagati (cf. Fleckeisenus et in ed. et Ep. cr. p. 16, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 86 adn.)*

Quí possim uidéri huic fortis, á me ut abstineát manum. 340

MERCVRIVS

Quo ámbulas tu, quí Volcanum in córnu conclusúm geris?

SOSIA

Quíd id exquiris tú, qui pugnis ós exossas hóminibus?

MERCVRIVS

Séruos esne an líber?

SOSIA

Vtcumque ánimo conlubitúmst meo.

MERCVRIVS

Áin uero?

SOSIA

Aio enimuéro.

MERCVRIVS

Verberó.

SOSIA

Mentiris núnciam.

MERCVRIVS

Át iam faciam ut uérum dicas dícere.

SOSIA

Quid eóst opus? 345

MERCVRIVS

Póssum scire, quó profectus quoíus sis aut quid uéneris?

SOSIA

Húc eo, mei erí sum seruos. númquid nunc es cértior?

---

340. Qui possim *Camerarius (cf. Goetzius Anal. Plautina p. 98):* Igitur qui *(*quid *E)* possim *(*possim, i *ex* e *D) libri. De* igitur *cf. Handius Tursell. t. 3 p. 187, qui* manum *delet.* Si possum *Seyffertus Philol. t. 29 (a. 1870) p. 391* luderi *E. idem ultima incerta J* ame ut *EJ. om. Bothius,* igitur *servans* 341. ambulastu *DE* uulcanum *libri (*uulganum *E)* incornu *BEJ.* incornū *D* gegis *D,* R *fort. ex al. litt. (s?)* 342. Quid id exquiris *in ras. E* exquiristu *J* os *om. FZ* ex ossas *B.* exossat *J ut vid.* 343. Seruos esne *Camerarius:* Seruusne *D.* Seruus ne *BEJ.* Seruosne es *duo codd. Gudiani* ut cumque *BE.* utrumque *J* conlibitum est *libri (*coll. *J)* 344. Ain tu uero *Ritschelius Proleg. p. 190, quod reicit Fleckeisenus Nov. ann. t. 61 (a. 1851) p. 20* enim uero *BEJ* mentiris nunciam *Camerarius:* mentiris nunc *libri.* mentire nunc *Bothius. Cf. Muellerus p. 641* 345. At iam *D.* Atiam *E* uer///um, b *ut vid. er. J* discas *FZ: corr. Gulielmius* eo est *libri* est opus *ex* opus est *E* 346. *Cf. Beckerus Studem. Stud. p. 178* perfectus *J* cuius *libri* 347. Huc *ex* Huic *B.* Huic *DE* ego, g *s. v. D* mei eri *Fleckeisenus:* eri *libri (*heri *J).* eri mei *Camerarius*

MERCVRIVS

Égo tibi istam hodié scelestam cónprimam linguam.

SOSIA

Haúd potes:
Béne pudiceque ádseruatur.

MERCVRIVS

Pérgin argutárier?
Quíd apud hasce aedís negotist núnc tibi?

SOSIA

Immo quíd tibist? 350

MERCVRIVS

Réx Creo uigilés nocturnos síngulos sempér locat.

SOSIA

Béne facit: quia nós eramus péregri, tutatúst domi.
Át nunc abi sane, áduenisse fámiliares dícito.

MERCVRIVS

Néscio quam tu fámiliaris sís: nisi actutum hínc abis,
Fámiliaris, áccipiere fáxo haud familiáriter. 355

SOSIA

Híc inquam habito ego átque horunc sum séruos.

---

seruus *libri* numquid nunc *J:* nunquid nunc *Z.* nunc quid nunc *BDE.* nunc quid num *F* cercior *BD* 348. scelestam *Z:* sceleste *BDEJF, quod def. Ussingius* comprimam *libri.* comprimo *Bothius* aut *E* 349. adseruatur *ex* obseruatur *D* pergin argutarier *Z:* pergi nargutarier *BE.* pergin argutarier *in* pergin argumentarier *corr. D.* pergin argumentarier *F.* pergam *(ut vid.)* argumentarier *J* 350. ąsce *E* ędis *E.* aedes *J* negotist nunc tibi *LG:* negotii est tibi *BD.* negotium *(*negoc. *FZ)* est tibi *EJFZ (*negotii *Hermolaus), unde* Quod . . negotium *cum Pylade Bothius.* nunc tibi negotist *Fleckeisenus* qiđ *D* tibi est *BDZ.* tibi es *E.* ibi es *JF* 351. credo *ex* creo *D.* ///creo *J* nocturnos, r *s. v. D.* nocturos *J* sigulos *J* 352. peregri *Scaliger:* peregre *libri* tutatus est *libri* domum *cum JFZ multi: corr. Angelius* 353. A///t *B* familiarem *F, Pareus* di[]to *J* 354. At scin, quam tu familiaris sis? nisi *Beckero Stud. stud. I p. 238.* Nescio quam familiaris tu sis, ni *Luchsius Hermae t. 6 (a. 1872) p. 270* Nescio ut *reiciens* quam tu] quantum *EJFZ* hac tutum *E* 355. *Post* Familiaris *vulgo non interpungunt* accipiere *F:* accipere *BDJZ.* accipe *E* haut *E* 356. atquę *J* horunc *(sic Pareus: Camerarius* horum*)* sum seruos *Camerarius:* horunc seruus sum *libri (*horum *ex* horunc *ut vid. D.* horum *JFZ), quod def. Ussingius.* sum horunc seruos *(sic etiam Bothius) vel* seruos sum horunc *Muellerus p. 641 (hoc probat Brixius*

MERCVRIVS

At scin quó modo?
Fáciam ego hodie té superbum, ni híne abis.

SOSIA

Quonám modo?

MERCVRIVS

Aúferere, nón abibis, sí ego fustem súmpsero.

SOSIA

Quín me esse huius fámiliai fámiliarem praédico.

MERCVRIVS

Víde sis, quam mox uápulare uís, nisi actutum híne abis. 360

SOSIA

Tún domo prohibére peregre me áduenientem póstulas?

MERCVRIVS

Haécine tua domúst?

SOSIA

Ita inquam.

MERCVRIVS

Quís erus est igitúr tibi?

357 sq. *Nonius p. 171, 5:* superbos ueteres mortuos dixerunt. Plautus Amphitryone: 'faciam . . . abis' et post 'auferere non abiis' 358. *Osbernus p. 56*[b]*:* auferre pigre, segniculose. Plautus: 'auferre . . . sumpsero'

---

*ad Militem p. 150). cf. Studemundus Nov. ann. t. 113 (a. 1876) p. 60* atsinquomodo *D.* at sin quomodo *Z* se in *ut vid. E* quomodo *BJ* 357. Fatiam *E* ni *Camerarius, cod. Palat. 1:* nisi *libri cum Nonio* ni abis hinc *Guyetus* ni actutum — Sos. quonam modo? *Parei adn. abusus Holtzius* quonammodo *BD (n in lit.).* quo nomina modo *E (secunda o e corr. ut vid. m*[1]*.) J* 358. Auferere *J (ex* Auferre*) FZ, Nonii codd. nonnulli:* Auferrere *BDE.* auferre *al. codd. Noniani, Osbernus ('prima m. recte* aufer te' *Maius)* abiis *Nonius* hinc si ego *vel* ego si *Camerarius, hoc cum Pylade* 359. med huius esse *Camerarius* familiai *primus Bentleius:* familiae *libri (familię J.* familie *E)* p̄dico *B.* predico *E* 360. nisi *om. J* ac tutum *EJ* hinc a///bis *J.* hin abis *E* 361. Tun *JFZ:* Tum *BDE* prohiberē *s. v. D* 362. *V. 362—370 personarum notas D postea add. et v. 362—364 quidem praeter primam in litura omnes* Merc. *DF: om. BEJZ* Haecine *Z:* Haeccine *BF.* Haec cine *J.* Hęc cine *DE.* Haeccin *Weisius* domus est *libri* Sos. *DF:* Merc. *BEJZ* imquam *E* Quis — tibi *ut singularem v. discribunt BDEJ* Merc. *DF:* Sos. *BEJ. om. Z: corr. Scutarius* herus *J*

SOSIA

Ámphitruo, qui núnc praefectust Thébanis legiónibus,
Quícum nuptast Álcumena.

MERCVRIVS

Quíd ais? quid nomén tibist?

SOSIA

Sósiam uocánt Thebani, Dáuo prognatúm patre. 365

MERCVRIVS

Né tu istic hodié malo tuo cónpositis mendáciis
Áduenisti, audáciai cólumen, consutís dolis.

SOSIA

Ímmo equidem tunicís consutis húc aduenio, nón dolis.

MERCVRIVS

Át mentiris étiam: certo pédibus, non tunicís uenis.

SOSIA

Íta profecto.

MERCVRIVS

Núnc profecto uápula ob mendácium. 370

SOSIA

Nón edepol uoló profecto.

MERCVRIVS

At pól profecto ingrátiis:
Hóc quidem profécto certumst, nón est arbitrárium.

SOSIA

Tuám fidem obsecró.

MERCVRIVS

Tun te audes Sósiam esse dícere,

---

*V. 363—409 in principio versuum personarum notae discerni possunt nullae J* 363. ]bus *J* Sos. *DFZ:* Merc. *BE* Qui praefectus nunc Thebanis Amphitruost *Bothius* Amphitrio *BD.* Ampytrio *E* praefectus est *libri (*p̄fectus *BDE)* Thebanis praefectust *Fleckeisenus* 364. ]est *(ultima versus vox) J* Qui cum *BE* nupta est *libri* Merc. *DF: spatium BE, om. Z* qid agis *D* quod *DEFZ: cf. Scioppius Susp. lectt. p. 133, Brixius ad Trin. v. 889* tibi est *EJFZ:* est tibi *BD* 365. ]p[ *(*patre*) J* patre e *E: v. ad arg. II v. 8* 366. ]iis *J* Netu *D* compositis *libri* mendatiis *DE* 367. ]lis *J* audaciai *primus Camerarius:* audatiae *D.* audatię *B.* audatie *E* 368. ]onsutis [ ]olis *J* adueni *Bothius*[1] 369. ]certo pedibus non[ *J* Admentiris *E* 370. ]fecto[ *(alterum) J* ob mendatium *D.* obmendatium *BE* 371. ]profecto *J* atpol *D.* edepol *J* profect[ ] *J* ingratiis *Pylades:* ingratis *libri* 372. ]profect[ *J* certum est *libri (apice nescio quo supra* m *J)* non[ *J* 373. ]bsecro. Merc̄. [ ]udes [ ]icere *J* Tuam, T *ex* S *E* tunte *BD*

Quí ego sum?

SOSIA

Perií.

MERCVRIVS

Parum etiam, praéut futurumst, praédicas.
Quóius nunc es?

SOSIA

Túos: nam pugnis úsu fecistí tuom. 375
Pró fidem, Thebáni ciues.

MERCVRIVS

Étiam clamas, cárnufex?
Lóquere, quid uenísti?

SOSIA

Vt esset, quém tu pugnis caéderes.

MERCVRIVS

Quoíus es?

SOSIA

Amphitruónis inquam Sósia.

MERCVRIVS

Ergo istóc magis,
Quía uaniloquo's, uápulabis: égo sum, non tu, Sósia.

SOSIA

Íta di faciant, út tu potius sís atque ego te ut uérberem. 380

MERCVRIVS

Étiam muttis?

SOSIA

Iám tacebo.

MERCVRIVS

Quís tibi erust?

---

374. Ego qui *Bothius* ]m *J* (sum) At parum *Fleckeisenus*, Parum *idem rectius Ep. cr. p. 17* futurum est *libri* 375. ]es *J* Quoius $B^1$: Quŏius *D*. Quouis *Z*. Quo uis *vel* Quo ius *E*. Cuius $B^2$. Quid quoius *F* tuus *libri* tuum *libri* 376. ]ebani *J* fidem *Aldus:* fidi *BEFZ* (Profidi). uide *D* thebani *D* Et iam *B* clamat *EZ: corr. Hermolaus* carnufex *J*. carnifex *reliqui* 377. ]quid *J* Loquere *Aldus:* Eloquere *libri* ess[] *J*. essem *F* pugnis *ex* pignus *D* cederes *BDE*. c[]deres *J* 378. ]Soš. *J* Quoius *F:* Cuius *reliqui* amphitrionis *BD*. amphytrionis *EJ* 379. uaniloquo's *Fleckeisenus:* uaniloquus *libri* (]aniloquus *J*) sum, s $m^3$. *e corr. E* 380. ]faciant *J* dii *EFZ* ego te ut *ex parte discerni nequit J* 381. ]muttis *J* I etitiam, I $m^3$. *e corr. E*. I etiam *FZ: corr. Hermolaus* Et iam *B* mutis *FZ* tacebo, bo *ex* to *D* erus est *libri* (herus *JFZ*)

SOSIA

Quem tú uoles.

MERCVRIVS

Quíd igitur? qui núnc uocare?

SOSIA

Némo nisi quem iússeris.

MERCVRIVS

Ámphitruonis te ésse aiebas Sósiam.

SOSIA

Peccáueram:
Nam 'Ámphitruonis sócium' dudum me ésse uolui dícere.

MERCVRIVS

Scíbam equidem nullum ésse nobis nísi me seruom Sósiam. 385
Fúgit te ratió.

SOSIA

Vtinam istuc púgni fecissént tui.

MERCVRIVS

Égo sum Sosia ílle, quem tu dúdum esse aiebás mihi.

SOSIA

Óbsecro ut per pácem liceat te ádloqui, ut ne uápulem.

---

382. ]gitur *J* q̄ nunc *ex* qid nunc *D* 383. Amphitrionis *BD.* Amphytrionis *E.* ]hytrionis *J* *De* ted esse aibas *cogitat Ritschelius Nov. exc. p. 43* aiebas, i *ex* l *BD.* alebas *E* *Pers. nota legi nequit J* 384. amphitrionis *BD.* amphytrionis *E.* []phytrionis *J* socium dudum me esse *LG:* socium neme esse *libri (*sotium *BJ.* socium, c *ex* t *et* um *ex* o *D.* ne me *E).* ne *idem quod olim* nae *scribebant (sic Z) plerique putarunt, quorum Weisius* nae med *scripsit.* certe *glossema pro* ne *F, quod probant Rostius Op. I 246, Hermannus El. p. 88.* memet *Lindemannus: et* memed *ferri posse ait Ritschelius Nov. exc. p. 51.* nunc me *Ussingius. Infelici coniectura* sociennum *pro* socium *Camerarius, qua adscita varia et perversa excogitarunt docti: velut* sociennum me A. e. *Doederleinus Synon. t. 4 p. 207.* Nam med Amphitruonis esse socium *Fleckeisenus olim Philol. t. 2 (a. 1847) p. 94, qui postea in editione* Nam illud 'Amphitruonis socium' me esse *(probatum Ritschelio Op. II p. 438), cum in Ep. crit. p. 17 Lachmanni in Lucretium p. 159:* Nam Amphitruonis Sosiai me esse *cum Ritschelio Mus. Rhen. t. 7 (a. 1849) p. 312 defendat* esse *paene integrum legi nequit J* dicere e *E: cf. ad arg. II v. 8* 385. Scibam *Pylades, Palat. 2:* Sciebam *libri* eq[]idem *J* seruum *libri* 386. Fugite ratio *E.* Fugit iteratio *J.* Fugit ratio te *Fleckeisenus* *An* Pugni i. u.*?* O utinam istuc *Gronovius.* Utinam mi istuc *Muellerus p. 636.* Istuc utinam *Guyetus.* Utinam ne istuc *Weidnerus Adv. Pl. p. 23* tui *ex* tuii *E* 387. te *primus Pylades* dudum te esse *Bothius* michi *E* 388. ut *del. Gronovius* perpacem *E* alloqui *libri (*al *ex* e *D)* 389. indutię *Z.*

MERCVRIVS

Ímmo indutiaé parumper fíant, siquid uís loqui.

SOSIA

Nón loquar nisi páce facta, quándo pugnis plús uales. 390

MERCVRIVS

Díc siquid uis: nón nocebo.

SOSIA

Tuaé fide credó?

MERCVRIVS

Meae.

SOSIA

Quíd, si falles?

MERCVRIVS

Túm Mercurius Sósiae iratús siet.

SOSIA

Animum aduorte: núnc licet mihi líbere quiduís loqui.
Amphitruonis égo sum seruos Sósia.

MERCVRIVS

Etiam dénuo?

SOSIA

Pácem feci, foédus ici, uéra dico.

MERCVRIVS

Vápula. 395

---

indutie *E.* induciae *DF.* ind////icia *ex* inducia *J* parum[] *J* parum perfiant si quid *E* uis, u *ex* si *D* 390. loqu///, lo *s. v. et fort.* er *er. J* 391. Dic siquid uis *Lindemannus:* Dicito siquid uis *libri* (si quid *BE).* Dicito sis *idem Lindemannus.* Dicito quid uis *Camerarius, Klotzius Nov. ann. t. 51 (a. 1847) p. 244.* Dicito quiduis *Bothius cum Pylade* ntacebo, tace *m. 2 del. D.* non tacebo *J* tuę *EJ.* tue *B* fide *Bothius:* fidei *libri* credon *Angelius* meę *BE.* męę *D* *Mire Bothius hunc v. et sequentem in edd. 2 et 3 conformavit, servata initio v. 391 librorum scriptura et* meae *v. 392 praefixo, quem v. iambicum fecit* 392. *V. post 395 scriptum signis* đ *et* h *adhibitis huc transtulit B* *Cf. v. 391* uapules, pu *s. v., ex* ualles *D* sosię *EJ.* sosie *B* siet, s *ex* f *ut vid. E* 393. ad[]rte [] *J* michi *E* quid uis *B (*d *in lit.) EJ* 394. Amphitrionis *BD.* Amphytrionis *EJ* seruus *libri* 395. fedus *D* ici *Otto apud Fleckeisenum Ep. crit. p. 17:* feci *libri*

SOSIA

Vt lubet quod tíbi lubet fac, quóniam pugnis plús uales.
Vérum utut es factúrus, hoc quidem hércle haud reticebó tamen.

MERCVRIVS

Tú me uiuos hódie numquam fácies quin sim Sósia.

SOSIA

Cérte edepol tu me álienabis númquam quin nostér siem:
Néc nobis praetér med alius quísquamst seruos Sósia. 400
[Qui cum Amphitruone hinc una ieram in exercitum.]

MERCVRIVS

Híc homo sanus nón est.

SOSIA

Quod mihi praédicas uitium, íd tibist.
Quíd, malum, non súm ego seruos Ámphitruonis Sósia?

---

400. *Iohannes Schroeder 'de fragmentis Amphitruonis Plautinae' § 2 ad hunc v. spectare vidit verba a Nonio p. 76, 14 excitata et vulgo inter fragmenta relata:* 'absente nobis' et 'praesente nobis' pro 'praesentibus nobis' et 'absentibus nobis'. Plautus Amphitryone: 'nec nobis praesente aliquis quisquam nisi seruus'

---

396. libet *libri (*l[]bet *J)* quod *codd. Pal. 1 et 2, Angelius:* quid *libri, quod interrogative dictum defendi posse putat Holtzius* libet *libri (*[]bet *J)* uales, s *ex* t *D* 397. ut ut *BDZ.* ut *JF* ut uites *ut vid. E* utut facturu's *Bothius*[1] ///ercle *B* haut *E* reticebo, *altera* e *e corr. D.* riticebo *E* 398. Tume *BE* uiuus *B (*uus *in lit.) D*[2] *(ut vid.: D*[1] uiuū *ex* uius*) JFZ.* uius *E.* uiuo *Pal. 3 m. sec. et 5* 399. tume *D* alienabis *ex* aliena bis *B* nunquam *D* 400. Hec *EJ* Nec noster *cum Langianis Gulielmius in Asin. c. 6* nobis praeter med alius quisquamst *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. p. 35:* nobis praeter me alius quisquam est *libri (*p̄ter *D.* preter *BJ).* nobis praesente aliquis quisquam nisi *Nonius (*quisquamnisi *ex* quisquāmst *explicaveris).* me praeter nobis alius quisquam est *Bothius.* nobis praeter me quisquamst alius *Fleckeisenus* seruus *libri* 401. *Uncis inclusit Fleckeisenus: nec corrigi potest, qua in re frustra desudaverunt docti (*Qui dudum cum *Pylades,* iui ero meo in *Camerarius,* hinc una simul ieram *Guyetus,* unad iueram indu *Bothius*[1], profectus eram *pro* ieram *dubitanter Ussingius, alii alia)* amphitrione *BD.* amphytrione *EJ* una *D* iueram *J.* geram *E* inexercitum *E* 402. non est sanus *JF* mihi quod *Fleckeisenus Ep. cr. p. 17* quod, o *in lit. B* michi *J* p̄dicas *BD.* predicas *EJ* uicium *BDJ* tibi est *libri* 403. nonne ego *F.* nonne ego sum *Bothius*[1]. non ego sum *Weisius* sum *om. JF* seruus *libri* amphitrionis *BD.* amphytrionis *EJ*

Nón hac noctu nóstra nauis húc ex portu Pérsico
Vénit, quae me aduéxit? non med húc erus misít meus? 405
Nón ego nunc sto ante aédes nostras? nón mist lanterna ín manu?
Nón loquor? non uígilo? non hic módo me pugnis cóntudit?
Fécit hercle: nam étiam misero núnc mi male malaé dolent.
Quíd igitur ego dúbito? aut quor non íntro eo in nostrám domum?

MERCVRIVS

Quíd, domum uostram?

SOSIA

Íta enim uero.

MERCVRIVS

Quín quae dixistí modo 410

---

404. 412. *Festus p. 217 a 15:* Persicum portum Plautus cum ait, mare Euboicum uidetur significare, quod in eo classis Persarum dicitur stetisse non procul a Thebis

---

404. Non *Spengelius de 'nonne' particula p. 4:* Nonne *libri* huc *Pylades: om. libri* nostra eportu *(*e portu *etiam F)* per sico nauis *J* exportu per sico *E* 405. quę *EJ* adu[ *J* non med *LG:* nonne *(*non ne *B)* me *libri (*me[ *J).* non me nunc huc *Spengelius l. s. s.* 406. Non *Spengelius l. s.:* Nonne *libri* nunc sto *E (*sto *ex* isto *ut vid.) Z:* nunc isto, at hic *m.*² *s.* isto, *B.* ////nunc sisto, *3 litt. er. et priore* s *postea add. D.* nunc hic sto *J (*st[*) F, Bothius*²·³ *iambice dimetiens.* hic sto *cod. Guelf. 2. De* isto *pro* sto *posito cf. Lachmannus in Lucr. p. 232* ]aed[ *J.* edes *E* mihi est *libri* laterna *ex* lanterna *D.* laterna *reliqui* inmanu *E* 407. loquar *D* uigil[ |hic ho[ *J* non *tertio loco Gronovius:* nonne *libri De* non med hic homo p. *cogitat Weisius* modo *Guyetus:* homo modo *libri.* homo *cod. Guelf., Scutarius* 408. ercle *BJ* etiam misero nunc mihi male malae dolent *LG:* etiam misero nunc malae dolent *libri (*///dolent *B.* mala edolent *DE (priore* e *m*³. *e corr.).* misero [] le[ *J).* mihi misero etiam nunc malae dolent *Pylades.* etiam misero nunc malae dolent mihi *Camerarius:* mihi etiam misero nunc malae dolent *Angelius.* etiam misero misere *(*misere *pro* misero *iam cod. Guelf. 1)* n. m. d. *Bothius*¹. etiam mi misero n. m. d. *Bothius*². etiam nunc misero mihi m. d. *Muellerus 'Nachtraege' p. 96* mi misero etiam n. m. d. *Fleckeisenus* 409. ego igitur *D* ut *DE* cur *libri* non[ *J* introeo *DE* innostram *E* 410. Qui *EZ* uram *BDJ.* nostram *EFZ* enim uero[ *J.* enimuero *DE* ]dixisti[ *J* quin q̄ᵒ *ex* quinq̄ᵒ *B.* quinque *DE.* queque *F.* quęcunque *Z, unde* quaeque dixisti modo *Angelius,* quin quaeque edixti modo *Gulielmius,* quin quaequae dixti modo *Bothius, alii alias nugas propagarunt*

Ómnia ementítu's: equidem Sósia Amphitruónis sum.
Nám noctu hac solútast nauis nóstra e portu Pérsico,
Ét ubi Pterela rex regnauit óppidum expugnáuimus,
Ét legiones Téleboarum uí pugnando cépimus,
Ét ipsus Amphitruo óbtruncauit régem Pterelam in praélio. 415

SOSIA

Égomet mihi non crédo, quom illaec aútumare illum aúdio:
Híc quidem certe quae íllic sunt res géstae memorat mémoriter.
Séd quid ais? quid Ámphitruoni dóno a Teleboís datumst?

MERCVRIVS

Ptérela rex qui pótitare sólitus est patera aúrea.

SOSIA

Élocutust. úbi ea patera núnc est?

MERCVRIVS

Est in cístula, 420

---

412. *V. ad v. 404*

---

411. Omnia, *duarum litt. ras. ante* m *D* ementitu's *Fleckeisenus:* ementitus *libri.* ementitus es *F.* mentitus es *codd. Gud. 1 et 2.* es mentitus *Bentleius* amphitrionis *BD.* amphytrionis *E.* amphytr[ *J* sum Amphitruonis Sosia *Bothius. Traditum def. Buechelerus de declin. p. 31* 412. hec *D* soluta est *libri* n[ ]rsico *J* eportu *BE* persiçco *D.* persicco *E* 413. Et tibi *D* regnauit *D* ex[ *J* 414. teloboarum *D.* theloboarum *EJF* in expugnando *F.* [] expug[] *J* cępimus *Z.* coepimus *BDE* 415. Ipsus, *del.* et *Guyetus* ipsius *J* amphitrio *BD.* amphytrio *EJ* optruncauit *BDEJ* inp̄lio *BE.* in proelio *D.* improelio *J* 416. Ego met *EJ* michi *J* cum *libri* illęc *J.* illa ęc *E* illū audio, ū a *e corr. D.* hunc audio *Anspachius de Bacch. retr. p. 25* 417. quide *J* quę *EJ* illi *E* rei *J* geste memorat *ex* gestat memorat *J.* gestą ememorat *D.* gesta ememorat, e *ultima ex* o *E* memoriter, *alt.* m *ex* tn *m*². *D* 418. Set *E* amphitrioni *BD.* amphitrionis *E.* amphytrioni *J* dono a Telebois datumst *Lomanus Spec. p. 7:* a telebois datum est *libri* (telobois *D.* atelobois *E.* a[]l[]bois *J*), *ubi* dono datum est *Bentleius.* nostro a Telebois datum est *Guyetus.* a Telebois datum hostibust *codice Guelf. 2 duce Bothius*[1]. a Telebois est datum *idem*[2,3]. doni a Telebois datumst *Ussingius* 420. Elocutus est *libri* (Eloquutus est *E.* Eloquere *F*) ubi ea patera nunc est *Pylades:* ubi patera nunc est *libri* (ubipatera *E*). ubi patera nunc ea est *Bothius*[1] (elocutus est *scribens*), *cum libris idem*[2,3]. sed ubi patera nunc est *Brixius Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 762* est in cistula *Dousa*, est *e v. 421 petens:* in cistula *libri* (incistula *E.* in cistella *F*). ubi est? in cistula *Guyetus, reliqua sic scribens:* elocutust. ubi patera nunc est? *Contra* in cistellula *Bothius*[2] *coll. v. 773*

Ámphitruonis óbsignata sígno.

SOSIA

Signi díc quid est?

MERCVRIVS

Cúm quadrigis Sól exoriens. quíd me captas, cárnufex?

SOSIA

Árgumentis uícit. aliud nómen quaerundúmst mihi.
Néscio unde haec híc spectauit. iám ego hunc decipiám probe:
Nám quod egomet sólus feci néc quisquam alius ádfuit 425
Ín tabernaclo, íd quidem hodie númquam poterit dícere.
Sí tu Sosiá's, legiones quóm pugnabant máxume,
Quíd in tabernacló fecisti? uíctus sum, si díxeris.

MERCVRIVS

Cádus erat ibi uíni: inde inpleui hírneam.

SOSIA

Ingressúst uiam.

MERCVRIVS

Éam ego uini, ut mátre natum fúerat, eduxí meri. 430

---

429. *Nonius p. 546, 22:* cyrnea uas uinarium. Plautus in Amphitryone: 'cadus . . . cyrneam'. — *Osbernus p. 274:* hirna . . . id est salcica; inde haec hirnea . . . id est ocrea, quae ad potum conseruandum baiulatur; unde Plautus in Amphitrione: 'cadus . . . hirneam'

---

421. Amphitrionis *BD.* Amphytrionis *EJ* signo *Dousa:* signo est *libri: cf. v. 420* 422. captus *D* carnifex *BEZ* 423. uincit *EJFZ, corr. Angelius* querundum *D.* querendum est *BE.* qu[]re[]dum est *J* michi *E* 424. Nesciocunde *dubitanter Studemundus Stud. I p. 230* hęc *E.* hec *B* ego iam *Guyetus* []cipiam *J* 425. Namquod *J* quod *om. D* ego met *EJ* alius, s *ex* o *D* affuit *praeter F libri* (affuit t *E: cf. ad arg. II v. 8)* 426. In tabernaclo *DE* (Intab-), *Bothius*[1. 2]: In tabernaculo *BJ* (Int-) *FZ* nunquam *J* 427. sosia es *libri* cum *libri* maxime *J.* maxime e e *E: cf. ad arg. II v. 8* 428. in tabernaclo *DE* (int-), *Pareus:* in tabernaculo *BJ* (int-) *FZ* feci *ras. ex* fecisti *D* dixeris s s *E: cf. ad arg. II v. 8* 429. ibi uini *Muellerus p. 543 inter alia.* uini *libri.* uini plenus *Osbernus* impleui *libri.* impleuit *Osbernus* hirneam, i *ex* u *E.* hyrneam *J.* cyrneam *cum Nonio (cuius cod. P* cyneam) *F (item v. 431. 432), Pylades* (cirneam). irneam *Lindemannus cum Scaligero* ingressus tu iam *B.* ingressus tu iam *D.* ingressus iam *EJFZ, corr. Pius* 430. Eam ego uini, ut matre natum fuerat, eduxi meri *Fleckeisenus:* Eam ego ut

SOSIA

Míra sunt nisi látuit intus íllic in illac hírnea.
Fáctumst illud, út ego illic uini hírneam ebiberím meri.

MERCVRIVS

Quíd nunc? uincon árgumentis, té non esse Sósiam?

SOSIA

Tú negas med ésse?

MERCVRIVS

Quid ego ní negem, qui egomét siem?

SOSIA

Pér Iouem iuró med esse néque me falsum dícere. 435

MERCVRIVS

Át ego per Mercúrium iuro, tíbi Iouem non crédere:
Nam íniurato scío plus credet míhi quam iurató tibi.

SOSIA

Quís ego sum saltém, si non sum Sósia? te intérrogo.

---

matre fuerat natum uini eduxi meri *libri* (eduxi meri *ex* eduxim eri *B.* eduerā $^{m}$eri, a *in* i *corr. D).* Id ego, ut matre natum fuerat, unus eduxi merum *Guyetus.* Eam ego, ut fuerat natum, uini eduxi hirneam meri *Holtzius, qui etiam de* plenam meri *cogitat. Reliqua non mutantes* eduxeram meri *cum Langianis Bothius*[1], eduxi eram meri *Gulielmius,* eduxi clam meri *Acidalius cum libro quodam,* obduxi meram *Scaliger,* ibi eduxi *vel* illi eduxi meri *Muellerus p. 603. Cum* matre *Lipsius Ep. quaestt. III 17 Euripidis Alc. v. 756 sq.* ποτῆρα . . . λαβὼν πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ *confert* 431 sq. *Perverso ordine BD, versibus 432 Sosiae, 431 nullam notam praefigentes: recte reliqui, nisi quod in Z v. 432 Mercurii, v. 433 nullam notam habent, correcti a Pylade* 431. Mirati sunt *J* inillac *EJ* hyrnea *J* 432. Factum est *B.* Factum *DEJFZ* ut ego uini illi *Muellerus* 'Nachtr.' *p. 46 dubitanter* hyrneam ebiberam *J* 433. Quid nunc? *def. Seyffertus Philol. t. 29 (a. 1870) p. 407, Stud. Pl. p. 18.* Quid? nunc *Fleckeisenus* 434. Tun *Fleckeisenus* med esse $E^{3}$, *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. p. 25:* me de esse *BDE.* me esse *JFZ.* me eum esse *Muellerus p. 732* mercuriū quid *E* egoni *E* ego met *EJ* 435. tibi iuro me esse *Pylades* med esse *correctores in BE (m.*[3]*), Camerarius: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 25.* medesse *ex* me desse *B.* me de esse *E.* me de$^{m}$esse *D.* me esse *JFZ.* me eum esse *Muellerus p. 732* dicere e *E: cf. ad arg. II v. 8* 436. iniuro *Bothius, quem contra Balbachius Observ. crit. p. 5* 437. in iurato *J.* iniurato, in *s. v. E* crederet *EJFZ* michi *EJ* iurato, t *e corr. B. idem* to *s. v. D* tibi i *E: cf. ad arg. II v. 8* 438. te interrogo *m.*[2] *ex* et interrogo *J.* ted interrogo *Bothius*[1]. id te interrogo *Muellerus p. 9,* 'Nachtr.' *p. 2: assentitur Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 141*

MERCVRIVS

Vbi ego Sosiá nolim esse, tu ésto sane Sósia:
Núnc quando ego sum, uápulabis, ni hínc abis, ignóbilis. 440

SOSIA

Cérte edepol, quom illúm contemplo et fórmam cognoscó meam,
Quem ád modum ego sum (saépe in speculum inspéxi): nimis similést mei.
Ítidem habet petasum ác uestitum: tám consimilest átque ego.
Súra, pes, statúra, tonsus, óculi, nasum, uél labra,
Málae, mentum, bárba, collus: tótus. quid uerbís opust? 445
Sí tergum cicátricosum, níhil hoc similist símilius.

---

444. *Nonius p. 179, 14:* tonsus pro tonsura. Plautus Amphitryone: 'sura . . . labra' 445. *Nonius p. 200, 16:* collus masculini . . . Plautus Amphitryone: 'malae . . . collus' 446. *Imitatus est hunc locum Fronto p. 101 N.:* uidi pullulos tuos, quod quidem libentissime in uita mea uiderim, tam simili facie tibi, ut nihil sit hoc simili similius. *Vidit hoc Studemundus apud Klussmannum p. 78a*

---

439. sosia, o *ex* i *D* esset *D* esset uesto *B (ante corr.) E* Sosia esse nolim *Gruterus.* Sosia iam nolim esse *Camerarius.* Sosia nolem *Fleckeisenus 'Krit. Miscellen' p. 22.* nolim Sosia esse *Muellerus 'Nachtr.' p. 2* 440. nih incabis *B.* nih incabis *D* ignominis *Bothius* 441. quomodo *B.* cum *J.* quum *Z* illunc *Bothius* contemplor, r *postea add. D* 442. Quem admodum *BEJ.* Quemadmodum *D* sum *cum Z Camerarius om.: eodemque duce Bothius*[1]*:* Quemadmodum saepe in speculo inspexi, nimium similis est mei sepe *DEJ.* saepae *B* inspeculum *EJ* nimis simile *(cf. v. 537)* est mei *libri (*nims *J.* simile *in* similis *corr. D.* similis *JF.* m[ *J).* nimis similest mei *Camerarius.* simili'st nimis mei *Gronovius.* nimis similist mei *Bothius*[1. 2]. *Metrum suspectum* 443. atque uestitum: consimilist atque ego *Braunius Observ. gr. ed. a. 1881 p. 7* consimilest *Camerarius:* consimile est *libri.* consimilist *Pylades* atque ego ] quam ego sum *Fuhrmannus Nov. ann. t. 97 (a. 1868) p. 845.* quam potest *Langenus p. 296* uestitum (tam consimilist) atque *Niemeyerus 'Philol. Wochenschrift' a. 1881 p. 388* 444. Sura *ex* Supra *ras. D* Surapes *E* tonsura tonsus *F.* tonsura consus *J* nasa *EJFZ: corr. Pylades* uel] dens *Lambinus.* aures *Lindemannus.* frons *Langenus p. 71 (quod* frons oculi nasum labra *esse deberet)* labram m *E* 445. Malae mentum *ex* Malū ementā *D.* Mala mentum *BE.* Malę mentum *J* barra *pars codicum Nonii* collus *ex Nonio F:* collum *libri* opus est *JF* 446. Sitergum *J.* Tergum si *Bothius* cicatrico sum *BF.* cicatricosumst *Fleckeisenus Ep. crit. p. 17* nichil *EJ* similist *Fleckeisenus:* similest *B.* simile est *DEJFZ.* similest *Camerarius.* simili est *Angelius.* simili *etiam Fronto legit*

Séd quom cogito, équidem certo idém sum qui sempér fui.
Nóui erum, noui aédis nostras: sáne sapio et séntio.
Nón ego illi obtémpero quod lóquitur: pultabó foris.

MERCVRIVS

Quó agis te?

SOSIA

Domúm.

MERCVRIVS

Quadrigas sí nunc inscendás Iouis 450
Átque hinc fugias, íta uix poteris éffugere infortúnium.

SOSIA

Nón erae meae núntiare, quód erus meus iussít, licet?

MERCVRIVS

Tuaé siquid uis núntiare: hanc nóstram adire nón sinam.
Nám si me inritássis, hodie lúmbifragium hinc aúferes.

SOSIA

Ábeo potius. di ínmortales, óbsecro uostrám fidem, 455
Ýbi ego perii? ubi ínmutatus sum? úbi ego formam pérdidi?
Án egomet me illíc reliqui, sí forte oblitús fui?
Nam híc quidem omnem imáginem meam, quae ántehac fuerat, póssidet.

---

454. *Osbernus p. 320:* lumbifragium . . . lumbifragium hinc auferes si me irritassis'

---

447. ]idem sum *J, ubi usque ad v. 487 pers. notae in versuum principiis interciderunt* Set *E.* quom *DEF.* quum *Z.* quomodo *B* sum idem *cum Bothio Muellerus p. 448* qui[ *J* 448. ]ras sane sapio et[ *J* nouia‿edis *B.* nouia edis *E* 449. ]tur pultabo for[ *J* optem‿pero *B.* optempero *D* qd' (= quod), 'm.[3] *ut vid. add. E* foris *in* fores *mut. D* 450. ]quadrigas *J* Quadigis *D* Quadrigas, i *ex* a *D* incendas *JZ* 451. ]s effugere *J* infortunium, *alt.* u *ex* i *D* 452. ]herę *J* Non *Fleckeisenus.* Nonne *libri* erę *E* meę *BEJ. idem, nisi quod* ę *s. v. D* nunciare *BD* herus *J* 453. ]uis *J* Tue *E* si quid *BE* nunciare *BDJ.* nuntia, te *cum Pareo Gertzius.* nuntiato *Ussingius* 454. ]me *J Merc. nota ab ipso rubricatore del. E* inritas sis *B.* irritassis *D.* irritase sis *ut vid. J* lumbifragium *F, Scutarius.* lumbifrangium *B.* lumbi frangium *DEZ.* ]bi frangium *J Cf. Osbernus* 455. ]potius dii *J* uĩram *BDEJ* 456. ]ego *J* perą (ii s. a) *J* tibi *J* immutatus *J.* mutatus *L. Spengelius Philol. t. 17 (a. 1861) p. 564* ˣ perdidi ˣ formam [illegible], i *(cf. ad arg. II 8) ut vid. er. et* formam *m.*[2] *add. E* 457. ego met *EJ* (]ego) 458. ]hic *J* meam *ex* tuam *B* quę *E.* que *BD.* quod *J* ante hac *BDEJZ*

Víuo fit, quod núnquam quisquam mórtuo faciét mihi.
Íbo ad portum atque haéc ut facta súnt, ero dicám meo:
Nísi etiam is quoque me ígnorabit, quód ille faxit Iúppiter, 461
Vt ego raso cápite caluos hódie capiam pílleum.

MERCVRIVS

Bene próspereque hoc óperis processít mihi:
Amóui a foribus máxumam moléstiam,
Patri út liceret túto illam amplexárier. 465
Iam ille íllue ad erum quom Ámphitruonem aduénerit,
Narrábit seruom hinc sése a foribus Sósiam
Amóuisse: ille adeo íllum mentirí sibi

461 sq. *Servius in Verg. Aen. VIII 564:* Feronia mater] nympha Campaniae quam etiam supra diximus. Haec etiam libertorum dea est, in cuius templo raso capite pileum accipiebant. Cuius rei etiam Plautus in Amphitryone facit mentionem: 'quod utinam ille faxit Iuppiter, ut raso capite portem pilleum' 462. *Nonius p. 528, 19:* qui liberi fiebant, ea causa calui erant, quod tempestatem seruitutis uidebantur effugere, ut naufragio liberati solent. Plautus in Amphitryone: 'ut . . . pilleum'

459. ]uo sit *(ut vid.)* [ ]d *J* Vuiuo *E* nunquam [ ]am *J* michi *E* 460. ]ad[ ]tum *J* adportum *E* hęc *EJ* ut facta sunt *Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 306:* ut sunt facta *libri, nisi quod* ficta *J.* hic ut sunt facta *Muellerus p. 594.* haec uti sunt *Camerarius* erodicam *E.* dicam hero *J F* 461. *Cf. Servii testim.* ]am *J* me ignorabit *(i alt. ex a) B.* me ignorabat *E.* ignorabit me *J* faxit *Fleckeisenus cum Servio:* faciat *libri* 462. Vt ego raso capite caluos hodie *Fleckeisenus ep. crit. p. 17:* Vt ego hodie raso capite caluus *libri (*]hodie *J) cum Nonio.* Vtĭ ĕgo hodie raso capite caluos *Lingius de hiatu p. 52.* Vt ego hic hodie raso capite caluos *Camerarius. Idem nisi quod* ego hocedie *Spengelius Plaut. p. 223, Ritschelius Nov. exc. p. 92: idem denique, nisi quod* hoc hodie *Ussingius* pilleum *libri cum Servio et Nonio:* pileum *inde ab Angelio* *Act. I sc. 2* MERCVRIVS· *BEJ: om. D unius v. spatio relicto* 463. *Pers. om. BE* Bene pro speque *Usenerus scaena Pseud. p. 16* prospere *Acidalius* hoc operis *'alii' apud Acidalium.* hoc hodie operis *libri.* hoc hodie *Bothius* michi *EJ* 464. aforibus *EJ* maximam *BDE.* [ ]am *J* 465. amplexarier, *alt.* a *ex* i *E* 466. Nam *FZ et editorum multi* herum *(*t am *s. v.) J* cum *BDEJ* amphitrionem *BD.* amphytrione *EJ* aduenerit *E: cf. arg. II v. 8* 467. Narrauit *(*b *s.* u*) B* seruum *libri (*seruium *E)* se se *E* aforibus *EJ* sosiam, *priore* s *ita formata, ut aliam atque o litt. librarius adiecturus fuerit E* 468. is adeo illum *Langenus*

Credét neque credet húc profectum, ut iússerat.
Erróris ambo ego íllos et deméntiae 470
Conplébo atque Amphitruónis omnem fámiliam,
Adeo úsque satietátem dum capiét pater
Illíus quam amat: ígitur demum omnés scient,
Quae fácta. denique Álcumenam Iúppiter
Redigét antiquam cóniugi in concórdiam. 475
Nam Amphítruo actutum uxóri turbas cónciet,
Atque ínsimulabit eám probri: tum méus pater
Eam séditionem illi ín tranquillum cónferet.
Nunc de Álcumena dúdum quod dixí minus,
Hodie ílla pariet fílios geminós duos: 480
Altér decumo post ménse nascetúr puer
Quam séminatust, álter mense séptumo.
Eorum Ámphitruonis álter est, altér Iouis.
Verúm minori púero maior ést pater,
Minór maiori. iámne hoc scitis quíd siet? 485
Sed Álcumenae honóris huius grátia

481. *Osbernus p. 167:* decumus . . . unde Plautus in Amphitrione: alter . . . puer'

*p. 146* sibi i *E* 469. neque *J.* namque *D* 470. Irroris *E* ambos *F* 471. Complebo *libri.* Compleuero *Muellerus p. 511* Amphitruonis omnem *Fleckeisenus:* omnem amphitrionis (amphytrionis *EJ*) *libri* 472. sacietatem (cie *in litura B*) *BD* capiat *Bothius*[2] *e cod. Guelferb.* 473. ibi tum demum *Bentleius* sciant *D, Hermolaus* 474. Que *EJ* alcumenām, del. *E* 475. coniugi in concordiam *Lindemannus:* in concordiam (inconcordiam *EJ*) coniugis (*e* coniuges *D*) *libri.* in coniugis concordiam *Pylades.* coniugis in concordiam *Camerarius* Rediget cum coniuge antiquam in concordiam *Lomanus p. 9* *V. 476—495 recte in suspicionem vocat Langenus p. 42, maxime propter v. 491* 476. amphitrio (am *s. v. D*) *BD.* amphytrio *EJ* ac tutum *E* contiet *BD* (*ex* continet) 477. insimulauit *BDE* probri tum *Z:* probrium *EJ.* proprium (*ex* probrium *B*) *BD.* probum *F* 478. Eam *B, Pylades:* Iam *DEJFZ* intranquillum (intranquillam *J*) *BEJ* *V. 479—485 in suspicionem vocat Ussingius, ut additos ab eo qui prologum confecerit* 479. diximus *FZ: corr. Pylades* 480. filios *ex* filius *D* 481. Aliter *J* de cumo *J.* de cumeno *E* post mense decumo *Bothius: at cf. Bruymanus p. 35* 482. seminatust *Fleckeisenus cum cod. Gud.:* seminatus *libri* septimo *BEJ* 483. amphitrionis *BD.* amphytrionis *EJ* 484. minor *EJ* puerppuero *E.* puer (*s. v.* s. iouis) puero *J.* puero puero *Z* 485. Iam ne *BEJ* iam nescitis hoc *F* scitis (c *s. v.*) *J* *V. 486—490 eicit Guyetus* 486. Set *E* Alcumenae honoris huius *Fleckeisenus.* alcumenae (alcumene *DE*) huius honoris

Patér curabit úno ut fetu próferat
* * * * * * * * * * *
Vno út labore absóluat aerumnás duas,
Et ne ín suspicióne ponatúr stupri
Et clándestina ut céletur consuétio. 490
Quamquam, út iam dudum díxi, resciscét tamen
Amphítruo rem omnem. quíd igitur? nemo íd probro
Profécto ducet Álcumenae: nám deum
Non pár uidetur fácere, delictúm suom
Suámque culpam expétere in mortalem út sinat. 495

---

488. *Nonius p. 57, 13:* enixae dicuntur feminae nitendi, hoc est conandi et dolendi labore perfunctae: uel a Nixis, quae religionum genera parientibus praesunt. Sed elegantior intellectus, ut ex eo dictae esse credantur, quod uinculis quibusdam periculi quibus implicarentur fuerint exsolutae: nexum enim dicimus arctum et colligatum. Plautus in Amphitryone: 'uno ... duas' 490. *Donatus ad Ad. IV 5, 32:* ... ut Plautus: 'et ... consuetudo' *Festus Pauli p. 61:* consuetionem Plautus pro consuetudine dixit *Cf. Loewius Prodr. p. 258* 495. *Nonius p. 301, 27:* expetere transferri [*codd.* expectare transferre], euadere. 'sua si quid ... sinat'

---

*libri.* huius Alcumenae honoris *Pylades.* Alcumenae huiusce honoris *Gruterus, Muellerus p. 696: cf. Schmidtius de pron. dem. form. p. 55* gracia *J* 487. curabit *Fleckeisenus cum Ritschelio: cf. epist. crit. p. 17.* curauit *libri* *Verba quae secuntur explicandi causa (cf. v. 878) addita Plautinum hemistichium expulisse quod hoc fere fuisse possit:* Iuppiter summus meus *suspicatur Ritschelius Fleckeiseni ep. crit. p. 17*

fętu *E.* foetu *B D.* fętus, s *ut vid. J* proferat *dubitanter scripsimus lacunam post h. v. statuentes.* fieret *libri, quod corruptum esse vidit Fleckeisenus: pro quo* pepererit *Seyffertus Philol. t. 29 (a. 1870) p. 385. Interciderunt fere haec:* Quod ex ípso grauidast ét quod grauidast éx uiro

Pater curabit uno ut fetu fiat et *Gertzius* *Nihil profecit Rothe quaest. gramm. p. 10 sqq.* 488. uno labore exsolueret *Nonius* erumnas *Nonius.* erumpnas *E.* ęrumpnas *J* *V. 489 sq. invertit Fleckeisenus cum Ritschelio sic immutatos:* Vt clándestina haec céletur consuétio ‖ Ne illa ín suspitióne ponatúr stupri 489. *Vers. damnat Bothius* insuspicione *J.* insuspitione *B E* 490. clandestina *B (7 litt. post* clan *er.).* clan destina *E.* Et clandestine ut *Donatus* consuetio *Scioppius et Bentleius Festo et Donato ducibus.* suspicio *B D J.* suspitio *E F Z.* consuetudo *Donatus.* susceptio *Pylades, Lambinus.* huc itio *Pistoris, Gruterus* 491. *Cf. v. 476—495* iam *s. v. J* iamdudum *D* reciscettamen *(et ex* u*) D*

492. Amphitrio *B D.* Amphytrio *E J* agitur *B* probo *E J* 493. alcumenę nam *E J.* alcumene nam *B.* alcumenam *D* 494. parui detur *D* suum *libri* 495. Suamque culpam *Acidalius:* Suamque ut culpam *libri.* sua si quid culpa *Nonius* inmortalem *B J.* immortalem *E.* mortalem *Nonius* ut sinat *libri cum Nonio.* sinat *Bothius*

Orátionem cónprimam: crepuít foris.
Amphítruo subditíuos eccum exít foras
Simul cum Álcumena sua úxore usurária.

---

**IVPPITER. ALCVMENA. MERCVRIVS**

IVPPITER

Béne uale, Alcuména, cura rém conmunem, quód facis,
Átque inperce, quaéso: menses iám tibi esse actós uides. 500
Míhi necessest íre hinc: uerum quód erit natum tóllito.

ALCVMENA

Quíd istuc est, mi uír, negoti, quód tu tam subitó domo
Ábeas?

IVPPITER

Edepol haúd quod tui me néque domi distaédeat:
Séd ubi summus ímperator nón adest ad exércitum,
Cítius quod non fáctost usus fít quam quod factóst opus. 505

MERCVRIVS

Nímis hic scitust sýcophanta, quí quidem sit méus pater.

---

503. *Osbernus p. 588:* Plautus in Amphitrione: haudquaque tui me . . . distaedeat

---

496. Oracionem *J* comprimam *B D J* foris *ex* furis *D* *V. 497 sq. del. Guyetus* 497. Amphitrio *(post* phi *eras.* m *D) B D.* Amphytrio *E J* subditiuus *B D E J F.* subditicius *Z: corr. Angelius* foris *D* *V. 498 del. Lachmannus, F. Schmidtius l. s. s. p. 31* Simul cum Alcumena sua uxore *Muellerus p. 696 inter alia.* Cum alcumena uxore *libri.* Atque Alcumena una uxor *Fleckeisenus edidit: idem Nov. ann. vol. 61 (a. 1851) p. 52 hiatum* Cum Alcumena *aliquo modo defendit.* Cum Alcumena uoxore *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 286.* Cum Alcumena uxored *(vel* Alcumenad uxore*) Ritschelius Opusc. phil. III p. 125* uxored *iam Parcus*[3]*)*

*Act. I sc. 3* IVPPITER · ALCVMENA · MERC̃ *B in cod. versu cum 498.* IVPPITER · ALCVMENA · MERCVRIVS *E J. om. D* *V. 499—582 pers. notae initio versuum ex parte semideletae, ut tamen quid scriptum fuerit dubitari nequeat J* 499. ene *c. spat. D E* cura rem *ex* curarem *B.* curarem *E* communem *libri* quid *(o s. i) B*

500. Atque inperce *Camerarius:* Atquin perge *F Z.* At quin perge *B D E J.* At tibi inperce *Ussingius* queso *J.* queso *E* exactos *Pylades.* esse exactos *codd. nonnulli Pal.* 501. Michi *E J* necesse est *libri* natum quod erit *F, Bothius*[2. 3] · 502. negotii *B D E.* negocii *F Z.* nogecii *J* tutam *E* sobito *D* 503. *Cf. Osbernus* haut *E* neque *J* distedeat *B D E.* distendeat *J* *Miro modo hunc v. vexabant cum Acidalius (*Edepol haud quod me domi neque quod tis taedeat*) tum alii* 504. Set *E* ne adest apud *Bothius*[2] ad est *E* 505. facto est *libri utroque loco* facto est */opus est/ J* 506. scitus est *B D E*

Óbseruatote eúm, quam blande múlieri palpábitur.

ALCVMENA

Écastor te expérior quanti fácias uxorém tuam.

IVPPITER

Sátin habes, si féminarum núllast quam aeque díligam?

MERCVRIVS

Édepol ne illa si ístis rebus té sciat operám dare, 510
Égo fáxim ted Ámphitruonem mális esse quám Iouem.

ALCVMENA

Éxperiri istúc mauellem mé quam mi memorárier.
Príus abis quam léctus ubi cubuísti concaluít locus.
Héri uenisti média nocte, núnc abis. hocín placet?

---

507. *Servius Aen. XI, 725:* Vult . . dicere, non leuiter Iuppiter intuebatur ipsa certamina, *ubi Danielis scholion hoc sequitur:* inde et adiecit 'obseruans oculis' id est intente aspiciens. Plautus: 'obseruato . . . mulieri' *Donatus in Ter. Adelph. prol. 2:* Obseruari] . . . obseruari ergo et honorari et captari et audiri significat, ut Plautus: 'obseruatote ut blande palpetur mulieri'

513. *Priscianus VI 73 (G. L. II p. 257, 4):* excipitur 'hic lectus'. ἡ κλίνη, 'huius lecti', quod tamen etiam 'huius lectus' antiquissimi protulerunt . . . Plautus in Amphitrione: 'quam . . . locus'

---

(scitus *ex* scitur) *J* scitus est hic *F* sicophanta *B D E.* sic ophanta *J* quiquidem *J* sit meus *E J F Z.* meus sit *B D, Camerarius* 507. Obseruatote cum *Bothius.* Obseruatote *B D E J F Z, Donatus.* Obseruato *Servius.* Obseruatote huic *Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 292.* Obseruate blanditer *Guyetus* Obseruatote ecqui blande *Spengelius Plaut. p. 22* blande ///, *fort.* re *er. E* ut blande *Donatus* suppalpatur mulieri *Fleckeisenus ep. crit. p. 18 ex Servio.* palpetur mulieri *Donatus.* mulieri palpabitur *libri: quod defendi posse dicit Beckerus l. s. s.* 508. te comperior *F Z.* re experior *Dousa* *Post h. v. collocat v. 510 sq. Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 761: eosdem Guyetus tollit* 509. Satin, n *ex* m *E* feminarium *E* nulla est *libri* ęque *J.* equę *E* *De 510 sq. cf. 508* 510. ne illa fustis rebus *E.* ni illa furtis *J F.* ni illa furtiuis rebus *Z, unde varii editorum errores nati.* Iuno si istis rebus *Reinhardtus de fab. retr. thes. II* 511. paxim *Meursius* ted Amphitruonem *Fleckeisenus, Ritschelius Nov. exc. p. 35.* te amphitrionem (amphytrionem *E J*) *libri* malis esse *Bothius*[1]. esse malis *libri* Amphitruonem ne esse malis *Acidalius.* Amphitruonem multo (*vel* nimio) malis *Muellerus p. 543, illud cum Umpfenbachio Mel. Plaut. p. 20* 512. mihi (michi *E*) *libri* memorari mihi *Fleckeisenus* 513. lectus *def. Brugmanus Comment. in hon. Buecheleri ed. p. 94 sq., Ussingius.* lecti *Palatini nonnulli, Scaliger* ubi cubuisti lectus *Bothius, Lindemannus de metro iure dubitantes* concaluerit *F* loč /// *B* 514. Here *Angelius* Media nocte heri

MERCVRIVS

Áccedam atque hanc áppellabo et súpparasitabór patri. 515
Númquam edepol quemquám mortalem crédo ego uxorém suam
Síc ecflictim amáre, proinde ut híc te ecflictim déperit.

IVPPITER

Cárnufex, non égo te noui? abin híne e conspectú meo?
Quíd tibi hanc curátiost rem, uérbero, aut muttítio?
Quoíi ego hoc iam scípione . . .

ALCVMENA

Ah nóli.

IVPPITER

Muttitó modo. 520

MERCVRIVS

Néquiter paene éxpediuit príma parasitátio.

IVPPITER

Vérum quod tu dícis, mea uxor, nón te mi irascí decet.
Clánculum omnes ábii a legione: óperam hanc subrupuí tibi,

---

517. *Osbernus p. 202:* Efflictim, cruciabiliter. Plautus: 'hic . . . deperit' *Hinc* efflictim *gloss. Pl.: cf. Ritschelius Op. II p. 272* 519. *Osbernus p. 611:* Verbero . . . Plautus: 'Verbero aut muttito' *Cf. idem p. 125*

---

*Fleckeisenus ep. crit. p. 18* hoccine *libri* (hoc cine *J*) 515. subparasitabor *BD.* sub parasitabor *J.* superasitabor *F* 516. ego *om. D* 517. ecflictim $B^2$. afflictim $B^1$. et flictim *D.* efflictim $E^3$ *ex alia voce* ($E^1$ *vid. habuisse:* Sic et fictumare). et fictum (*ex* et factum) *J* are *pro* amare *D: cf.* $E^1$ pro inde *E* te efflictim *libri, nisi quod* efflictum *J* *Super* deperit *scr.* i. amat *J* 518. Carnifex *BE.* Carnifices *J* abin hinc *Pylades, Muellerus p. 543.* abin *libri* econspectu *EJ* 519. curatio est *libri* muttitio *EB* (ti *alt. s. v.*). mutitio *D.* muttito *ut vid. J.* mutito *FZ* *Cf. Osbernus* 520. *Vers. del. Guyetus*

Quoii ego hoc iam *LG.* Quo lego (l *pro* id *ex ras. B*) iam hoc *libri.* Quoi ego iam hoc *Scutarius.* Quem pol ego iam *Camerarius.* Quoi pol ego hoc iam *Fleckeisenus ep. crit. p. 18, qui* Quem pol ego hoc iam *edidit.* Quoi ego iamiam hoc *Spengelius Plaut. p. 226.* Quoi ego iam hoce *Ritschelius Prol. p. 172* Annoli *E* mutato *ut vid. J.* mutito *FZ* mōdo, ˜er. *E* 521. pęne *BJ.* pene *E* expediunt *J.* expetiuit *Scaliger, Lambinus: at cf. Langenus p. 1* prima *bis script. et alt. delet. D* parasi tatio *J* 522. mihi *BDJ.* michi *E* 523. Clanculum omnes *LG:* Clanculum *libri* noctu *vel* furtim *addendum esse putat Muellerus p. 543*

abi *BDE.* huc abii *Scaliger.* hinc abiui *Camerarius.* abii ego *Hermannus Nov. annal. vol. 35 (a. 1842) p. 195.* ego abii *Bothius*[1]. abii huc *Ritschelius Nov. exc. p. 74.* abiens *Guyetus* Abii clanculum *Spengelius Plaut. p. 179* alegione *BEJ.* a legioned *Ritschelius Nov. exc.*

Éx me primo ut príma scires, rem út gessissem públicam.
Éa tibi omnia énarraui. nísi te amarem plúrumum, 525
Nón facerem.

MERCVRIVS

Facítne ut dixi? tímidam palpo pércutit.

IVPPITER

Núnc ne legio pérsentiscat, clám illuc redeundúmst mihi,
Né me uxorem praéuortisse dícant prae re pública.

ALCVMENA

Lácrumantem ex abitú concinnas tú tuam uxorém.

IVPPITER

Tace:
Né corrumpe oculós: redibo actútum.

ALCVMENA

Id actutúm diust. 530

IVPPITER

Nón ego te hic lubéns relinquo néque abeo abs te.

ALCVMENA

Séntio:
Nám qua nocte ad mé uenisti, eádem abis.

IVPPITER

Cur mé tenes?
Témpus est: exíre ex urbe príus quam lucescát uolo.

527 sq. *Nonius p. 362, 16:* praeuertere . . . significat anteponere. Plautus Amphitryone: 'illuc . . . publica' 529. *Nonius p. 43, 18:* concinnare est facere; ut Plautus Amphitryone: 'lacrimante . . . uxorem'

*p. 74* hanc operam *Pylades, Fleckeisenus* subripui *B.* subrepui (i *s. e*) *J* 524. ut prima *Fleckeisenus.* prima *libri* gessissem *ex* cessissem *D.* gessisem *ex* gessiem *J.* cessissem *BE* puplicam *D* 525. enarui *J* amare *E* plurimum *libri* 526. Fácit ne *EJ* ut *s. v. J* tumidam *Acidalius* palmo *J* 527. redeundum est *libri cum Nonio* ih *E* 528. Neme *DJ.* Ne mi *Dousa fil., Brixius ad Mil. gl. 204: at cf. Langenus p. 79* uxorem *s. v. D* praeuertisse *BD cum Nonio.* prę uertisse *J.* preuertisse *E* dicar *Pius* p̃re *B.* prę re *E.* pro re *JF* *V. 529—569 pers. in notae in versuum principiis nullae J* 529. *Versum Mercurio dat Bothius* ]tuam uxorem *J* Lacrimantem *BDE.* lacrimante *Nonius* exabitu *E.* ex habitu *Nonius* *Ante Iovis notam* M *cr. D* 530. ]dibo ac tutum *J* actutum *utroque loco ex* actuum *B.* ac tuum *priore loco E* hic ac tutum *J* ac tutum *E* diu est *(ex* diuest *B) libri* 531. ]bens[ ]linquo *J* tẽ *E* abste *BEJ* 532. ]adme *J* quia *E* adme *E* adnenisti, (, *rubricator ex?) E* 533. ]exurbe *J* Tempus est

Núnc tibi hanc paterám, quae dono mi ílli ob uirtutém datast,
Ptérela rex qui pótitauit, quem égo mea occidí manu, 535
Álcumena, tíbi condono.

ALCVMENA

Fácis ut alias rés soles:
Écastor condígnum donum, quálest qui donúm dedit.

MERCVRIVS

Ímmo sic condígnum donum, quálest quoi donó datumst.

IVPPITER

Pérgin autem? nón ego possum, fúrcifer, te pérdere?

ALCVMENA

Nóli amabo, Amphítruo, irasci Sósiae causá mea. 540

IVPPITER

Fáciam ita ut uis.

MERCVRIVS

Éx amore hic ádmodum quam saéuos est.

---

537. *Nonius p. 198, 33:* Culest [*intra C litteram:* Qualist *Guyetus*] pro qualis est, neutro positum pro masculino. Plautus Amphitryone: 'edepol . . . dedit'

---

*F, Pylades:* Tempus *BDEZ* exurbe *E* priusquam *DJ* lucescat $B^2FZ$: luciscat $B^1DE$. lutescat *J*. hoc luciscat *Scaliger* 534. ]i hanc *J* páteram *E* que *EJ*. que *B* dono mi illi *Acidalius:* dono (dodo *J*) mihi (michi *E*) illic *libri*. mi illic dono *Guyetus, Muellerus p. 331 adn.* (mihi) Nunc hanc pateram quae mihi illic dono *Lomanus p. 7* obuirtutem (ir *e corr. E*) *BEJ* data est *DJ*. data est *ex* dat est *B*. datest *E* 535. Eterela rex rex *E* potitauit (*priore* i *ex corr.*) *D*. portauit *J* 536. ]na tibi *J* ut *s. v. J*

537. Ecastor] Edepol *Nonius*. ]or *J* qualest (*sic F*) *defendunt Meursius, Buechelerus Mus. Rhen. vol. 29 (a. 1874) p. 196 improbante Ritschelio Opusc. t. II p. 617 (cf.* nundinale est *Festi Aul. v. 324).* quale est *BD*. qualis est *EJZ*. culest *Nonius: cf. Jordanus Beitr. p. 94* 538. ]sic *J* sic *bis script. et prius eras. B* qualest *BDEZ*. qualis est *JF: cf. ad v. 537.* qualist *Pius* cui *libri* datum est *JFZ*. datust *BDE* 539. ]gam autem *J* non *Spengelius* 'Nonne' *p. 4:* nonne *libri* possum (p *ex* s) *D* furciferte *B*. furci ferte *E* teperdere *m. 3 ex* tepedere *J* 540. ]amabo (*m. 3 ex* ambo) *J* amphitrio *BD*. amphytrio *EJ* sosie *EJ*. sosie *B* *Secuntur in J in eodem v. verba* aduenias. Iup̃. licet *signo ad v. 544 relata*

541. ]ita ut *J* Examore *EJ* sueuus *B*. seuus, se *in lit. D*. seuus *EJ*

IVPPITER

Núm quid uis?

ALCVMENA

Vt quom ábsim me ames, mé tuam absentém tamen.

MERCVRIVS

Eámus, Amphitruó: lucescit hóc iam.

IVPPITER

Abi prae, Sósia.

Iam égo sequar. numquíd uis?

ALCVMENA

Etiam: ut áctutum adueniás.

IVPPITER

Licet:

Príus tua opinióne hic adero: intro ábi nunc: habe animúm bonum. 545

Núnc te, nox, quae mé mansisti, mítto ut concedás die,
Vt mortalis ínlucescas lúce clara et cándida.
Átque quanto, nóx, fuisti lóngior hac próxuma,

---

542. ]quiduis *J* cum adsim *J* absis *quidam apud Acidalium, Brixius Nov. ann. t. 101 (a. 1870) p. 762* me ames *(alt.* m *ex parte et* es *in lit.) B.* me ames *ex* meam es *D* me tuam absentem *Camerarius.* metuam *(*me tuam *D)* te absentem *BDEJ.* me tuam te absente *FZ* tamen *in DEJZ v. 543 adhaeret: corr. Pylades* 543. amphitrio *BD.* amphytrio *EJ* lucescit $B^2J$ *(*lu cescit *ex* luscescit*)* *FZ:* luciscit $B^1DE$ sciam *E* p̃sosia *BE.* ]re *(*abi p *interc.)* sosia *J* *Post* sosia *spat. 5—8 litterarum BDE* 544. ego sequar *ex* eloquar *D* num quid *J* actutum *ex* actuum *B.* ac tutum *EJ* *Verba* aduenias Iup̃. licet *v. 540 adhaerent in J* 545. Prius enim *Fleckeisenus.* Prius ego *Lindemannus* tuad *Bothius, Ritschelius Op. t. III p. 126* oppinione *EJ* adeçro *E.* ad ero *J* intro abi nunc: habe animum bonum *LG coll. Epid. v. 601:* bonum animum habe *libri.* habe animum bonum *Ritschelius Opusc. t. III p. 126, Luchsius Studemundi Stud. t. I p. 16 ab similibus locis profecti.* eo bonum animum habe *Lindemannus.* modo *(vel* ego*)* bonum animum habe *Ussingius.* bonum animum habe modo *Camerarius.* modo bonum animum habe *Muellerus p. 583* 546. nox *ex* nux *D* que *EJ.* que *D* me *om. EJFZ: add. Pylades* ut] nec *D.* uti *Gruterus* concedas *Camerarius et Gulielmius:* cedas *libri* die *Pylades:* diei *libri* 547. ]mortalibus *J* mortalis $BDE^1$*:* mortalibus $E^3JFZ$ inlucescas *B.* illucessacas *E.* illucescas *JFZ.* illucescat *D, Acidalius.* ille lustret *Lachmannus* et *(sequitur rasura 6 fere litt.) D* *V. 548—550 del. Guyetus* 548. longior iam *Hermannus teste Lindemanno* proxima *EJ*

Tánto breuior díes ut fiat fáciam, aeque ut dispár siet
Ét dies cedát mox nocti. ibo ét Mercurium súbsequar. 550

549. sciat *J* 549. 550. aeque ut dispar siet Et dies cedat mox nocti *posuimus quoniam melius non erat in promptu.* ut aeque (aequę *J.* equę *E. ras. 2 litt. post* aeque *D)* disparet (dispar *Z)* Et dies (diçes *E)* enocte (et nox *Z)* accedat *libri. Locum desperatum multi temptaverunt:* dispar ut dies Aeque noctem accedat *Fleckeisenus duce Goellero ad Trin. p. 60.* Ut aeque dispares Et dies et nox accedant *Pistoris.* ut aeque dispar et Dies e nocte accedat *Bothius.* ut aeque disparet Et nox noctem accidat *Hermannus teste Lindemanno.* ut aeque disparent Et diei e nocte accedat *Pareus*, ut aeque dispares Dies et nox una cedant *Weidnerus Adv. Pl. p. 23,* ut aeque dispar et Aeque ad noctem accedat *H. Hahn De verborum cum praep. comp. structura ed. Halis a. 1878 p. 24, ut taceamus alios* hac ibo *Muellerus p. 572* admercurium *J* sub sequar *m. 3 e* sub sequa *J*

# ACTVS II

## AMPHITRVO. SOSIA

AMPHITRVO

Age í tu secúndum.

SOSIA

Sequór, subsequór te.

AMPHITRVO

Sceléstissumúm te arbitrór.

SOSIA

Nam quam id ób rem?

AMPHITRVO

Quia íd quod neque ést neque fuít neque futúrumst
Mihí praedicás.

SOSIA

Ecceré, iam tuátim

---

554. *Charisius (G. L. I p. 221, 6):* tuatim Plautus in Amphitryone; ubi Sisenna 'ut nostratim'. significat autem tuo more *Idem voc. ex hoc loco excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. t. II p. 271* 555 sq. *Nonius p. 179, 29:* tuatim tuo more. Plautus Amphitryone: 'eccere iam tuatim facit'

---

*Act. II sc. 1* AMPHITRIO · SOSIA · *B.* AMPHYTRIO SOSIA *(haec rubr. litt.)* ·P· *(atram.) E: cf. praef. Asin. p. XIV.* AMPHYTRIO · SOSIA *J: om. D spatio relicto V. 551 sqq. tractat Bentleius ad Cic. Tusc. III 12 (ed. Davisianae)* 551. Age *(A scr. rubricator: ge altero ex errore in priore v. posito et ob id in inferiore repetito) B. ge c. spat. DE* itu *BDE* secundus. Sos. Sequor *J.* secundus sequor. Sos. *FZ* 552. Scelestissimum *libri* te esse *F* arbitror ego *vel* arbitror hominem *Muellerus p. 750* id ob rem *Spengelius 'Reformvorschlaege' p. 336 duce Fleckeiseno Nov. ann. t. 95 (a. 1867) p. 634, qui tamen* quam ob rem istuc *praefert.* obrem *libri Cf. Seyffertus de bacch. p. 45* 553. idquod *J* neque fuit *J* futurum est *libri* 554. Michi *EJ* predicas *E* Ecce rei am *B.* Ecce reiam *DEJ (post* Ecce *ras. vestigia:* re *et* iam *m. 3 coniunctum).* Ecce rem iam *Z: corr. Pius* tuatim *ex Charisio et Nonio Scaliger.* tuautem *BDE (ubi etiam* tu autem *legi potest) J.* tu autem *FZ*

Facís, tuis utí nulla apúd te fidés sit. 555

AMPHITRVO

Quid ést? quo modó? iam quidem hércle ego tibi ístam
Sceléstam, scelús, linguam abscídam.

SOSIA

Tuós sum:
Proinde út commodúmst et lubét, quicque fácias.
Tamén quin loquár haec utí facta súnt hic,
Numquam úllo modó me potés deterrére. 560

AMPHITRVO

Sceléstissume, aúdes mihí praedicáre id,
Domí te esse núnc, qui hic adés?

SOSIA

Vera díco.

AMPHITRVO

Malúm quod tibí di dabúnt atque ego hódie
Dabo.

SOSIA

Ístuc tibíst in manú: nam tuós sum.

AMPHITRVO

Tun mé, uerbero, aúdes erúm ludificári? 565
Tune íd dicere aúdes, quod némo umquam homo ántehac

---

555. facit *Nonius* Facís, tuis uti *Bothius:* Facis ut tuis *libri, quod def. Spengelius l. s. s.* Facis tu, ut tuis *cum Brunckio Fleckeisenus.* Facis uti tuis *Lindemannus* apud te nulla *F* fides sit *Guyetus:* sit fides *libri.* Facis nulla apud te tuis ut fides sit *Bothius*[2. 3] *Cf. praeterea Studemundus de cant. p. 48, Seyffertus de bacch. p. 46* 556. quomodo *BDEJ* 557. abscindam *FZ* Tuus *libri* 558. commodumst et *Camerarius:* commodum siet *libri* iubet *E.* luber *J* quidque *BDEJ.* quicquid *F* faciats *E* 559. quid *E* loquar ego *Brunckius* hęc *EJ* 560. Nunquam *J* potest *B* potest deterrerei *Spengelius l. s. s. p. 336* 561. Scelestissime *libri* michi *EJ* predicare *DEJ* id, d *m.*[2] *e corr. J. om. Bothius* 562. Domite *BE* qud *E* praedico *F* 563. dii *EJ* *Cf. Handii Turs. I p. 482* atquę *J* hodie dabo (Dabo *B*) *libri* 564. *Cf. v. 563* tibi stinmanu nam (*ex* tibi stinmanunam *B*) *BE* (stin manunam). tibi est in (*ex* estin *D*) manu nam (est imanu nunc *J*) *DJ* tuus *libri* 565. Tum *Z* herum *JFZ* ludificare (i *s.* e) *E.* ludificarier *Z* 566. Tum *Z: corr. Pylades* audes dicere *F* unquam *J* ante hac *BEJ*

Vidít nec potést fierí, tempore úno
Homo ídem duóbus locís ut simúl sit?

SOSIA

Profécto, ut loquór, res itást.

AMPHITRVO

Iuppitér te
Perdát.

SOSIA

Quid malí sum, ere, tua éx re proméritus? 570

AMPHITRVO

Rogás me, inprobe, étiam qui lúdos facís me?

SOSIA

Meritó maledicás mi, si nón id ita fáctumst.
Verum haúd mentiór resque utí facta díco.

AMPHITRVO

Hic homo ébrius ést ut opínor.

---

570. *Nonius p. 462, 20:* promeritum etiam in mala parte posuit Plautus in Amphitryone: 'quid . . . promeritus'

---

567. postest *E* 568. semul *Fleckeisenus* 569. loquar *D.* loquo *E* ita est *libri* 570. Perdat *versui 569 adhaeret in libris* mali sumere *(corr. in* sum ere *B) BE, Nonius.* malisum (is *ex* u) ere *D.* mali sum here *J* tua] tanta *Nonius* ex re *ex* exire *D.* exre *BEJ* promeritu[ *J* *Artificia commendat Seyffertus de bacch. p. 21, dissuadet Muellerus p. 311* 571. Rogas me *J ante corr., Seyffertus Philol. t. 29 (a. 1870) p. 385 (cf. Lorenzius Philol. t. 30 (a. 1871) p. 607), probat Muellerus 'Nachtr.' p. 158:* Rogasne *BDEJ correctus, FZ* improbe *libri* ludificas *FZ* facis[ *J* 572. male dicas *J* mihi *BD.* michi *EJ* si non id ita factum est *J* (sinon) *F* (ita id) *ex coniectura haud improbabili:* si id ita (ita *s. v. B)* factum est *BD.* si id ita (*ex* ita id) factum est *E.* si ita id factum est *Z.* nisi id ita f. e. *Acidalius.* si id non ita factum sit *Fleckeisenus Nov. ann. t. 95 (a. 1867) p. 633: quem v. in anapaesticum potius quam in bacchiacum esse corrigendum ne metricae quidem Spengelii rationes persuadent l. s. s. p. 272 sic scribentis:* Meritó maledícas si íd factúmst (si id factumst *iam Ussingius). Ceterum cf. Seyffertus de bacch. p. 19*
573. haut *E* facta est *JF* dic *E.* dicam *ex* die *D*
*V. 574—80 tractat Lomanus p. 10 dimetros trochaicos discribens*
574. *Clausulam utrum anapaesticam* (ebrius est) *dicamus cum Spengelio l. s. s. p. 195 an iambicam cum eodem Philol. t. 26 (a. 1867) p. 720* (ebriust) *dubitamus* Hic homo *Luchsius Hermae t. 6 (a. 1872) p. 274:* homo hic *libri* eb[ *J*

SOSIA

Vtinam ita essem.

AMPHITRVO

Optás quae facta.

SOSIA

Égone?

AMPHITRVO

Tu istic: úbi bibisti? 575

SOSIA

Núsquam equidem bibí.

AMPHITRVO

Quid hoc sit hóminis?

SOSIA

Equidem déciens dixi:
Dómi ego sum, inquam, ere, écquid audis? ét apud te adsum Sósia idem.
Sátin hoc plane, sátin diserte esse, ére, nunc uideor tíbi locutus? 578. 579

---

576. *Donatus ad Eun. II 2, 6:* Quid istuc ornati? inquam] Scire nos conuenit cum recto casu proferatur interrogatio non esse contumeliosum . . . si autem in obliquo, contemptum significari, ut 'Quid hoc est hominis' *e. q. s., quae verba aut ex hoc loco aut ex v. 769 petita esse suspicatur Fleckeisenus Nov. ann. t. 95 (a. 1867) p. 635*

---

*V. 575—584 trochaeos esse primus intellexit Holtzius quamvis errans in singulis. Fleckeiseni recognitionem impugnat Spengelius Plaut. p. 157. Eandem retractat Fleckeisenus Nov. ann. t. 95 (a. 1867) p. 633 sqq., denuo adversante Spengelio Philol. t. 26 (a. 1867) p. 716 sqq.: cf. eiusdem 'Reformvorschlaege' p. 336. Praeterea cf. L. Spengelius Philol. t. 17 (a. 1861) p. 564, Seyffertus de bacch. p. 12, Studemundus de cant. p. 7, Ritschelius Opusc. t. II p. 269, Muellerus p. 148, ut mittamus alios. Cur in hac parte aliorum commenta rarius commemorentur intellegent periti* 575. ista *E* *Ante* Amph. *del.* M *E* opta *JF* quę *EJ* Sos. *om. et s. v. add. E* Ergo.ne *E.* ego me *J* istuc *ut vid. J* bebisti *J.* bibisti *ex* bibiste *D* *Verba* Egone? Amph. Tu istic *cum v. 574 nectit Lomanus p. 10 probante Fleckeiseno, improbante Spengelio Philol. t. 26 (a. 1867) p. 720* 576. Qui hoc si[] homin[] *J* sit homin̄ *E.* fit homini *Ussingius.* hominist *Hermannus teste Lindemanno.* est hominis *Fleckeisenus Nov. ann. t. 95 (a. 1867) p. 635 duce Hermanno: cf. testimonium* ominis *Acidalius* decies *libri (*deties *E)* 577. Domi, domi *Seyffertus de bacch. p. 12* inquam, ere *LG:* inquam *libri.* inquam, domi *Muellerus p. 610.* domi, inquam *Hermannus teste Lindemanno* Et domi ego sum inquam *Spengelius Philol. t. 26 (a. 1867) p. 718.* Domĭ ĕgo inquam sum *Fleckeisenus l. s. s.* et quid *BDEJ* apud te ads[ *J* 578. 579. Statin *J* Sat inhoc *E* diserte esse *Fleckeisenus l. s. s.:* diserte *libri* here *J* locutus *Bothius, Fleckeisenus l. s. s.:* locutus esse

AMPHITRVO

Vah, ápage ted a mé.

SOSIA

Quid est negóti?

AMPHITRVO

Pestis té tenet. 580

SOSIA

Nám quor istuc dícis? equidem uáleo et saluos súm recte.

AMPHITRVO

At ego 581. 582

Fáciam te hodie proínde ac meritu's, út minus ualeas ét miser sis, 583

Sáluos domum si rédiero.

Séquere sis, erum quí ludificas díctis delirántibus: 585

Quí quoniam erus quod ímperauit néglexisti pérsequi,

Núnc uenis etiam últro inrisum dóminum: quae neque fíeri

Póssunt neque fando úmquam accepit quísquam, profers, cárnufex:

Quóius ego hodie in térgum faxo ista éxpetant mendácia.

---

*libri* (esse//// *B.* esse[ *J).* elocutus *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 3: at cf. Langenus p. 188* 580. apage ted *post Guyetum Spengelius* '*Reformvorschlaege*' *p. 337:* apage te (apagete *BE) libri* ame *BEJ* Sos. *postea add. D* negotii *libri* 581. 582. Sos. *postea add. D* quir istuc *E.* qur istuc *BD.* cur ist[] *J* saluus *libri* recte *LG:* recte amphitrio (amphytrio *EJ) libri* At ego *LG (duce Fleckeiseno ut v. 583):* At te (Ate *E.* A te, te *in lit. B.* te *om. Z) libri* 583. Faciam te *LG:* ego faciam *libri: cf. Mahlerus de pronom. colloc. p. 3* (ego te *iam Pylades)* hocedie *Ritschelius Nov. exc. p. 92* proinde ut *Fleckeisenus edidit probante Fuhrmanno Nov. ann. t. 97 (a. 1868) p. 853: cf. Langenus p. 295* meritus es *libri* 584. saluus *libri* rediero *Holtzius:* rediero iam *libri, ubi* iam *aut delendum aut corruptum aut post idem alia intercidisse statuimus; neque enim sic ad antecedentia nec ad sequentia commode refertur, nec proximo versui bene adiungitur* 585. *Cf. v. 584* Sequere *ras. ex* Sequerere *E* si serum *D.* sis erum *ex* siss erum *B.* sir, erum *E.* sic herum *JFZ* erum qui sic *Hermannus teste Lindemanno.* sis me qui *Guyetus.* sis qui erum *Bothius. Cf. Muellerus p. 108* 586. quõ herus *J.* quod herus *F* 587. eciam *J* irrisum *J* quę *EJ* 588. unquam *J* ea profers *Fleckeisenus* carnifex *BDE V. 588 sq. inversa, sed signis recte posita in E* 589. Quo uis *BEJ.* Quouis *Z* hodie *postea add. D*[1] in tergum *Acidalius, Lambinus:* intergo *libri* fasxo, s *del. E* istaec faxo *Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 79* expectant *EJF* mendatia *BE*

SOSIA

Ámphitruo, misérruma istaec míseriast seruó bono, 590
Ápud erum qui uéra loquitur, si íd ui uerum uíncitur.

AMPHITRVO

Quo íd, malum, pactó potest nam (mécum argumentís puta)
Fíeri, nunc utí tu et hic sis ét domi? id dicí uolo.

SOSIA

Súm profecto et híc et illi: hoc quoíuis mirarí licet,
Néque tibi, Amphitruo, ístuc mirum mágis uidetur quám mihi. 595

AMPHITRVO

Quó modo?

SOSIA

Nihilo, ínquam, mirumst mágis tibi istuc quám mihi:
Néque, ita me di amént, credebam prímo mihimet Sósiae,
Dónec Sosia íllic egomet fécit sibi uti créderem.
Órdine omnem rem, út quicque actumst, dúm apud hostis sédimus,

592. *Nonius p. 369, 28:* putare animo disputare . . . Plautus in Amphitryone: 'quo id . . . putet?'

590. Amphitrio *D.* Amphytrio *EJ.* Amphytryo *B* miserrima *libri* istęc *J.* istec *DE* miseria est *libri* 591. herum *J* uera *Pylades:* uerba *libri* 592. potest nam *e Nonio* $E^3$, *Pylades:* potes *(corr. in* putes *B)* nam *libri* meum *Nonius* putet *Nonius* 593. uti tu et hic sis *Lomanus p. 10:* ut tu hic sis *libri.* uti tu hic sis *Camerarius, ubi* sis hic *Guyetus.* ut tu et hic sis *(vel* ut idem*) Ussingius.* ut tu idem et hic sis *Muellerus p. 762.* hic ut tu sis *Bothius*[2, 3]
594. illi *Pareus*[3]*:* illic *libri* cuiuis *D.* cuiuis *ex* cuu uis *ut vid. B.* cui uis *EJ* cuiuis mirari hoc *Guyetus* 595. tibi, Amphitruo *Fleckeisenus (in fine addiderat nom. propr. Camerarius):* tibi *libri.* tibi pol *Weisius* istuc factum *Muellerus p. 605.* istuc mi ere *Gertzius* mirum mirum *mire Spengelius Plaut. p. 22* istuc mage uidetur esse mirum *Guyetus* uideant *vel* uiderent *J* michi *EJ (ex* mihi*)* 596. Quomodo *BJ* Nichilo *J.* nichi lo *E* mirumst *Fleckeisenus:* mirum *libri* m̄ *E.* michi *J* 597. ita me di *(*di*) B.* dii *J) libri.* ita di me *Pylades: cf. Langenus Mus. Rhen. t. 12 (a. 1857) p. 431* credebam *(*b *e corr.) E* mihi met *BDJ.* michimet *E* so.sie *E*
598. illic egomet *Lindemannus, Muellerus p. 30:* ille egomet *(*ego met *EJ) libri.* egomet ille *Guyetus* fecit egomet *Ussingius* 599. Ordine omnem rem ut *Beckerus Studemundi Stud. t. I p. 307:* Ordine *(*Ordinẽ *D)* omne *(*omnẽ *D)* ut *libri.* Ordinem omnem uti *vel* Ordine omne uti *Muellerus p. 223, hoc cum Camerario et Bentleio ad Eun. V 4, 48.* Ordine omnia ut *Fleckeisenus* quidque *J.* quicũque *E.* quicquid *F.* quicquam *Z: corr. Pylades* actum est *libri* quom apud *Fleckeisenus* hostes *ex* hostis *D.* hostes *J: idem* $E^3$ *ex* hostist *ut vid.*

Édissertauít: tum formam una ábstulit cum nómine. 600
Néque lac lactis mágis est simile quam ílle ego similést mei.
Nam út dudum ante lúcem a portu mé praemisistí domum,

AMPHITRVO

Quíd igitur?

SOSIA

Prius múlto ante aedis stábam quam illo aduéneram.

AMPHITRVO

Quás, malum, nugás? satin tu sánus es?

SOSIA

Sic sum út uides.

AMPHITRVO

Huíc homini nescío quid est malí mala obiectúm manu, 605
Póstquam a me abiit.

SOSIA

Fáteor: nam sum obtúsus pugnis péssume.

AMPHITRVO

Quís te uerberáuit?

SOSIA

Egomet mémet, qui nunc súm domi.

AMPHITRVO

Cáue quicquam, nisi quód rogabo té, mihi respónderis.
Ómnium primum íste qui sit Sósia, hoc dicí uolo.

SOSIA

Túos est seruos.

AMPHITRVO

Míhi quidem uno té plus etiamst quám uolo 610
Néque, postquam sum nátus, habui nísi te seruom Sósiam.

SOSIA

Át ego nunc, Amphítruo, dico: Sósiam seruóm tuom

600. cum *J* formam (r *s. v.*) *D* una $E^3$: unam *BDEJ* 601. Nequę *J* lactis *Colerus e cod. Pirckhaimeri teste Pareo, Ritschelius Opusc. t. II p. 573:* lacti *libri* similest *def. Buechelerus l. ad v. 537 exscripto.* simile est *BEJ: idem corr. in* similis est *D.* similis est *FZ.* simil est *Pareus* 602. aportu *EJ* 603. edis *E.* aedes *ex* aedis *D.* aedes *J* stabat *Heraldus* 604. Quas, a *e corr. E* nugassatin tu *B.* nugassat intu *E* c̃ *DE* sumunt uides *E* 605. manu ////// *J* 606. SOS. *praef. E* Post quam *E* ame *EJ* adiit *ex* abiit *J* obtugus *J* 607. *Pers. notam om. E* uerberauit *ex* uerberabit *B* ego met *J* sunt *E* 608. quicquam (quic *s. v.*) *D* michi *EJ.* iam mihi *Fleckeisenus* 609. iste qui sit iste *Z: corr. Pylades* hoc diu *EJ* 610 Tuus *libri* seruus *libri* m̃ *E* etiam est (est etiam *F*) *libri* 611. sum *om. D* seruum *libri* 612. Ad *E* nunc *om. D* amphitrio *BDE.*

Praéter me alterum, ínquam, adueniens fáciam ut offendás domi,
Dáuo prognatúm patre eodem quo égo sum, forma, aetáte item
Qua égo sum. quid opust uérbis? geminus Sósia hic factúst tibi. 615

AMPHITRVO

Nímia memoras míra. sed uidístin uxorém meam?

SOSIA

Quín intro ire in aédis numquam lícitumst.

AMPHITRVO

Quis te próhibuit?

SOSIA

Sósia ille, quém iam dudum díco, is qui me cóntudit.

AMPHITRVO

Quís istic Sosiást?

SOSIA

Ego, inquam. quótiens dicendúmst tibi?

AMPHITRVO

Séd quid ais? num obdórmiuisti dúdum?

SOSIA

Nusquam géntium. 620

AMPHITRVO

Íbi forte istum sí uidisses quéndam in somnis Sósiam.

---

616. *Nonius p. 521, 26:* mira et miracula ueteres pro monstris . . . posuerunt . . . Plautus in Amphitryone: 'nimia . . . meam?'

---

amphytrio *J* dic̣o *(fuit* duo*) D* seruum tuum *libri* 613. Prẹter *J.* Preter *BE* fatiam *B* 614. Dauo *ex* Dabo *D.* Dabo *BEZ: corr. Saracenus* p̄gnatum *E.* pregnatum *BD* patre, eadem qua *Lambinus* formā *J* etate *BE* item *ex* idem *D* 615. ]sum *J* quid op[ ]uerbis *J.* qd̄ opus est uerbis *BD.* qd' opus est uerbis *E* factus est *libri* 616. ]memoras *J* mira memoras *Luchsius Hermae t. 8 (a. 1873) p. 120* set *E* uidisti *codicum Non. plerique*

617. ]introire *J* inaedis *B.* in aedes *ex* in aedis *D.* inedis *E.* inaedes *ut vid. J* nunquam *J* licitum est *libri* 618. ]ille *J* ·IS· *tamquam pers. nota E* iamdudum *D* 619. Quis *ex* Quid *B.* Quid *DEJFZ* sosia est *libri* dicendum est *libri* tibi *om. D EJFZ* 620. Set *E* dudu *D* dudum nusquam gentium. Sosia *E (persona in marg. addita, sed signo post* dudum *relata) Z: corr. Pylades* 621. si istum uides *J (*]si*) F* fortasse *(sic iam Bentleius)* istum uidisse *Ussingius.* forte istum ais uidisse *Gertzius. Nos nil mutamus orationem imperfectam esse censentes* insomnis *BEJ*

SOSIA

Nón soleo ego somnículose erí mei imperia pérsequi.
Vígilans uidi, uígilans nunc te uídeo, uigilans fábulor,
Vígilantem ille mé iam dudum uígilans pugnis cóntudit.

AMPHITRVO

Quís homo?

SOSIA

Sosia, ínquam, ego ille. quaéso, non intéllegis? 625

AMPHITRVO

Quí, malum, intellégere quisquam pótis est? ita nugás blatis.

SOSIA

Vérum actutum nósces, inquam, mé illum seruom Sósiam.

AMPHITRVO

Séquere hac me igitur: nám mihi istuc prímum exquisitóst opus.
Séd uide ex naui éfferantur quae ímperaui iam ómnia.

---

622. Somniculose *habet gl. Pl.: cf. Ritschelius Op. II p. 272 Osbernus p. 549:* Somniculose . . . Plautus in Amphitrione: Non . . . somniculose heri imperia sequi 626. *Nonius p. 44, 8:* Blatis et blateras, confingis aut incondite et inaniter loqueris . . . Plautus in Amphitryone: 'qui . . . blatis' *Osbernus p. 68:* Blatio . . . Plautus in Amphitrione: qui malum intelligere . . . blatis *Cf. idem p. 379*

---

622. somniculosed *dubitanter Ritschelius Nov. exc. p. 89* eri mei *Lindemannus, Lomanus p. 11:* eri (heri *J*) *libri.* mei eri *Muellerus p. 572* erilia imperia exequi *Ritschelius Opusc. t. II p. 272,* erilia *cum Pylade.* erile imperium persequi *Weidnerus Adv. Pl. p. 23* 623. ]s uidi *J* uidi, uti uigilans *Ussingius* nunc te *Camerarius:* nunc (n *alt. s. v. D*) *libri, nisi quod* nunc ego *F.* nunc *del. L. Spengelius Philol. t. 17 (a. 1861) p. 564* factum fabulor *L. Spengelius* fabulabor *EZ: corr. Pylades* uigilans uideo, uigilans tecum *Weidnerus Adv. Pl. p. 23* 624. iamdudum *BD* Vigilantem med ille dudum uigilans *Langenus p. 42* 625. queso *EJ* non *Fleckeisenus:* nonne *BD* (non ne) *EJZ.* non me *F, Bothius* intelligis *J* 626. intelligere *J* blatis *F, Nonius:* blattis *BDEJ.* blactis *Z* 627. ac tutum *J.* actutum *ex* actuum *B* nosces, inquam, me illum *LG:* nosces quam illum nosces *BDE.* nosces inquam illum nosces *JFZ.* nosces. Amph. Quem? Sos. Illum nosces *Camerarius* seruum *libri* 628. hanc *E.* ac *J* me igitur *Fleckeisenus:* igitur me *libri* exquisito est *libri* *V. 629—631 del. Ussingius* 629. Set *E* exnaui eferantur *J* quę *EJ* imperaui iam *Bothius:* iam imperaui *libri*

SOSIA

Ét memor sum et díligens, ut quae ímperes conpáreant: 630
Nón ego cum uinó simitur ébibi imperiúm tuom.

AMPHITRVO

Vtinam di faxínt, infecta dícta re eueniánt tua.

---

**ALCVMENA. THESSALA. AMPHITRVO. SOSIA**

ALCVMENA

Satín parua rés est uolúptatum in uíta atque in aétate agúnda,
Praequám quod moléstumst? ita quoíquest in aétate hominúm conparátum:
Ita dís est conplácitum, uolúptatem ut maéror comés consequátur: 635
Quin íncommodi plus malíque ilico ádsit, boní si obtigít quid.

631. *Nonius p. 175, 15:* simitu simul . . . Plautus Amphitryone: 'non ego . . . tuum' Simitu *habet gloss. Pl.: cf. Ritschelius Op. II p. 258*

630. quę *EJ.* que *B* compareant *libri* 631. uino *(i s. v.) J* simitur *Ritschelius Opusc. t. II p. 258, IV p. 250.* simitu *BFZ, Nonius.* sim itu *ut vid. E.* simul *ex* simitu *D.* simul *B in marg J. Cf. Muellerus p. 570* tuum *libri cum Nonio* 632. difaxint *E.* dii faxint *J* re eueniant *Camerarius.* ret e ueniant *B.* rete ueniant *DE.* re te ueniant *E (*dictare*) J (*t̄ *s.* re*).* recte ueniant *FZ*

*Act. II sc. 2* ALCVMENA ET IDEM AMPH̃ ET SOS̃ · *B.* ALCVMENA ET EIDEM *(minio)* · C · *(atr.) E.* ALCVMENA · AMPHYTRIO *J. om. D spatio relicto V. 633—641 hexametros bacchiacos discripsit Bothius post aliorum conatus varios: cf. A. Spengelius 'Reformvorschlaege' p. 240: tetrametros discripserunt Hermannus de metr. p. 199, Elem. p. 297, L. Spengelius Philol. t. 17 (a. 1861) p. 565. Cf. praeterea Seyffertus de bacch. p. 31. 35, Studemundus de cant. p. 49. 50* 633. atin *c. spat. D.* atui, *ut vid., item E* inuita *EJ* inaetate *J.* inetate *E V. 634. 635 del. Weisius* 634. Prequam *BJ.* P̃ quam *E.* Praeterquam *F.* Prae quę *Z* quod *s. v. E* molestum est *libri* ita quoiquest in aetate hominum comparatum *cum Reizio Hermannus:* ita cuique comparatum est in aetate *(*inaetate *J.* inetate *E)* hominum *libri.* itā quoique in aetate hominum comparatumst *A. Spengelius l. s. s.* 635. *In marg. inf. additus et signo ad suum locum relatus est versus E* Ita dis est complacitum *Hermannus:* Ita dis est *(*est *om. Z)* placitum *libri.* Itā dis est placitum *A. Spengelius l. s. s.* Itaque dis est placitum *Braune Observ. gramm. p. 8* uoluptatiē *(*ē *er.) E.* uoluptati *Z.* uoluptataem *J* męror *D.* meror *BEJ* 636. incommodū *D* Atque incommodi *Ussingius* doni *EJF* maliq̃ *E* optigit *BDEJ* quid *ZB (ex* qđ*):*

Nam ego íd nunc expérior domo átque ipsa dé me sció,
quoi uolúptas
Parúmper datást, dum uirí mei fuít mi potéstas uidéndi
Noctem únam modo: átque is repénte abiit á med hodie
híne ante lúcem.
Sola híc mi nunc uídeor, quia ílle hinc abést, quem ego
amó praeter ómnes. 640
Plus aégri ex hoc ábitu uirí quam ex aduéntu uolúptatis cépi.
Sed hóc me beát saltem, quóm perduéllis
Vicít et domúm laudis cónpos reuénit.
Absít, dum modó laude párta domúm se
Recípiat: feram ét perferam úsque abitum eius ánimo 645

---

quod *D (ex* qd*) EJF* 637. domi *Acidalius, Muellerus p. 625* cui *BDEJ* 638. Parumper *ex* Parum per *B* data est *J* cum uiri *Seyffertus Stud. Pl. p. 8* fuit mi potestas uidendi *Hermannus:* mihi *(*michi *J)* potestas uidendi *(*d *prior ex* u *B.* uiuendi *E)* fuit *libri.* potestas uidendi fuit mi *Bothius, A. Spengelius l. s. s.* 639. abiit a med hodie hinc *LG:* abiit a me *(*me *in lit. D.* ame *EJ)* hinc *libri.* abitiuit a me hinc *A. Spengelius l. s. s.* abiit hinc a med *Koestlinus Philol. t. 36 (a. 1877) p. 360.* abiit a me nunc hinc *Hermannus. (*repentino*)* abiit a med hinc *Bothius*[1] 640. mihi *BD.* m̃ *E.* michi *J* nunc *s. v. B* sola hic mihi uideor nunc *Ussingius* quem *ex* quam *J* propter *E* omns *BDJ.* ōs *E* 641. egri *E.* aegri *(*e *s. v.) J* ex hoc abitu *LG:* ex abitu *BFZ.* exabitu *J.* exhabitu *E.* exaltabitu *D.* ex abitu mei *Lomanus p. 12.* ex eo abitu *Hermannus.* ex baetitu *A. Spengelius l. s. s.* ex abītu *dubitanter Georges teste eodem Spengelio p. 241* quam *ex* quem *B* ex aduentu uolu *in lit. D* exaduentu *EJ* cępi *E.* coepi *BDJ* *V. 642—653 tractavit Hermannus de metr. p. 200 et Elem. p. 298, unde magna ex parte nostra pendet discriptio: quattuor tetrametris quinque subiunxit hexametros cum clausula anapaestica A. Spengelius 'Reformvorschlaege' p. 241. Cf. praeterea Seyffertus de bacch. p. 7. 42, Studemundus de cant. p. 48, ut mittamus alios* 642. Set *E* quom *Pareus:* quum *F.* quam *BDEJ.* quod *Z.* quoniam *E*[3], *Palat. aliquot, Hermannus.* quom omnis *Muellerus p. 265* perduelles *ex* perduellis *D.* perduellis *quadrisyllabum ex hoc quidem metrorum genere expellere non audemus* 643. uicit quod *Hermannus dubitanter* domum laudis compos *(*omum laudis com *in lit.) D* compos *libri* reuenit *Hermannus:* reuenit id solatio *(*insolatio *J)* est *libri* *V. 644 sq. tales esse vult Spengelius l. s. s.:* Id sólatiást. dum modó laude parta ‖ Domúm recipiát se, feram ét perferam usque, *dein secuntur hexametri* 644. Absit *damnant Weisius, Muellerus p. 465.* dum *vel* modo *scribit pro* dum modo *(*dummodo *D) idem Muellerus eodem loco, illud cum Bothio* parta *m*[3]. *ex* porta *J* domum se *Hermannus.* domum *libri: cf. v. 645* 645. Recipiat *Hermannus.* recipiat se *libri: cf. v. 644* perferamus que *B*

Forti átque offirmáto: id modó si mercédis
Datúr mi, ut meús uictor uír belli clúeat,
Satis míhi esse dúcam. 648[a]
Virtús optumúm praemiúmst optumórum, 648[b]
Virtús omnibús rebus ánteit profécto.
Libértas, salús, uita, rés et paréntes 650
Et pátria et prognáti tutántur, seruántur.
Virtús omnia ín sese habét, omnia ádsunt
Bona, quém penest uírtus.

AMPHITRVO

Édepol me uxori éxoptatum crédo aduenturúm domum,
Quaé me amat, quam cóntra amo: praesértim re gestá bene, 655
Víctis hostibús, quos nemo pósse superarí ratust:
Éos auspicio meo átque ductu prímo coetu uícimus.
Cérte enim me illi éxpectatum optáto uenturúm scio.

SOSIA

Quíd? me non rere éxpectatum amícae uenturúm meae?

---

646. atquę *J* offirmato *ex* offormato *D*. obfirmato *J* modo si mercedis *om. JF* si ] est *et sup.* st *m. 2 scripsit λ D* mercedes *BE*. mercedis *ex* mercedes *D* 647. detur *Aldus* mihi *BDJ*. m̄ *E* belli clueat *F*, *Camerarius*. belli ⁄ redeat *(in marg.* ⁄ at clueat *m. 2) B*. belli reducat *EJZ*. belli ut e duçat *D: cf. Anal. Pl. p. 95*. belli reclueat *Guyetus*. belli praeclueat *Pareus* 648[a]. 648[b]. michi *EJ* dicam *ex* ducam *D*. dicam *EJFZ: corr. Pius Ceterum versum 648[b] delet Muellerus p. 466, item Bothius*[1], *Koestlinus Philol. t. 36 (a. 1877) p. 361 Cf. A. Spengelius l. s. s., Seyffertus de bacch. p. 7, alii* optumum *LG: om. libri* praemium *(*premium *E*. premium *J)* est *libri* optumorum *LG:* optimum *libri*. opimum *Lambinus Ceterum v. 648[a] et 648[b] sic iungit Fleckeisenus:* Satís mi esse dúcam. optumúmst praemium uírtus 649. omnis res *A. Spengelius ut in hexametro (*Virtus — profecto*)* ante it *BJ*. ante it *ex* ante id *D*. ante id *E* 650. Liberatas *J* et *om. Z Sup.* 'are| *rasura D* 651 Et patria *Hermannus:* patria *libri* Vtantur *E* 652. insese *EJ* ad sunt *J* 653. ē q̄ *E* penes est *J Anapaesticum esse vult Spengelius l. s. s., iambicum Muellerus p. 50* 654. Edepol, d *e corr. E* demum *E* 655. Quę *EJ* prę sertim *J* 656. *Gravius post* hostibus *interpungit Ussingius* ratus est *J* 657. auspitio *E* ductu *FZ*. inductu *BDEJ: revocant Pareus, Ussingius* cętu *E* uincimus *E* 658. Certo *Ussingius* me enim *F* expeccatum *D* optato *ex* optatū *E*. optatū *FZ*. optatae *Bothius* 659. Qui *Z* expeccatum *D* me non expectatum rere *Z*. me expectatum non rere *Bothius* amicę *EJ* meę *ex* mace *D*. meę *J*. mace *B*. mę *E*

ALCVMENA

Méus uir hic quidemst.

AMPHITRVO

Séquere hac tu me.

ALCVMENA

Nám quid ille huc reuórtitur,
Quí dudum properáre se aibat? án ille me temptát sciens 661
Átque id se uolt éxperiri, súom abitum ut desíderem?
Écastor med haúd inuita sé domum recipít suam.

SOSIA

Ámphitruo, redíre ad nauem méliust nos.

AMPHITRVO

Qua grátia?

SOSIA

Quía domi datúrus nemost prándium adueniéntibus. 665

AMPHITRVO

Quí tibi nunc istúc in mentemst?

SOSIA

Quía enim sero aduénimus.

AMPHITRVO

Quí?

SOSIA

Quia Alcuménam ante aedis stáre saturam intéllego.

AMPHITRVO

Gráuidam ego illanc híc reliqui, quóm abeo.

660. quidem est *libri* Seq̃re *E.* Sequere *J* hac tume *ex* autume *E* me Alcum[ *J* qd *B.* quidem *E* ille huc *Muellerus 'Nachtr.' p. 44:* ille *libri.* illic *Bothius* reũtitur *E* 661. properare se aibat *Bothius (*aibat *cum Guyeto,* se *cum Pylade).* properare sese aiebat *libri, nisi quod* sese ꝓperare *D* 662. se uolt *Acidalius:* si uult *libri* suum *libri* habitum *BDE* 663. med haud *Camerarius:* me haud *(*mehaud *D)* inuita se *ras. ex* inuitasse *E.* inulta se *Guyetus* recepit, r *ex* s *E* 664. Amphitrio *BD.* Amphytrio *EJ* melius est *libri* Alc̃. *pro* Sos̃. *J* Qua *ex* Quã *E* 665. *Post* daturus *eras.* c̃ *in D* nemo est *libri, nisi quod* $m^3$. *ex* nemo potest *J* 666. Quid *J* nunc *del. Pylades* 'istuc nunc 'in *D* in mentemst *Lindemannus:* in mentem *(*inmentem *EJ)* uenit *libri* Qui tibi nunc istuc in mentem *sine* uenit *Bothius* Quia *FZ* Qui *BDEJ* ad uenimus *J* 667. ędis *E.* edes *s. r.* $J^3$ intelligo *J* 668. illanc *Camerarius:* illam *libri* hic illam *Guyetus* quom abeo *F, Pius:* quam abeo *Z.* quam habeo *BDEJ.* quom hinc abeo *Pylades.* quom abeo hinc *Luebbertus Gramm. Stud. II p. 64: at cf. Brixius Nov. ann. t. 101 (a. 1870) p. 428.* quam abeo

SOSIA

Ei, perií miser.

AMPHITRVO

Quíd tibist?

SOSIA

Ad aquám praebendam cómmodum aduení domùm,
Décumo post mense, út rationem té putare intéllego. 670

AMPHITRVO

Bóno animo es.

SOSIA

Scin quám bono animo sím? si situlam cépero,
Númquam mihi diuíni quicquam créduis post húnc diem,
Ni égo illi puteo, sí semel occepso, ánimam omnem intertráxero.

AMPHITRVO

Séquere hac me modo. álium ego isti rei ádlegabo: né time.

---

673. *Nonius p. 148, 6:* occepso coepero Plautus in Amphitryone: 'ni ego . . . intertraxero' *Idem p. 233, 15:* Anima aqua. Plautus Amphitryone: 'ni ego . . . intertraxero' *Idem p. 410, 16:* trahere est rursus leuare . . . Plautus Amphitryone: 'ego . . . intertraxero'

---

*def. Gulielmius et Acidalius (=* priusquam*): refutati a Fleckeiseno Exerc. cr. p. 13* 669. tibi est *libri* adaquam *B* p̄bendam *D.* prębenda *E.* prebendam *J* commodum *in marg. B: om. DEJFZ* 670. Dęc umo postmense *J* mense *ex* mensē *E* racionem *J* putare *Ussingius:* dictare *libri (*tedictare *J).* ductare *Lambinus* intelligo *J* 671. Amph. *om. E* sim *om. Pylades.* sum *Fuhrmannus Nov. ann. t. 105 (a. 1872) p. 813, idem Beckerus Studemundi Stud. t. I p. 280* si situlam *Camerarius.* si *(post* i *una litt. er. B)* situlam iam *libri, nisi quod* sisistulam iam *E.* situlam si iam *Lachmannus,* si sitellam *Hermannus, uterque omisso* sim. *Cf. Muellerus p. 673* cepero *BE.* coep[ *J.* sa cepero *D* 672. Nunquam *J* mihi *Weisius:* edepol tu mihi *libri* diuini, *s. v.* ṭ no *J.* diuino *Z* quicquam *(*quic *s. v.) D.* quicquam *////// J* credius $B^1E$. creduis $B^2$. creduis *D.* creditus *J* diuini quicquam posthac creduis *Ussingius An* Númquam edepol tu míhi post hunc diem díni quicquam créduis *coll. Buechelero Mus. Rhen. t. 35 (a. 1880) p. 628?* quicquam *om. Bothius* 673. si semel *LG:* si *(*ṭ sit *s. v. J).libri cum Nonio* occepso *FZ, Nonius primo et tertio loco,* hoccepsio *secundo:* occepto *BDEJ.* occepso iam *Muellerus p. 572,* iam *ex v. 671 petens* animo *EJF* omne *(*ṭ amnē *s. v.) J.* animam omnem *F* inter traxero *BDEJ* 674. me] ñe *(*e *deleta postea) D* ego *om. F* rei *(om. 2 ex* re*) D* adlegabo *F, Pius:* alligabo *BDEJZ*

ALCVMENA

Mágis nunc me meum offícium facere, si huíc eam aduorsum,
árbitror. 675

AMPHITRVO

Ámphitruo uxorém salutat laétus speratám suam,
Quam ómnium Thebís uir unam esse óptumam diiúdicat
Quámque adeo ciués Thebani uéro rumiferánt probam.
Váluistin usque? éxpectatun áduenio?

SOSIA

Haud uidí magis:
Éxpectatum suóm salutat mágis haud quiquam quám canem. 680

AMPHITRVO

Ét quom grauidam et quóm te pulcre plénam aspicio, gaúdeo.

ALCVMENA

Óbsecro, ecastór, quid tu me déridiculi grátia

676. *Nonius p. 439, 3:* Inter speratam et dictam et pactam et sponsam hoc interest, quod uirgo priusquam petatur sperata dicitur. Plautus in Amphitryone: 'uxorem . . . suam' 678. *Nonius p. 166, 30:* rumiferare dictum honeste rumoribus ferre. Plautus Amphitryone: 'quamque . . . probam' Rumificant *legit Osbernus p. 497*

675. *Versum del. Guyetus, Amphitruoni continuant cum F Lindemannus, fortasse vere* me meum *Lindemannus:* meum *libri* facere si *Camerarius:* faceres *BDE.* facerem si *JFZ* Magis officium nunc meum facere *Bothius*[3]. Magis nunc quam meum officium facere *Gulielmius* aduersum *D.* adũsum *BEJ* 676. Amphitrio *BD.* Amphytrio *EJ* salutat *Nonius.* salutat (at *in litura) B.* salutet (t tat *s. v.) J.* salutet *DE* letus *BDEJ, cod. Colbertinus Nonii.* lectus *reliqui Nonii codd.* 677. optimam *BDEJ* 678. adeo *ex* abeo *B.* abeo (t adeo *s. v.) J.* abeo *ex* adeo *D.* abeo (adeo *m. 3) E.* ideo *Nonius* uero rumiferant *Nonius, Pius, Fleckeisenus ep. crit. p. 19.* uero rumificant *FZ.* uero (o *ex* ũ) rumificant (*ras. s.* u) *D.* uerorum mirificant *B* (ri *s. v.) E.* uero aliter uirorum ificant rummificant[ *J* 679. expectatun *B.* expectastim *E.* expectatum *JZ.* expectatũ ne (ne *eras.) D* /// haud *J* 680. *Vers. damnat Ussingius, sed abiecit hanc sententiam vol. II p. 295* Expectatum suom salutat *LG:* Exspectatũ meũ (m *eras.)* salutat *B.* Expectatu meum salutat *D.* Expectatum eum salutat *EJFZ.* Expectatum *cum* uidi magis *iungit Muretus, disiungit Acidalius.* Nam haec maritum suum salutat *Fleckeisenus* magis *om. Z: add. Pylades* quiquam *Fleckeisenus:* quisquam *libri.* quidquam *Bothius* 681. quom grauidam *Pylades:* quom (quuom *E.* cum *J)* te grauidam *libri* (grauidam *ex* grauidum *J)* quom te grauidam et quom pulcre plenam *Camerarius* cum *J* pulche *E.* pulchre *BDJ* ascipio *BDE* 682. et (*s. v.)* castor *E* tume *BJ* deridiuliculi *B.* deriduculi *J* gracia *J*

Síc salutas átque adpellas, quási dudum non uíderis,
Quási qui nunc primúm recipias té domum huc ex hóstibus?
[Atque me nunc proinde adpellas, quasi multo post uideris.] 685

AMPHITRVO

Ímmo equidem te nísi nunc hodie núsquam uidi géntium.

ALCVMENA

Quór negas?

AMPHITRVO

Quia uéra didici dícere.

ALCVMENA

Haud aequóm facit,
Quí quod didicit íd dediscit. án periclitámini
Quíd animi habeam? séd quid huc uos reuortimini tám cito?
Án te auspicium cónmoratumst án tempestas cóntinet, 690
Quí non abiisti ád legiones, íta uti dudum díxeras?

AMPHITRVO

Dúdum? quam dudum ístuc factumst?

ALCVMENA

Témptas: iam dudúm, modo.

AMPHITRVO

Quí istuc potis est fíeri, quaeso, ut dícis: iam dudúm, modo?

ALCVMENA

Quíd enim censes? te út deludam cóntra, lusorém meum,

---

683. *Auctor Queroli p. 51, 9:* Etiam salutas furcifer, quasi hodie me non uideris?

683—685. *Verba* quasi — quasi *(v. 685) excludit Ussingius: cf. Langenus p. 35. V. 684 sq. del. Muretus Var. l. X 13 et Guyetus, v. 685 Fleckeisenus* 683. appellas *libri* non dudum *Muellerus p. 700* 684. Quasique *Camerarius* qui, q *ex* n *ut vid. E* te| et *F* exhostibus *EJ* 685. *Cf. v. 683—685* Atquę *J* appellas *libri* 686. *De interpungendi ratione* (nisi nunc, hodie) *cf. Goellerus ad Trin. p. 93* 687. Qur *E.* Cur *reliqui* aequum *J.* equum *BD.* equm *E* 688. de discit *J.* dediscit *ex* detiscit *D* an periclitamini, *etiam* t *expuncta, sed puncto deleto E.* anpericlitamini *(*ta *s. v. m. 3) J* 689. animi //// *J* sed | *an* cedo? uos *om. Z: add. Pylades* conuortimini *Fleckeisenus* tam reuortimini cito *Guyetus* 690. Ante *BDEJ.* Ante te *Z: corr. Pius* auspitium *BE* commoratum est *libri* 691. abiisti *F, Camerarius:* abisti *BDEJZ* adlegiones *E* uti *Camerarius.* ut *libri* 692. Dudum *del. Camerarius* istuc *om. D* factum est *libri* iam dudum *Brunckius:* iam dudum pridem *(*priđe *D) libri.* iam pridem *Pylades.* tam dudum *Ussingius: cf. Langenus p. 33 Alia molitur Acidalius*

693. quęso ut *ex* quesut *B.* quęs ut *E.* quęso ut *J* dicis *ex* dicas *E* 694. Quidnam *Langenus p. 267* te ut te deludam *J.* ted ut ludam *Guyetus*

Quí nunc primum te áduenisse dícas, modo qui hinc ábieris? 695

AMPHITRVO

Haéc quidem delíramenta lóquitur.

SOSIA

Paulispér mane,
Dum édormiscat únum somnum.

AMPHITRVO

Quaéne uigilans sómniat?

ALCVMENA

Équidem ecastor uígilo et uigilans íd quod factumst fábulor:
Nám dudum ante lúcem et istunc ét te uidi.

AMPHITRVO

Quo ín loco?

ALCVMENA

Híc in aedibús, ubi tu habitas.

AMPHITRVO

Númquam factumst.

SOSIA

Nón taces?
Quíd, si e portu náuis huc nos dórmientis détulit? 701

AMPHITRVO

Étiam tu quoque ádsentaris huíc?

SOSIA

Quid nunc uis fíeri?
Nón tu scis, Bacchaé bacchanti sí uis aduorsárier,

---

695. habieris *B* 696. Hęc *E*. Hec *D* *Sos. pers. restituit Saracenus: Alcmenae exhibent B D E. om. J F Z* 697. illum somnum *Gertzius Amphitr. pers. om. J F Z* Quęne *E*. Quę ne *J*. Quae ne *B*. Quaenunc *D*. Que ne utique *F* somniet *E J F Z: corr. Hermolaus* 698. factum est *libri* 699. Namdudum *J* inloco *E J* 700. ]ubi *J* Hci *D*. Hic *ex* Hci *B* in edibus (ine dibus *B*) *B E* ubi tute *Fleckeisenus*. cubi tu *Ritschelius Opusc. t. III p. 139* Nusquam *J* factum est *libri* Nontaces *J* 701. ]tu *J* e (*ex* o) portu *D*. eportu *E* 702. ]que *J* huice *Ritschelius Proleg. p. 173*. nunc huic *Lindemannus* nunc uis *Muellerus p. 578:* uis *libri* 703. ]bacchae *J* bacche *B* bacche bacchanti *ex* bacchanti bacche *E* uis *cum Guyeto Ritschelius Proleg. p. 150:* uelis *libri, defensum a Fleckeiseno Nov. ann. t. 61 (a. 1851) p. 41 et Spengelio Plaut. p. 91* aduersarier *libri*

Éx insana insániorem fácies, feriet saépius:
Si óbsequare, uná resoluas plága?

AMPHITRVO

At pol qui cérta res 705
Hánc obiurigárest, quae med hódie aduenientém domum
Nóluerit salútare.

SOSIA

Inritábis crabronés.

AMPHITRVO

Tace.
Álcumena, unúm rogare té uolo.

ALCVMENA

Quiduís roga.

AMPHITRVO

Núm tibi aut stultítia accessit aút superat supérbia?

ALCVMENA

Quí istuc in mentémst tibi ex me, mí uir, percontárier? 710

---

707. *Nonius p. 31, 23:* irritare dictum est proprie pronocare: tractum a canibus, qui cum prouocantur irriunt . . . Plautus Amphitryone: 'irritabis crabrones' 710. *Nonius p. 44, 13:* percontari diligenter inquirere. Plautus Amphitryone: 'qui istuc . . . percontarier?' Et est proprietas uerbi ab eo tracta, quod uada in fluminibus contis exquiruntur

---

704. Exinsana *E.* ]insana *J* faties *B* sepius *BDEJ* 705. obsequare una *Camerarius, Bentleius:* obsequar funa *B* (funare soluas) *E.* obsequar funa *D.* obsequaris una *J* (]obs.) *FZ* re soluas *D.* te soluas *Scioppius.* te absoluas *Muretus V. l. X 13.* (unam) rem soluas *Pistoris.* te exoluas *Lindemannus* qui *BDE: cf. Fleckeisenus 'krit. Misc.' p. 32.* quin *JFZ* certares *BE.* certa rest *Ritschelius Opusc. t. II p. 429, quam coniect. reicit in adn.* 706. ]nc *J* Hanc obiurigarest *Ritschelius Opusc. t. II p. 429.* Hanc est obiurgare (obuirgare *B.* adiurgare *EJFZ: corr. Hermolaus) libri, ubi* Est hanc *Guyetus. Cf. Fleckeisenus 'krit. Misc.' p. 32, Ritschelius Noc. exc. p. 46* quae med *Ritschelius loco modo comm. duce Bothio.* quae (que *EJ.* que *D)* me *libri* hocedie *idem Ritschelius eodem loco cum Fleckeiseno l. c. p. 32.* huc hodie *Guyetus Varia molitur Muellerus p. 727* 707. Inritabis, r *s.* n *add. D.* irritabis *J, Nonius* crabones *B.* crabrones *ex* crabones *E* 708. Quid uis *BDEJ* roga *Aldus:* rogare roga *libri* 709. Num *Camerarius:* Nunc *libri* stulticia (l *s. v. D) BDJ* 710. Quid *F.* Quia *J* mentemst *Gulielmius, Scioppius e Langianis:* mente est *libri* (immente *EJ) cum Nonio* ex me *ex Nonio Bothius: om. libri* miuir *J* percontrarier *EJ*

AMPHITRVO

Quía salutare áduenientem mé solebas ántidhac,
Áppellare itidem út pudicae suós uiros, quae súnt, solent.
Eó more expertém te factam aduéniens offendí domi.

ALCVMENA

Écastor equidém te certo heri húc aduenientem ílico
Ét salutaui ét ualuissen úsque exquisiuí simul, 715
Mí uir, et manúm prehendi et aúsculum tetulí tibi.

SOSIA

Tún heri hunc salútauisti?

ALCVMENA

Et té quoque etiam, Sósia.

SOSIA

Ámphitruo, speráui ego istam tíbi parturam fílium:
Vérum non est púero grauida.

AMPHITRVO

Quíd igitur?

SOSIA

Insánia.

---

713. *Nonius p. 359, 1:* offendere inuenire . . . Plautus Amphitryone: 'eo more . . . domi' 719. *Servius in Verg. Aen. IV 229 (I p. 506, 8):* 'grauidam imperiis'] . . ideo . . 'grauida' ablatiuo iungitur, quia etiam grauis illa re dicimus, unde est huius origo sermonis. sic Plautus in Amphitruone: 'uxor tua non puero, sed peste grauida est'

---

711. Quia si salutare *EJ* (]si) *Z: corr. Hermolaus* uenientem *Z* ante hac *B (in* antidhac *corr.) J.* antehac *FZ: corr. Pylades* 712. itide *E* pudicę *J.* pudice *E* quę *EJ.* que *D* 713. experte factam *Nonius* tenebrosum offendi *Nonius, ubi* tenebrosum *ex sequentibus irrepsisse vidit Guyetus* domum *Z: corr. Hermolaus.* modo *Gruterus* 714. equidem $B^2FZ$: quidem $B^1DEJ$ heri huc *Muellerus p. 572 Pylade duce:* heri *libri.* domum heri *idem Muellerus eodem loco.* heri hic *Camerarius* aduenientem heri *Lindemannus* illico *DE* 715. ualuissen *Muellerus 'Nachtr.' p. 102:* ualuissesne (ualuisses ne *BEJ) libri* 716. prehendi *B.* praehendi *D.* apprehendi *Bothius ex cod. Guelferb.* et *s. v. B* osculum *libri* te tuli *BE.* retuli *J.* detuli *FZ: corr. Hermolaus* 717. saluta uisti *B* Amph. Et *DE* te *om. JF* 718. Amphitrio *BD.* Amphytrio *EJ* parturam *Bentleius, Lindemannus:* parituram *libri* 719. Quid *ablativum esse posse dicit Ritschelius Nov. exc. p. 61* igitur *excusat Ritschelius Proleg. p. 177:* igitūr *defendunt Fleckeisenus Nov. ann. t. 61 (a. 1851) p. 34, W. Wagnerus Mus. Rhen. t. 22 (a. 1867) p 120* Alc. Qui igitur sum *Muellerus p. 48.* Qui igitur est *Guyetus*

ALCVMENA

Équidem sana sum ét deos quaeso, ut sálua pariam fílium: 720
Vérum tu malum mágnum habebis, si híc suom officiúm facit:
Ób istuc omen, óminator, cápies quod te cóndecet.

SOSIA

Énimuero praegnáti oportet múlieri malúm dari,
Vt quod obrodát sit, animo sí male esse occéperit.

AMPHITRVO

Tú me heri hic uidísti?

ALCVMENA

Ego, inquam, sí uis deciens dícier. 725

AMPHITRVO

Ín somnis fortássis?

ALCVMENA

Immo uígilans.

AMPHITRVO

Vae miseró mihi.

SOSIA

Quíd tibist?

---

727. *Nonius p. 17, 31:* delirare est de recto recedere. Lira autem est fossa recta, quae contra fines tuendos ducitur et in quam uligo decurrat . . . Plautus Amphitryone: 'delirat uxor'. — *Idem p. 159, 2:* percitum dictum est percussum. Plautus Amphitryone: 'delirat . . . percita est'

---

*(*Qui *cum Lambino:* est *F)* Qui igitur? Sos. Peste, insania. *coll. Servio Schoellius* 720. sana *ex* sanu *D* quęso *EJ.* queso *B* 721. magnum malum *FZ* suum officium *BDEJZ.* officium suum *F* 722. istu come nominator *(ras. s.* ator*) D.* istuc ame *(ex* istucame *B.* Obistucame *ex* Obis tucame *E)* nominator *BEJFZ (*a me *FZ): corr. Scutarius* concedet *BDE* 723. Enim uero *J* pregnati oportet *B (ex* pregnatio portet*) E (*pregnati, oportet *alt.* o *ex* e*).* pregnanti oportet *(*pregnãti// portet *D) DJ* mulieri malum *Lindemannus.* et malum et malum *(alt.* et malum *del. D²) BDE.* et malum *JF.* malum *Z Verba tradita def. Ussingius, pro quibus* ad malum malum *Bothius,* malum, non malum *Guyetus* 725. Tun *F, Fleckeisenus* siuis *EJ.* sis me *Lambinus* decies *libri* dicier *Fleckeisenus, Lachmannus:* dicere *(ex* decero *in litura D) libri.* dixero *Pareus*[3] 726. Insomnis *J* fortassis *Fleckeisenus:* fortasse *libri. del. Guyetus* Immo uigilans *A. Spengelius Plautus p. 23:* Immo uigilans uigilantem *libri.* Vigilans, inquam *Muellerus p. 641* Vae *(*Ve *DJ.* Vę *E)* misero mihi *(*m̄ *EJ) libri.* Vae mihi *cetera servantes Pylades, Ussingius.* Ei mihi *Fleckeisenus, ut alios mittamus* 727. tibi est *libri* delerat *F*

AMPHITRVO

Delírat uxor.

SOSIA

Átra bili pércitast:
Núlla res tam délirantis hómines concinnát cito.

AMPHITRVO

Ýbi primum tibí sensisti, múlier, inplicíscier?

ALCVMENA

Équidem ecastor sána et salua súm.

AMPHITRVO

Quor igitur praédicas 730
Té heri me uidísse, qui hac noctu ín portum aduectí sumus?
Íbi cenaui atque íbi quieui in náui noctem pérpetem
Néque pedem meum huc íntuli etiam in aédis, ut cum exércitu
Híne profectus sum ád Teleboas hóstis eosque ut uícimus.

ALCVMENA

Ímmo mecum cénauisti et mécum cubuistí.

AMPHITRVO

Quid est? 735

ALCVMENA

Véra dico.

AMPHITRVO

Nón quidem hercle de hác re: de aliis néscio.

---

729. *Cf. glossae quas attulit Loewius Prodr. p. 258*

---

Atrabili *E* percita est *libri cum Nonio* 728. delirantis *ex* deliransis *D.* delirantis *m.*[2] *ex* declarantis *J* hominis *D.* ihomines *B* concinat *E.* concinnant *J* 729. Vbi tu *Fleckeisenus* tibi *om. EZ: add. Hermolaus* impliciscier *(cie in litura D.* impliscier *J) libri* 730. *Sosiae notam praem. E* quor *libri* predicas *DJ* 731. me heri *Camerarius* inportum *EJ* aduenisti *E* 732. caenaui *J* innaui *EJ* *V. 733 sq. del. Guyetus* 733. pedem meum huc *Bothius:* meum pedem huc *libri.* meum huc pedem *Muellerus p. 398* intituli *J.* tetuli *Scaliger* inedis *E.* inaedes *J* 734. ad teloboas *DJ (*ad *ex* at*).* adteloboas *BE* hostes *J* ut uolumus uicimus *F* 735. cenauisti, e *ex* a *E.* cęnauisti *J.* cenasti *F* Quid est *Aldus:* Quid id est *(*idē *E) libri.* Quid? hem *Acidalius* *Post h. v. ponunt Pius, Pylades, Meursius versum Nonii p. 454 (fragm. VIII)* scelesta *scribentes* 736. quidem hercle de hac re *Camerarius:* de hac quidem hercle re *libri (*rede *E): quod tutatur Fleckeisenus ep. crit. p. 19.* de hac re quidem hercle *Ussingius.* de hac quidem

ALCVMENA

Prímulo dilúculo abiisti ád legiones.

AMPHITRVO

Quó modo?

SOSIA

Récte dicit, út conmeminit: sómnium narrát tibi.
Séd, mulier, postquam éxperrecta's, té prodigialí Ioui
Aút mola salsa hódie aut ture cónprecatam opórtuit. 740

ALCVMENA

Vaé capiti tuó.

SOSIA

Tua istuc réfert, si curáueris.

ALCVMENA

Íterum iam hic in me ínclementer dícit, atque id síne malo.

AMPHITRVO

Táce tu. tu dic: égone abs te abii hinc hódie cum dilúculo?

ALCVMENA

Quís igitur nisi uós narrauit mi ílli ut fuerit praélium?

AMPHITRVO

Án iam id tu scis?

ALCVMENA

Quíppe qui ex te audíui, ut urbem máxumam 745
Éxpugnauissés regemque Ptérelam tute occíderis.

---

739 sq. *Nonius p. 44, 18:* prodigia dicta sunt porro adigenda. Plautus Amphitryone: 'sed mulier . . . oportuit'

---

hercle re: nam *Muellerus p. 318* 737. abiisti *F, Pylades:* abisti *BDEJZ* adlegiones *J* leginnes *vel* legumes *E* Quomodo *BDJ* 738. commeminit $B^2$ *in marg. et* $B^1$ *corr., F:* comminit $B^1$ *ante corr. DEJZ.* conniuit *Palmerius.* conniuet *Pontanus* 739. post quam *E* experrecta es te *ex Nonio Lindemannus:* experrecta es *libri (*ès *D)* prodigiali te *Lachmannus* 740. mola salsa *ex* mosassa *D* hodie hodie *(prius deletum) D* thure *J* comprecatam *J, Nonius.* conpraecatam *BD* opo[ *J* 741. *Vers. del. Guyetus* Ve *BDEJ* tuo istuc erit nisi *Palmerius* Tua *m.*² *ex* Tu *J* 742. inme *EJ* si ne *E* 743. tu *alt. om. D* Ego ne *J* abste *BJ* abiih in hodie *B.* abii hin hodie *E* hodie] primo *Muellerus p. 373 de codicibus errans* 744. mihi *BDJ.* michi *E* illi ut *ex* illiut *ut vid. D.* illid ut *J.* illic ut *Z.* illud ut *F* fueruit *J* proelium *D.* prelium *J* 745. An iam id tu scis *Lindemannus:* An etiam *(*etiam *om. J)* id *(ex* ul *D)* tu scis *libri.* An etiam id scis *Guyetus.* Eho an etiam id scis *Muellerus p. 436.* An et id tu scis *Pylades* Quippe qui *BDEZ recte.* Quippe quae *J (*que *J) F, Pylades.* Quippe *Fleckeisenus* exte *EJ* maximam *libri*

AMPHITRVO

Égone istuc dixí?

ALCVMENA

Tute istic, étiam adstante hoc Sósia.

AMPHITRVO

Aúdiuistin tú me narrare hódie haec?

SOSIA

Vbi ego audíuerim?

AMPHITRVO

Hánc roga.

SOSIA

Me quídem praesente númquam factumst quód sciam.

ALCVMENA

Mírum quin te aduórsus dicat.

AMPHITRVO

Sósia, age me huc áspice. 750

SOSIA

Spécto.

AMPHITRVO

Vera uólo loqui te, nólo adsentarí mihi.
Aúdiuistin tu hódie me illi dícere ea quae illa aútumat?

SOSIA

Quaéso edepol, num tú quoque etiam insánis, quom id me intérrogas,
Qui ípsus equidem núnc primum istanc técum conspició simul?

AMPHITRVO

Quíd nunc, mulier? aúdin illum?

ALCVMENA

Ego uéro, ac falsum dícere. 755

---

747. Ego ne *EJ* istud *D*. istic *F* tu te *E* istuc *Meursius* 748. Audistin *Z, Bentleius* narrare, *alt.* a *ex* e *E* hodie haec *Fleckeisenus:* haec (hec *DF*) hodie *BDF*. hoc hodie *EJZ* . 749. SO. *praem. Bothius* presente *DJ*. p̄sentē *E* factum est *J*. Factus est *BE*. Factūs est *D* 750. quinte *BDJ* aduersus *libri* age me huc *m.*² *ex* me huc age *J* 751. *Sos. pers. om. E* amphitrio uera (amphitrio *del. et* AMPHI *s. v.*) *D* loqui (o *s. v.*) *D* michi *E* 752. Audistin *Z: corr. Pylades* me *ex* michi *E* me hodie *Kellerhoffius p. 57* illi *om. EZ: add. Hermolaus* ea *om. F* quę *EJ*. que *D* 753. Quęso *EJ* q̃m *J*. quum *Z*. quoniam *F* 754. ipsos *E*. ipsŏs *D*. ipsŏs *B*. ipsius *JZ: corr. Hermolaus* istanc *ex* ista ne *B* conspitio *BE* 755. 756. Quid (*sic F*) nunc (*vel* Qui nunc) *Acidalius:* Qui nunc *BDE, Fleckeisenus ep. crit. p. 19: at cf. Seyffer-*

AMPHITRVO

Néque tu illi neque míhi uiro ipsi crédis?

ALCVMENA

Eo fit, quía mihi
Plúrumum credo ét scio istaec fácta proinde ut próloquor.

AMPHITRVO

Tún me heri aduenísse dicis?

ALCVMENA

Tún te abisse hodie híne negas?

AMPHITRVO

Négo enimuero et me áduenire núnc primum aio ad té domum.

ALCVMENA

Óbsecro, etiamne hóc negabis, te aúream paterám mihi 760
Dédisse dono hodié, qua te illi dónatum esse díxeras?

AMPHITRVO

Néque edepol dedí neque dixi: uérum ita animatús fui
Ítaque nunc sum, ut eá te patera dónem. sed quis istúc tibi
Díxit?

ALCVMENA

Equidem ego éx te audiui et éx tua accepí manu
Páteram.

AMPHITRVO

Mane, mane, óbsecro te. nímis demiror, Sósia, 765
Quí illaec illic mé donatum esse aúrea paterá sciat,

---

*tus Stud. Pl. p. 18.* Quin nunc *JZ* *Verba* Alc. Ego . . . credis *add.* $B^2$ *in marg.: om.* $B^1DEJFZ$ dicere *(re abscissa charta evanuit)* $B^2$ michi $B^2$ quia michi *E.* qui mihi *J* 757. Plurimum *(*Plurimum et *D) libri* istaec *Lambinus:* ista *(ras. s.* a *D)* hec *(*et *D* [e *s.* t] *EJFZ) libri.* ista *Pylades* pro inde *J* proloquar *D* 758. Alcm. *ex* Amph. *post* dicis *D* Tunte *B.* Tun me *J* abiisse *Pylades* hodie *om. Z: add. Hermolaus* 759. Ego *Z: corr. Saracenus* enim uero *BEJ* etme *E* aduenire *ex* aduenere *BD.* aduenere *E* adte *J.* ate *E* 760. etiam ne *BEJ* michi *E* 761. hodie dono *D* Te dedisse hodie *Ritschelius Proleg. p. 126.* Dono hodie dedisse *Guyetus (omisso* illi*)* illic *(*c *s. v.) D.* illic *JFZ* 763. Itaque *J* ut eate *B.* utate *(*e *s.* a*) D* set *E* 764. Equidem ego *Fleckeisenus:* Ego equidem *BEJFZ et ut vid. D. cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 19.* Ego quidem *Pareus* exte *EJ* extua *EJ* 765. obsero *J* demimor *E.* demirnor *(*r prior *ex* m*) B.* dimiror *ex* demireor *ras. D.* demiror *ex* deminor *m. 2 J* 766. illa ec *E.* illec *J* illi *E* patera *ex* patero *J* sciat *E.* sciat *in ras. B, ubi m. 1 in marg.* sciat *repetivit.* sciat *ex* sicat *D*

Nísi tu dudum hanc cónuenisti et nárrauisti haec ómnia.

SOSIA

Néque edepol ego díxi neque istam uídi nisi tecúm simul.

AMPHITRVO

Quíd hoc sit hominis?

ALCVMENA

Vín proferri páteram?

AMPHITRVO

Proferrí uolo.

ALCVMENA

Fíat. heus tu, Théssala, intus páteram profertó foras, 770
Qua hódie meus uir mé donauit.

AMPHITRVO

Sécede huc tu, Sósia.
Énimuero illud praéter alia míra miror máxume,
Si haéc habet illam.

SOSIA

An étiam credis íd, quae in hac cistéllula
Tuó signo obsignáta fertur?

AMPHITRVO

Sáluom signumst?

SOSIA

Ínspice.

---

770. *Charisius (G. L. I p. 201, 5):* intus Plautus in Menaechmis . . . idem in Bacchidibus . . . in Amphitryone non minus

---

767. narrasti *F* hęc *EJ* 768. ego edepol *F* nisitecum (si *s. v.*) *D* 769. *Cf. v.* 574 hoc est *Fleckeisenus* sit, it *m.*[3] *corr. vel. planiores factae E* hominis *B.* ominis *Acidalius* hoc fit homini *Ussingius* pateram *J* 770. heus tu *Acidalius:* tu *libri.* i tu *idem.* at tu *Bothius*[2]. tute *Lambinus* thessala *ex* thes sala *B.* tessala *J* proferto *ex* profecto *BD.* profecto *EJ* foras *ex* faras *D* 771. Quia *J* me donauit *Bothius:* donauit me *libri* tu *om. D* 772. Enim uero *EJ* preter *E* maxime *libri* 773. hęc *J* illam *Brixius Nov. ann. t. 101 (a. 1870) p. 762:* pateram illam *libri* anetiam *J* etiam *del. Ussingius* idq̄, q̄ *m.*[3] *e corr. E* inhac *EJ* id credis quae hac in cistula *Guyetus (*id credis *cum Camerario).* id credis quae in cistellula *(vel* quae hac cistellula*) Bothius.* quae in cistellula *Lomanus p. 8* 774. Tuo *ex* Tua *D* ferunt *EZ* Saluum *libri* signum est *libri*

AMPHITRVO

Récte: itast ut óbsignaui.

SOSIA

Quaéso, quin tu istánc iubes 775
Pró cerrita círcumferri?

AMPHITRVO

Id édepol qui factóst opus:
Nam haéc quidem edepol láruarum plénast.

ALCVMENA

Quid uerbís opust?
Ém tibi pateram: éccam.

AMPHITRVO

Cedo mi.

ALCVMENA

Age áspice huc sis núnciam
Tú, qui quae facta ínfitiare, quem égo iam hic conuincám palam.
Éstne haec patera, quá donatu's ílli?

AMPHITRVO

Summe Iúppiter, 780
Quíd ego uideo? haec eást profecto pátera. perii, Sósia.

SOSIA

Aút pol haec praestrígiatrix múlto mulier máxumast

---

775. 776. *Nonius p. 261, 33:* [circumferre] lustrare. Plautus in Amphitryone: 'iube istam pro cerritam circumferri'

---

775. Rectæ *B* ita est *libri* Quęso *EJ* quintu *J* *Cf. Nonii testimonium* 776. Procerrita *E* pro cerritam *F, Nonius* circum ferri *J* Id *(vel* Ita*)* edepol *Muellerus p. 641:* Edepol *libri* quin *J, Pius.* quid *F* facto est *libri* 777. edepollarum arum *E.* edepollarum *(s. v.* aliter ararum*)* harum *J.* edepol laruiarum *Bentleius* plena sunt *EJFZ* *Alcum. pers. add. Saracenus: om. libri* opust, t *m.*[3] *in ras. 3—4 litt. E.* opus est *JF* 778. Hem *JFZ* En pateram tibi *Fleckeisenus* Amph. Cedo *Angelius:* Alc. Cedo *BD.* Alc. Credo *EJF* (crede*) Z* mihi *BDJ.* ih *E* *Pers. ante* Age *add. Angelius: om. libri* inspice *J* nunc iam *J.* nuntiam *BE* 779. quiquae *B.* quique *EJ* inficiare *J* hic *om. JF* conuinciam *J* 780. Est ne *BEJ* hęc *E.* heac *J* patera *J* donatus *libri* illi *D.* illic *JFZ* iuppiter *ex* ippiter *D* 781. ]uideo *J* haec *(*hęc *E.* hec *J)* ea est *(*aea est *B) libri, nisi quod* haec est ea *Z (corr. Pylades).* haec est *Pareus*[3]. haec ea *(*profectost*) Bothius* 782. ]haec *J* hęc *E* praestigiatrix *BDFZ.* prestigiatrix *EJ* mulier multo *DJFZ: idem ex*

Aút pateram hic inésse oportet.

AMPHITRVO

Ágedum, exolue cístulam.

SOSIA

Quíd ego istam exoluam? óbsignatast récte. res gestást bene:
Tu álium peperisti Ámphitruonem, ego álium peperi Sósiam: 785
Núnc si patera páteram peperit, ómnes congeminátuimus.

AMPHITRVO

Cértumst aperire átque inspicere.

SOSIA

Víde sis signi quíd siet,
Né posterius in me culpam cónferas.

AMPHITRVO

Aperí modo.
Nam haéc quidem nos délirantis fácere dictis póstulat.

ALCVMENA

Vnde haec igitur ést nisi abs te, quaé mihi donó datast? 790

AMPHITRVO

Ópus mist istuc éxquisito.

SOSIA

Iúppiter, pro Iúppiter.

---

multo mulier *E* maxima est *libri* 783. ]pateram *J* hic pateram *Fleckeisenus* inessę *E* Agedũ ea *D*. Age dum eam *J*. age dum ea *E* exolue *Muellerus 'Nachtr.' p. 60:* eam solue *libri*. hanc solue *Guyetus*. solue *Pareus*[3]. solue eam *Lomanus p. 8* 784. ]ego *J* exsoluam *libri* obsignata est *J* rectae *D* gesta est *libri* 785. ]peperisti *J* alium peperisti *Fleckeisenus:* peperisti *libri* amphitrionem *BD*. amphytrionem *EJ*. alium Amphitruonem *Ussingius*. Amphitruonem alium *Guyetus* ego alii *E* 786. patera pateram *D (cf. Kiesslingius Mus. Rh. t. 24 (a. 1869) p. 412 et Kellerhoffius p. 59):* pateram patera (patera *m.*[3] *s. v. J) reliqui* omnis *libri praeter FZ* 787. Certum est *libri* atquę *J* Vides si signi *BEJ*. uides sis igni *D* sit *D* *Cf. Beckerus Studemundi Stud. t. 1 p. 186* 788. *Alc. pers. praem. D, erasit B* Nec *E* inme *BEJ* culpam in me *F* transferas *Z* 789. hęc *E*. heacc *J* de lirantis *J* 790. hęc *EJ* abste *BJ* quę *EJ* michi *EJ*. tibi *Lachmannus* data est *libri* mihist dono data *Fleckeisenus*. datast dono mihi *Guyetus* 791. Opus mihi (modo mihi *F*. michi *J)* est *BDJFZ*. Opustibi est *ut vid. E*. Opus est mi *Pylades* proiuppiter *E*. iuppiter *JF*

AMPHITRVO

Quíd tibist?

SOSIA

Hic pátera nulla in cístulast.

AMPHITRVO

Quid ego aúdio?

SOSIA

Íd quod est.

AMPHITRVO

At cúm cruciatu iám, nisi apparét, tuo.

ALCVMENA

Haéc quidem apparét.

AMPHITRVO

Quis igitur tíbi dedit?

ALCVMENA

Qui mé rogat.

SOSIA

Mé captas, quia túte ab naui clánculum huc aliá uia 795
Praécucurristi átque hinc pateram túte exemisti átque eam
Huíc dedisti, póste rursus óbsignasti clánculum.

AMPHITRVO

Eí mihi, iam tú quoque huius ádiuuas insániam?
Aín heri nos áduenisse huc?

ALCVMENA

Áio, adueniensque ílico
Mé salutauísti et ego te et aúsculum tetulí tibi. 800

---

792. tibi est *libri* incistulast *E*. incistula (in cistula *D*) est *DJ* 793. ]quod *J* est *Brixius Nov. ann. t. 101 (a. 1870) p. 762:* uerust *BDEZ*. uerum est *JF*. uerum *Bothius*. est uerum *Muellerus p. 290* At cum (actum *FZ: corr. Pius*. At tum *BE*. At cum *ex* At tum *D*) cruciatu iam (crutiatu *BD*. iam *ex* sam *D*, *ex* lam *B*. cruciatulam *J*. cruci attulam *E*) *libri*. At cruciatu iam *Fleckeisenus*. At cum cruciatu ni *Camerarius* 794. Hęc *E* Qui *ex* Quis *ras. B* rogat *ex* ragat *D* *V. 795. 796 inversi in E, sed signis recte positi* 795. Captas me *Bothius* tu te *E* abnaui *EJ* 796. Precucurristi *BE*. Prę cucurristi *J*. Praecurristi *Gruterus cum aliis* tu te *E* exemisti (e *2 s. v.*) *D* . ////atque *J* 797. poste *LG:* posthac (post hac *BEJ*) *libri: quod recte in suspicionem vocat Muellerus p. 543.* postea *Langenus p. 260* rursus *Camerarius:* rursum *libri* obsignauisti *Fleckeisenus, Ritschelius Opusc. t. II p. 295: at cf. Nov. exc. p. 44* 798. iam tu (s *post* u *eras.*) *B*. etiam tu *Fleckeisenus* 799. herinos *E* nos uenisse *Z: corr. Angelius* illico *BDE* 800. osculum (obsculum *J*) *libri* te tuli *BJ*.

SOSIA

Iám illuc non placét principium de aúsculo.

AMPHITRVO

Perge éxequi.

ALCVMENA

Láuisti.

AMPHITRVO

Quid, póstquam laui?

ALCVMENA

Accúbuisti.

SOSIA

Euge euge óptume:
Núnc exquire.

AMPHITRVO

Ne ínterpella. pérge porro dícere.

ALCVMENA

Céna adpositast: cénauisti mécum: ego accubuí simul.

AMPHITRVO

Ín eodemne lécto?

ALCVMENA

In eodem.

SOSIA

Ei, nón placet conuíuium. 805

AMPHITRVO

Síne modo arguménta dicat. quíd, postquam cenáuimus?

ALCVMENA

Té dormitare aíbas: mensa ablátast: cubitum hinc ábiimus.

---

tutuli *E.* detuli *F* 801. *Sos. pers. praem. Bothius, Amphitruonis libri* illuc *ut vid. E.* illud *FZ* principium *om. Z: add. Hermolaus* deosculo *(de in litura) B.* de osculo *DE.* de obsculo *J* Amph. Perge *Bothius:* pergam *libri (a m. 2 in ras. J).* perge *Muretus V. l. X 13* exsequi *BD* Alc. Pergam exequi. *Angelius.* Alc. Pergam exequi? *Gertzius* 802. post quam *E* accubuisti *m. 2 ex* accubisti *J.* Tum *vel* Ibi accubuisti *Muellerus p. 642* Euge euge *Muellerus eodem loco:* Euge *libri* optime *BDE* 803. Neinter pella *B.* ne inter pella *E* 804. Cęna *J* adposita est *BE.* apposita est *DJ* concenasti *Bothius e cod. Monacensi, quod reicit Fleckeisenus ep. crit. p. 19* acubui *J* 805. In eodemne *Fleckeisenus, Lachmannus:* In eodem *(*Ineodem *E) libri* Ineodem *EJ* eodem lecto. Alc. haud placet *Guyetus* 806. argumentum *J* dicat *ex* dicit *B.* dicit *D* post quam *(*quam *s. v. D) DE* cęnauimus *J* 807. dormitasse *E* aibas *Guyetus:* aiebas *JFZ.* aiebas *ex* alebas *D.* alaebas *E.* aiebas *ex* aiabas *B* ablata est *libri* abiimus *Camerarius:* abimus *libri*

AMPHITRVO

Vbi tu cubuisti?

ALCVMENA

Ín eodem lecto úna tecum in cúbiculo.

AMPHITRVO

Pérdidisti.

SOSIA

Quíd tibist?

AMPHITRVO

Haec mé modo ad mortém dedit.

ALCVMENA

Quíd iam, amabo?

AMPHITRVO

Né me appella.

SOSIA

Quíd tibist?

AMPHITRVO

Periî miser, 810

Quía pudicitiae húius uitium me híne absentest ádditum.

ALCVMENA

Óbsecro ecastór, quor istuc, mí uir, nunc ex te aúdio?

AMPHITRVO

Vír ego tuos sim? né me appella, fálsa, falso nómine.

SOSIA

Haéret haec res, sí quidem etiam múlier factast éx uiro.

---

808. ineodem *(o s. v.) EJ* lecto una tecum *Lindemannus:* lecto tecum una *libri (*lecto *om. E).* tecum una lecto *Fleckeisenus.* tecum lectod uno *Bothius*[1]. lecto tecum uno *Acidalius* incubiculo *EJ*

809. tibi est *libri* Hęc *E* admortem *EJ* 810. Qui iam *Lambinus.* Quid ita *Acidalius.* Quinam *Pareus*[3] ambo *E.* amabo *ex* ambo *J* Neme *J* tibi est *libri* 811. pudicitię *E.* pudiciciae *D.* puditiitiae *B.* pudicitiae *(*ti *s. v.) J* hinc *Bothius e cod. Guelferb.:* hic *libri* hic med *Bombe de abl. abs. p. 23* uicium *EJ* absente est *libri* 812. cur *libri* me *E* nunc ex te *Kellerhoffius p. 63:* ex te *(*exte *J) libri.* ex te ego *Muellerus p. 737 (cf. 'Nachtr.' p. 117).* ego ex te *Pylades.* ex ted *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. p. 35* ex te indaudio *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 11* 813. tuus *libri* sim *ex* sum *D.* sum *JF* ne *ex* m *E* falsa, falso *D corr., Angelius:* falso falso *BDE, Camerarius.* falsum *J.* falso *FZ* momine *B* 814. Hęret *ex* Hęcet *B.* Heret *DEJ* hęc *E.* hec *J* siquidem *EJ* etiam *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1873) p. 115:* haec iam *(*hęc *E.* iam *s. v. D) libri* *Fortasse* haec *delendum et* factust *scribendum esse putat Ussingius* facta est *libri* exuiro *J* hic iam mulier factust ex uiro *Pylades, Ferrari Elect. II 27*

ALCVMENA

Quíd ego feci, quá istaec propter dícta dicantúr mihi? 815

AMPHITRVO

Túte edictas fácta tua: ex me quaéris, quid delíqueris?

ALCVMENA

Quíd ego tibi delíqui, si quoi núpta sum tecúm fui?

AMPHITRVO

Tún mecum fuerís? quid illac ínpudente audáciust?
Sáltem, tuipte sí pudoris égeas, sumas mútuom.

ALCVMENA

Ístuc facinus, quód tu insimulas, nóstro generi nón decet. 820
Tú si me inpudícitiai cáptas, capere nón potes.

AMPHITRVO

Pró di inmortalés: cognoscin tú me saltem, Sósia?

SOSIA

Própemodum.

AMPHITRVO

Cenáuin ego heri in náui in portu Pérsico?

ALCVMENA

Míhi quoque adsunt téstes, qui illud quód ego dicam adséntiant.

---

816. *Osbernus p. 158:* edicto, unde Plautus Amphitrione: 'tute . . . tua' 823. *Cf. v. 404*

---

815. quam *D.* quia *J* istaęc *E* michi *E* 816. Tu te *J* edictas tua facta *vel* tua edictas facta *Muellerus 'Nachtr.' p. 41* ex me *(me s. v.) D.* exme *EJ* quęris *E.* queris *BDJ* deliqueris *ex* deloqueris *D* *Interr. signum tollit Acidalius* 817. deliqui *ex* delique *(sequitur ras. 5 litt.) B* cui *libri* 818. Tune *BD.* Tume *E.* Tu ne *ex* Tume *ras. J* impudente *EJ* audaciust *Fleckeisenus:* audacius *(*audatius *BDE) libri* 819. tuipte *Fleckeisenus:* tute *(*tu te *E) libri* egeas *m. 3 ex* egens *J* *An* saltem sumas? mutuum *libri* 821. si *(*i *s. v.) B* inpudicitiai *Gruterus:* inpudicitię *BEJ.* inpudicicię *D.* impudicitiae *FZ* capere non potes *Muretus V. l. X 13, ubi* at capere *Acidalius:* non potes *(*potest *B)* capere *libri* *Ceterum totum v. suspectat Usingius* 822. Pro *del. Lomanus p. 12* cognoscisne *scribens* Prodi *E.* Pro dii *J* inmortalis *BE.* inmortales *ex* inmortalis *D.* in mortales *J* connoscin *E.* cognostin *F* tume *E* saltim *D* sosia saltem *EJFZ: corr. Angelius* 823. Prope modum *BEJ* Caenaui n ego *J.* cenaui ego *EZ (*coenaui*): corr. Hermolaus* innaui *E* inportu *EJ* 824. *Alcm. pers. praem. F, Pius: Sosiae BDEJZ* Michi *EJ* ego *s. v. J* assentiant *J* *Post h. v. intulit Pius e cod. 'reverendae fidei' hos tres versus:* Amph. Qui testes? Alc. Testes. Amph. Quid testicularis? uno sat est ‖ Nec nobis praesente aliquis nisi seruus africanus. In actione ‖ Adest si hunc ab-

SOSIA

Néscio quid istúc negoti dícam, nisi si quíspiamst 825
Ámphitruo alius, [qui forte te hic absente tamen
Tuam rem curet] té qui absente hic múnus fungatúr tuom.
Nám quom de illo súbditiuo Sósia mirúmst nimis,
Cérte de istoc Ámphitruone iam álterum mirúmst magis.

AMPHITRVO

Néscio quis praestrígiator hánc frustratur múlierem. 830

ALCVMENA

Pér supremi régis regnum iúro et matrem fámilias
Iúnonem, quam mé uereri et métuerest par máxume,
Vt mi extra unum té mortalis némo corpus córpore
Cóntigit, quo me ínpudicam fáceret.

AMPHITRVO

Vera istaéc uelim.

ALCVMENA

Véra dico, sed nequiquam, quóniam non uis crédere. 835

AMPHITRVO

Múlier es, audácter iuras.

---

836 sq. *Nonius p. 262, 25:* confidentia constantia. . . Plautus sentem inuenerit puer. *Quorum medium Afranius in Auctione posuit: cf. Non. 76, 20: expulit hos v. Gruterus: cf. v. 400* 825. *Sos. pers. add. Pius: om. libri* negotii *DE.* negocii *BJ* si *om. Z* quispiam est *libri* (quis piam *J*) 826. 827. *Verba* qui . . . . . curet *inclusit Hermannus teste Lindemanno* 826. Amphytrio *BEJ.* Amphitrio *D* fortasse *Bentleius, Lindemannus* tet hic absende *J.* hinc te absente *F* sic tamen *Camerarius* 827. rem curet *ex* curet rem *J* te qui absente *Hermannus teste Lindemanno.* teque absente *libri.* qui te absente *Bombe de abl. absol. p. 32* *V. 828 sq. del. Ussingius* tuum *libri* 828. Nam quom *Muellerus p. 20 probante Brixio Nov. ann. 101 (a. 1870) p. 427:* Namque *libri.* Nam quom *vel* Quamquam *Seyffertus Stud. Pl. p. 19* deillo *J* sub ditiuo *J* mirumst nimis *Guyetus:* mirum nimis (nmis *E*) est *libri.* est mirum nimis *Bothius*[2]. mirum est minus *Muretus V. l. X 13* *V. 829 Amphitruoni dant D, Angelius* Certo *Weisius cum aliis.* Cetero *Acidalius* hoc *Z* amphitrione *BD.* amphytrione *EJ* mirum est *BEJF.* est mirum *D.* nimis est *Z: corr. Valla* 830. *Amph. pers. praem. Bothius: om. libri* praestigiator *libri* 831. suppremi *E.* supremo *corr. in* supremum *D* familias *ex* famalias *E* 832. Iu nouem *J.* Iunonem et *Bothius*[1] me *om. J* ueteri *E* metuere est *libri* maxime *BJ* 833. Vt *ex* Ve *J* mihi *BD.* michi *J.* m̄ *E* 834. impudicam *libri* uestra, *puncto m. 2 posito J* istec *EJ* 835. Vera *ex* Vena *E* nequicquam *JFZ* 836. Mulieres *E*

ALCVMENA

Quaé non deliquít, decet
Aúdacem esse, cónfidenter pró se et proterué loqui.

AMPHITRVO

Sátis audacter.

ALCVMENA

Vt pudicam décet.

AMPHITRVO

Enim uerbís probas.

ALCVMENA

Nón ego illam míhi esse dotem dúco, quae dos dícitur,
Séd pudicitiam ét pudorem et sédatum cupídinem, 840
Deúm metum, paréntum amorem et cógnatum concórdiam,
Tíbi morigera atque út munifica sím bonis, prosím probis.

SOSIA

Ne ísta edepol, si haec uéra loquitur, éxamussimst óptuma.

---

in Amphitryone: 'quae non delinquit decet audacem esse confidenter consternari significat disci [*haec tria vocabula intrusa sunt*] pro se et proterue loqui' 843. *Nonius p. 9, 3:* examussim dicitur examinate ad regulam uel coagmentum: est enim amussis regula fabrorum, quam architecti cum opus probant rubrica illinunt. Plautus Amphitryone: 'si uera . . . optima' *Charisius (G. L. I p. 198, 24):* examussim Plautus in Amphitryone: 'examussim est optima'; ubi Sisenna 'pro examinato' inquit. amussis autem est tabula rubricata, quae dimittitur examinandi operis gratia an rectum opus surgat Examussim *hinc excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Opusc. t. II p. 272 Cf. Placidus p. 37, 13 D.*

---

Quę *EJ* deliquid *DE.* delinquit *Nonius* 837. prose *E, quod* libere *esse vult Colerus: cf. Muellerus p. 208* pro se et *m. 2 s. v. J* propterue *D, de qua forma cf. Loewius Acta soc. phil. Lips. t. II p. 468 Cf. Nonii testimonium* 838. decet pudicam *Bothius*[2]. pudicam condecet *idem Bothius*[1]. pudicam decuit *Guyetus* Enim uerbis probas *Lachmannus:* In uerbis probas *libri (*inuerbis *J).* Tu uerbis probas *Camerarius.* Tu uerbis proba es *Gruterus.* Ain? tu uerbis proba es *Taubmannus.* Ain? tu uerbis probas *Fleckeisenus.* Tu in uerbis proba es *Weisius.* nunc *(vel* Id Id tu*)* uerbis probas *Ussingius.* Id modo uerbis probas *Pylades.* Vt te uerbis probas *Acidalius* 839. ego eg *E* mihi esse dotem duco *Schoellius:* mihi *(*michi *J.* in *E)* dotem *(*dotem mihi *F, Lindemannus)* duco esse *libri, ubi* esse duco *Bothius* quę dos *E.* quendos, *puncto m. 2 posito J* 840. pudiciciam *BD* sedatum *ex* se datum *B.* se datum *EJ* 841. et parentum *Fleckeisenus* 842. Tibi ut *Ussingius* munificas in bonis *B.* munificas inbonis *DE* 843. hęc uera *EJ.* uera haec *Nonius, Lindemannus* examussim *(*examussim *E.* examussum *J)* est *libri cum Nonio* optima *libri*

AMPHITRVO

Délenitus súm profecto ita, út me qui sim nésciam.

SOSIA

Amphitruo's profécto: caue sis né tu te usu pérduis: 845
Íta nunc homines ínmutantur, póstquam peregre aduénimus.

AMPHITRVO

Múlier, istam rem ínquisitam cértumst non amíttere.

ALCVMENA

Édepol me lubénte facies.

AMPHITRVO

Quíd ais? respondé mihi:
Quíd, si adduco tuóm cognatum huc ád te a naui Naúcratem,
Quí mecum una uéctust una náui, atque is si dénegat 850
Fácta, quae tu fácta dicis, quíd tibi aequomst fíeri?
Númquid causam dícis quin te hoc múltem matrimónio?

ALCVMENA

Sí deliqui, núlla causast.

AMPHITRVO

Cónuenit. tu, Sósia,
Dúc hosce intro. ego húc ab naui mécum adducam Naúcratem.

---

844. *Nonius p. 278, 8:* delenitus est mente alienatus. Plautus in Amphitryone: 'delenitus sum . . . nesciam' 845. *Nonius p. 453, 20:* Usu id est utendo, unde et usurpare dictum est ⟨de eo qui usu⟩ obtinere quicquam poscit. Veteres usu perire, hoc est non utendo, aliquid posse ⟨putarunt⟩ [*sic scripsimus: uncis inclusa libri om. et* possit *pro* poscit *exhibent*]. Plautus Amphitryone: 'est profecto . . . perduis'

---

*cum Nonio* 844. Delenitus sum *Nonius:* Delinitus sum *(*elinitus sum *in litura B.* l *m. 1 et prior* i *m. 3 e corr. E) libri.* Deliratus sum *Pareus*[3] sim *ex* sum *J* 845. Amphitrio es *BD.* Amphytrio es *EJ.* ]est *Nonius* cauesis *J* sis *s. v. E* tute *BEJ* perdius *E* 846. homines] omnes *Scioppius Susp. l. III 7* immutantur *DEJ.* immutamur *Scioppius, Bentleius* omnes *scribentes* peregre *E* 847. istanc *(sic Fleckeisenus) ex* istam *B* certum est *libri* atmittere *E.* amittier *Langiani* 848. libente *libri* michi *J.* m[1] *E* 849. adduxero *Muellerus p. 543* tuum *libri* huc ad te *idem Muellerus eodem loco:* huc *libri* anáui *EJ* naucratem *ex* naucratam *BD.* naucratam *EJZ.* naucraten *Scutarius* 850. Quid *D* uectus *(*c *s. v. B. ex* uictus *D)* est *libri* issi *E* 851. Facta quę *J.* Factaque *E* aequum *(*ęquum *J.* equum *E)* est *libri* 852. Num quid *J* quinte *D* 853. causa est *libri* 854. hosce *Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 38:* hos *libri* abnaui *E* adducam *JF,*

SOSIA

Núnc quidem praetér nos nemost: díc mihi uerum sério, 855
Écquis alius Sósia intust, quí mei similís siet?

ALCVMENA

Ábin hinc a me, dígnus domino séruos?

SOSIA

Abeo, sí iubes.

ALCVMENA

Nímis ecastor fácinus mirumst, quí illi conlubitúm siet
Meó uiro sic me ínsimulare fálso facinus tám malum.
Quícquid est, iam ex Naúcrate id cognáto cognoscám meo. 860

---

855. *Nonius p. 33, 29:* serium triste et quasi sine risu . . . Plautus Amphitryone: 'nunc quidem . . . serio'

---

*Palat. 4 et 5, Guyetus:* abducam *BDEZ* naucraten *Z* 855. *Sos. pers. om. E* preter *J.* preter *B* nemo est *libri cum Nonio* michi *EJ: om. Z* utrum *D* 856. Ec quis *EJ* albius *E* intus est *J* meis *(s. v. et* s *er. D)* similis *BDE* 857. Abinc *E* ame *EJ* seruus *libri* 858. fatinus *D* mirum est *libri* illuc *Weidnerus* conlibitum *ex* conlitum *D.* conlitum *BE.* collitum *J* 859. falso *Lindemannus:* falsum *libri, Ussingius* Fatinus *D* 860. Quicquid *ex* Quiquid, q *ex* d *facta D.* Quicquid id *Z* exnaucrate *EJ* id cognato *Guyetus:* cognato id *libri* meo *ex* modo *D*

# ACTVS III

**IVPPITER**

Ego sum ílle Amphitruo, quóii est seruos Sósia,
Idém Mercurius quí fit quando cómmodumst,
In súperiore quí habito cenáculo,
Qui intérdum fio Iúppiter, quandó lubet.
Huc aútem quom extemplo áduentum adporto, ílico 865
Amphítruo fio et uéstitum inmutó meum.
Nunc húc honoris uóstri uenio grátia,
Ne hanc íncohatam tránsigam comoédiam.
Simul Álcumenae, quám uir insontém probri
Amphítruo accusat, uéni ut auxiliúm feram: 870
Nam méa sit culpa, quód egomet contráxerim,
Si id Álcumenas ínnocentiae éxpetat.

---

*Act. III sc. 1* IUPPITER *B.* ]PPITER *J.* IUPPITER DV *E.* *om. spatio relicto D* 861. E[ ]ille *J* go *cum spat. DE* amphitrio *BD.* amphytrio *EJ* cuiest *B.* cui est *D: cf. Luchsius de genet. p. 29.* cuius est *EF* (quoius) *Z, Brandtius de pron. gen. form. p. 35.* cuius *J* seruus *libri* (seruus est, est *m. 2 s. v. J)* 862. Idẽ//// *B* qui sit *EJFZ* commodust *B.* comodust *ut vid. E.* commodũ est (e *s. v. D) DJ* 863. Insuperiore *E* habito *ex* habita *D* caenaculo (cu *m. 2 s. v.) J* *Lipsii et Acidalii portenta omissa sunt* *V. 864—866 del. Guyetus* 864. quando *s. v.* $J^2$ iubet *E* 865. quom $E^3$, *Valla:* quo *libri praeter* $E^3$ extemplo (t *s. v.) D.* ex templo *E.* exemplo *J* adpto (or *s.* p) *D.* apporto *J* aduentum apparo *Bothius*[1] me extemplo apporto *Lindemannus* extemplo aduento, a portu *Acidalius* Hunc . . . aduentum asporto *Hermannus teste Lindemanno* ilico *ex* ilco *J.* illico *DE* 866. Amphitrio *BD.* Amphytrio *EJ* immuto mecum *J* 867. uŕi *BD.* uestri *EJZ.* nostri *F* gracia *J* 868. inchoatam *E* (o *s. v.) J.* incoatam *BD* comędiam *J.* comediam *BDE* *V. 869—875 suspecti sunt* 869. alcumenę *J.* alcumene *E* 870. Amphitrio *DE.* Amphytrio *BJ* uenio ut *Bothius* auxillum *BD* 871. fit *ex* sit *D* ego.met *EJ* 872. Alcumenas innocentiae *Lachmannus in Lucr. p. 161, Ritschelius Opusc. t. III p. 133 explosis eis quae Proleg. p. 319 dixerat:* alcumenae (alcumene *E)* innocenti *libri* expectat *E* Si id innocenti inmerito damnosum expetat *Hermannus teste Lindemanno.* Id Alcumenae si innocenti

Nunc Ámphitruonem méd, ut occepí semel,
Iterum ésse adsimulabo átque in horum fámiliam
Hodié frustratiónem iniciam máxumam. 875
Post ígitur demum fáciam res fiát palam
Atque Álcumenae in témpore auxiliúm feram
Faciámque ut uno fétu et quod grauidást uiro
Et mé quod grauidast páriat sine dolóribus.
Mercúrium iussi mé continuo cónsequi, 880
Siquíd uellem imperáre. nunc hanc ádloquar.

---

**ALCVMENA. IVPPITER**

ALCVMENA

Duráre nequeo in aédibus. ita mé probri,
Stuprí, dedecoris á uiro argutám meo.
Ea quaé sunt facta infécta re esse occlámitat:

883. *Nonius p. 456, 10:* stuprum quod cum uiduis committitur hoc solum dici putant: ueteres pro adulterio et uitio ponunt. Plautus Amphitryone: 'stupri . . . meo'

huic expetat *Camerarius* 873. amphitrionem *BDE.* amphytrionem *J* med *anonymus Ind. phil. Gotting. t. II (a. 1870) p. 239.* memet *libri.* me ita *Muellerus 'Nachtr.' p. 158* memet Amphitruonem ut *Hermannus teste Lindemanno* 874. Iterum esse adsimulabo *Fleckeisenus:* Esse adsimulabo *libri.* Ego adsimulabo esse *vel* Esse adsimulabo ego *Muellerus p. 495.* Esse hic adsimulabo *Pylades* inhorum *EJ.* in horunc *Bothius* 875. Hodie frustrationem *Fleckeisenus:* Frustrationem hodie *libri (*Frustracionem *J).* Frustrationes hodie *(et* maxumas*) vel* Frustrationem ita hodie *Muellerus p. 494.* Frustrationem hocedie *Ritschelius Nov. exc. p. 93.* Frustrationem hodie hic *Camerarius.* Frustrationem ego hodie *Pylades* initium *BE* maximam *E* 876. faciam, m *ex* t *E* ut res *Fleckeisenus, fortasse vere* 877. alcumaene *B.* alcumenę *J.* alcumene *E* inntempore *E.* intempore *J* 878. Fatiamque *E* fętu *E.* foetu *DJ* grauida est *libri* 879. grauida est *J* 880. iussime *E* sequi *JF* 881. Si quid *DJ* imperare *ras. ex* imperarẽ *E.* imperarem *Z: corr. Gulielmius* adloquar *ex* adloquor *D.* alloquar *J*

*Act. III sc. 2* ALCVMENA · IVPPITER · *BE (alt.* A *ex* E*) J: om. spatio relicto D* 882. *Pers. om. BD* Dumre *B.* urare *c. spat. DE* nequęo *B* inedibus *E.* in edibus *J* ita sic probri *Braune Observat. gramm. p. 12* 883. auiro *EJ* arguta *Nonius* 884. Ea quę *EJ* infecta re esse *Lindemannus.* infectare est *BDE.* infectare *(*infactare *J.* infecta re *Z) JFZ.* infecta esse *Saracenus.* infecta is esse *Pylades.* re, infecta esse *Hermannus teste Lindemanno* occlamitat *Gronovius:* at clamitat *B.* adclamitat *E.* acclamitat *ex* atque clamitat *D.* acclamitat *JFZ*

Quae néque sunt facta néque ego in me admisi, árguit 885
Atque íd me susque déque esse habiturám putat.
Non édepol faciam néque me perpetiár probri
Falso ínsimulatam, quín ego illum aut déseram
Aut fáciat satis mi ille átque adiuret ínsuper
Nolle ésse dicta quae ín me insontem prótulit. 890

IVPPITER

Faciúndumst mihi illud, fíeri quod illaec póstulat,
Si me íllam amantem ad sése studeam récipere,
Quando égo quod feci fáctum Amphitruoni óbfuit
Atque ílli dudum méus amor negótium
Insónti exhibuit, núnc autem insontí mihi 895
Illíus ira in hánc et maledicta éxpetent.

ALCVMENA

Sed éccum uideo, quí modo me miseram árguit
Stuprí, dedecoris.

IVPPITER

Té uolo, uxor, cónloqui.

---

886. Susque deque *hinc transiit in gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Op. II p. 272*

---

infecta refert ac clamitat *Camerarius.* infecta restat clamitat *Gulielmius.* infecta esse instat clamitat *Ussingius: an* inf. testat clamitat? *Delet v. Guyetus* 885. Quę *EJ* inme *EJ* 886. Adque *BD* 887. Non *BDF.* Ne *EJZ.* Neque *Weisius cum aliis* fatiam *BE* propri *J* 889. faciat satis *Hermannus teste Lindemanno:* satisfaciat (satisfatiat *B.* satis fatiat *E) libri* mihi (michi *E) libri. om. Hermannus teste Lindemanno* ille *om. Z* at iuret *BD* 890. Nolle *ex* Nolli *D* quę *EJ* in *om. E* 891. Faciundum (Fatiundum *E)* est *libri* michi *E* illęc *J.* illec *E* 892. Sime *E* illam *ex* illum *D* adsesé *J.* adse se *E* *Ceterum v. damnat Langenus p. 48, fortasse recte* 893. factum *Lindemannus:* factum id *libri.* id factum *Camerarius* amphitrioni *BDE.* amphytrioni *J* obfuit *JFZ.* offuit *ex* olfuit *D.* offuit *BE* 894. Atquę *J* illi *Pylades:* ille *libri (om. J).* illae *Scaliger* negocium *J* 895. Insoniti exibuit *J* autem sonti *Angelius.* autem haec sonti *Hermannus teste Lindemanno* insoniti *J* michi *EJ* 896. inhanc *(alt.* n *s. v. J) EJ.* in hunc *Scaliger* maledicta, le *s. v. B.* maledicti *E* 897. Sed eccum *Guyetus, Ballas de part. coniunct. p. 31, Luchsius Hermae t. 8 (a. 1873) p. 121:* Et eccum *libri.* Ei, eccum *Muellerus p. 527.* At eccum *Lefebrius* qui modo me miseram *LG:* qui me miseram *libri.* miseram qui med *Bothius.* modo me miseram qui *Hermannus teste Lindemanno.* illum qui me miseram *Camerarius.* qui innocentem me *inter alia Muellerus p. 527* *Talis versus placuit Henrico Schenkl l. s. s. p. 694:* Et ecce eum uideo qui me miseram arguit 898. decoris *E* colloqui *J*

Quor te áuortisti, quaéso?

ALCVMENA

Ita ingeniúm meumst:
Inimícos semper ósa sum optuérier.

IVPPITER

Heia aútem inimicos?

ALCVMENA

Síc est, uera praédico:
Nisi étiam hoc falso díci insimulatúrus es.

IVPPITER

Nimis íracunda's.

ALCVMENA

Pótin ut abstineás manum?
Nam cérto si sis sánus aut sapiás satis,
Quam tu ínpudicam esse árbitrere et praédices,
Cum ea tú sermonem néc ioco nec sério
Tibi hábeas, nisi sis stúltior stultíssumo.

IVPPITER

Si díxi, nihilo mágis es neque ego esse árbitror,

---

900. *Priscianus XI 19 (G. L. II p. 560, 15):* similiter 'odi' 'noui' 'osus' ex quo 'perosus' et 'exosus' 'notus'. Plautus in Amphitrione: 'inimicos . . . optuerier' *Nonius p. 148, 8:* osa sum pro odi. Plautus in Amphitryone: 'inimicos . . . obtuerier' *Cf. Osbernus p. 388* 901—903. *Nonius p. 183, 9:* uerecundum est audax et confidens. Plautus Amphitryone: 'sic est . . . uerecunda es'

---

899. Quor te auortisti, quaeso *Umpfenbachius Mel. Plaut. p. 37 probante Ritschelio Nov. exc, p. 39:* Quo te auertisti *libri.* Quor ted auortisti? *Fleckeisenus.* Quo te auortisti nunc? *Pylades.* Quonam ted auortisti? *Camerarius.* Quor te a me auortisti? *(et* ita natum ingenium meumst*) Muellerus p. 527* Est ita ingenium *Fleckeisenus.* Ita enim est ingenium *Lindemannus* meum est *libri* 900. ossa *J* semper ososam *ex* ososam semper *(altera* o *ut vid.) E.* osa sum semper *Z* optueriei *E.* obtuerier *plerique codd. Prisciani, Nonius* 901. Eia *J Z.* Eya *F* Si est *E* ꝑdico *B.* predico *D* 902. diti *B* insimilaturus *BD.* insimili laturus *E* est *Nonius* 903. *Pers. om. EJ* iracunda es *Lambinus:* uerecunda *(*uere cunda *J)* es *libri cum Nonio* Potin ut *Camerarius:* Potin es ut *BF.* Potine st ut *D.* Potin est ut *JZ.* potui est ut *E* abstincas *J* 904. sanus *in litura D* 905. impudicam *J* prędices *E.* predices *D* 906. Cum ea tu *Camerarius:* Cum fatu *(*fatus *F m. 2, Z) libri* ioco *ex* loco *D.* loco *BE* necserio *J* 907. nisi sis *J, Pylades:* nisi si sis *libri praeter J* stulcior *D.* stulticior *J* stultissimo *libri* 908. nichilo *EJ* neque esse *Z: corr. Pylades.* neque esse ego *F.* neque te esse *Acidalius*

Et id húc reuorti ut púrigarem mé tibi.
Nam númquam quicquam méo animo fuit aégrius 910
Quam póstquam audiui téd esse iratám mihi.
Quor díxisti? inquiés. ego expediám tibi.
Non édepol quo te esse ínpudicam créderem:
Verúm periclitátus sum animúm tuom,
Quid fáceres et quo pácto id ferre indúceres. 915
Equidém ioco illa díxeram dudúm tibi,
Ridículi causa. uél hunc rogato Sósiam.

ALCVMENA

Quin húc adducis meúm cognatum Naúcratem,
Testém quem dudum te ádducturum díxeras,
Te huc nón uenisse?

IVPPITER

Síquid dictumst pér iocum, 920
Non aéquomst id te sério praeuórtier.

ALCVMENA

Ego illúm scio quam dóluerit cordí meo.

---

914. *Nonius p. 364, 6:* periculum experimentum. . . Plautus in Amphitryone: 'uerum . . . tuum' *Osbernus p. 189:* 'periclitatus . . . tuum'

---

909. ut purigarem me *Ritschelius Opusc. t. II p. 432:* ut me purgarem *libri.* uti me purgarem *Camerarius.* med ut purgarem *Heineckius teste Holtzio.* ut me de hoc purgarem *Pylades* 910. numquam, qu *ex* q, *E.* nunquam *J* quic quam *E.* quiquam *J* *Post* quic quam *deleta* c *in E* egrius *E.* aegregius *J* 911. audiuit *B* ted *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. p. 35:* te *libri* audiui id esse te *cum Pareo Muellerus p. 518* te esse obiratam *Umpfenbachius p. 38* michi *EJ* 912. *Alc. pers. praem. D* Cur *libri* didixisti *(prius* di *del.) B* *Ante* ego *suprascr.* IVP *in D* 913. Ne edepol *J* impudicam *J* 914. animum sum *Camerarius* tuum *libri cum Nonio et Osberno* 916. Et quidem *EJFZ* 917. uel hunc *m. 3 ex* uel horag *ut vid. E.* uel hoc *Fleckeisenus, quod ipse reicit Ep. cr. p. 20.* uel *Weisius.* hunc uel *Guyetus.* id hunc *Camerarius.* etiam hunc *Bothius*[3], *qui alio tempore* uel rogato hunc *proposuit* *De* uel *cf. Langenus p. 71* 918. naugratem *E.* Naucraten *Z* 919. dixeras *ex* dixeris *D et ut vid. E.* dixeris *J* 920. Tetunc *J* si quid *D* dictum est *libri* · periocum *J* 921. equum est *BDEJ* seriam *(am cras. et* o *sup.* i*) D.* serio *dativum esse vult Ussingius, quem contra cf. Langenus p. 80* prę uortier *B.* praeuorti est *E.* pręuortiter *J* 922. illud *FZ:* illum *BDEJ, quod def. Scioppius Susp. l. IV 19 et ed. Fleckeisenus* doluerit, o *e corr. E* *Cf. v. 972*

IVPPITER

Per déxteram tuam te, Álcumena, oro, óbsecro
Da sís mi hanc ueniam, ignósce, irata né sies.

ALCVMENA

Ego ístaec feci uérba uirtute ínrita. 925
Nunc quándo factis me ínpudicis ábstinei,
Ab ínpudicis díctis auortí uolo.
Valeás, tibi habeas rés tuas, reddás meas.
Iuben mi íre comites?

IVPPITER

Sánan es?

ALCVMENA

Si nón iubes,
Iubeo égomet: comitem míhi pudicitiam aúfero. 930

IVPPITER

Mane, árbitratu tuó ius iurandúm dabo

---

923. dexteram *EJFZ.* dextram *BD* 924. Da sis mi hanc *LG:* Da mihi (michi *J.* m̄ *E)* hanc *libri.* Te, da mihi hanc *Bothius*[2. 3] *(deleto* te *v. 923), Fleckeisenus (servato* te *v. 923).* Hanc mihi da *idem Ep. crit. p. 20.* Dato mi hanc *Lindemannus.* Da mihi hance *idem Bothius alio tempore.* Da mihi tu hanc *Ussingius.* Da mihi ueniam hanc *Guyetus* 925. istec *EJ* irrita *libri* 926. me inpudicis abstinei *Luchsius Acta sem. Erlang. t. II p. 358:* me impudicis (inpudicis *E)* abstines *libri.* sum inpudicis abstinens (abstinens *cum Bothio) Fleckeisenus, qui Ep. crit. p. 20* fui inpudicis abstinens *praetulit.* me inpudicis abstineo *Acidalius* Haec *(scil.* uirtus*)* quando factis me inpudicis abstinet *Ussingius* *Errat de hoc v. Lindemannus* 927. Abinpudicis *E.* Ab impudicis *BDJ* 928. restituas *E* 929. Iuben mihi (m̄ *E)* ire *BDE.* Iuben michi ut *J, quod* Iuben mihi uel ire *olim fuisse suspicatur Goetzius Anal. Pl. p. 96, quam sententiam nunc E refutat.* Iuben mihi *ex Langianis Scioppius, Hermannus teste Lindemanno* Sannan es *B.* Sana nes *E.* Sane es *D* Sinon iubes *J.* Sin, ibo ego *Scioppius Susp. l. III 7* 930. Iubeo *LG:* Ibo *libri* ego met *J* michi *EJ* pudiciciam *libri praeter E* aufero *LG:* duxero *libri* Pudicitiam mihi mecum comitem *(vel* mihi comitem mecum*)* duxero *Muellerus p. 276,* Mecum comitem mihi pudicitiam duxero *Scioppius Susp. l. III 7* ibo egomet *eicientes (cf. v. 929): itemque* Pudicitiam egomet duxero comitem mihi *(vel* egomet mecum comitem duxero*) Fleckeisenus Ep. crit. p. 20,* Mecum comitem pudicitiam mihi duxero *Pareus*[3]. Sinito: egomet comitem mihi pudorem duxero (Sinito *ex Langianis) Lindemannus, unde* Sinito: pudicitiam egomet comitem duxero *Hermannus teste Lindemanno, quod edidit Fleckeisenus: cf. Spengelius Plaut. p. 84* 931. iusiurandum *BDE*

Me meám pudicam esse úxorem arbitrárier.
Id égo si fallo, túm te, summe Iúppiter,
Quaeso Ámphitruoni ut sémper iratús sies.

ALCVMENA

A, própitius sit pótius.

IVPPITER

Confidó fore: 935
Nam iús iurandum uérum te aduorsúm dedi.
Iam núnc irata nón es?

ALCVMENA

Non sum.

IVPPITER

Béne facis.
Nam in hóminum aetate múlta eueniunt húius modi:
Capiúnt uoluptates, cápiunt rursum míserias:
Irae ínterueniunt, rédeunt rursum in grátiam. 940
Verum írae siquae fórte eueniunt húius modi
Intér eos: rursum sí reuentum in grátiamst,
Bis tánto amici súnt inter se quám prius.

ALCVMENA

Primúm cauisse opórtuit ne díceres:
Verum éadem si isdem púrigas, patiúnda sunt. 945

IVPPITER

Iube uéro uasa púra adornarí mihi,
Vt quae ád legionem uóta uoui, sí domum

---

933. fallo *ex* sallo *D*. fallo̧r *E* tu te *J* 934. Quęso *J*. Queso *E* amphitrioni *D*. amphytrioni *BEJ* 935. Apropitius *DE*. Apropicius *B*. Ah propicius *J* 936. iusiurandum *BDE* aduersum *EJ* 937. Benefacis *J* 938. inhominum *EJ* etatę *B*. etate *E* huiusmodi *BDE* 939. Voluptates capiunt *Bothius* rursus *F*. rusum *Fleckeisenus, item v. 940. 942* 940. ]interueniunt *J* Ire *E* inter ueniunt *B* rurgsum *E* ingraciam *DJ*. ingrāmęn *E* 941. ]um *J* irę *E*. ire *DJ* si quę *EJ*. si que *D* huiusmodi *BD* 942. ]os *J* rursus *ex* rurus *J* re uentum *B*. reuerentum *E*. reuentum ęst *D* in gratiam est *BDE*. in gracia est *J* 943. ]amici *J* 944. ]imum *J* 945. isdem *BDJ*. eisdem *EZ*. iisdem *F*. eidem *Charpentarius*. idem *Camerarius: at cf. Ritschelius Opusc. t. II p. 482, IV p. 316* purigas *Ritschelius l. s. s.:* purgas mihi *(*michi *EJ*. pugas *E) libri*. mihi purgas *Lindemannus* 946. michi *EJ* 947. Vt quę *J*. Vtque *E*. Quae *Bothius: cf. v. 948* ad legionem *Muellerus 'Nachtr.' p. 56:* apud legionem *libri*

Redíssem saluos, éa ego persoluam ómnia.

ALCVMENA

Ego ístuc curabo.

IVPPITER

Éuocate huc Sósiam:
Gubérnatorem, qui ín mea nauí fuit, 950
Blepharónem arcessat, quí nobiscum prándeat.
Is ádeo inpransus lépide ludificábitur,
Quom ego Ámphitruonem cóllo hinc obstrictó traham.

ALCVMENA

Mirúm quid solus sécum secreto ílle agat.
Atque áperiuntur aédes: exit Sósia. 955

---

## SOSIA. IVPPITER. ALCVMENA

SOSIA

Ámphitruo, adsum: síquid opus est ímpera, imperium éxequar.

IVPPITER

Óptume aduenís.

SOSIA

Iam facta páx est inter uós duos?

957 sq. *Osbernus p. 603:* 'Quia pax est . . . duo, gaudeo et uolupe est mihi'

948. ]dissem *J* saluus *libri* ea ego persoluam *LG:* ea ego exsoluam (exoluam *DE, ut vid. J).* ea ego ut *Bothius (deleto* Vt *v. 947), Fleckeisenus (servato* Vt*) cum Kampmanno De re milit. p. 7.* illa ego exsoluam *Guyetus.* ea ego hic *Muellerus p. 518* 949. alē *nota in ras. ubi* ivpp *scriptum fuerat E* 950. inmea *EJ.* mea in *Lindemannus e cod. Gudiano, Fleckeisenus, qui tamen Ep. crit. p. 17 sententiam retractat* 951. Blefaronem *BDEJ* 952. impransus *J* lepide ludificabitur *Lindemannus inter alia:* ludificabitur *BEJFZ.* ludificabatur *D.* pulcre *(vel* ludis*)* ludificabitur *Muellerus p. 511.* hodie ludificabitur *Hermannus teste Lindemanno.* ludificabitur dolis *Gulielmius.* ludificabitur probe *Pareus*[3]. ludis hic satiabitur *Acidalius.* ludificabitur, quum ego *(ex v. 953) Bentleius Post h. v. tadem intercidisse suspicatur Brandtius Mus. Rhen. t. 34 (a. 1879) p. 578 sq.:* Atque inspectabit rei incertus quid siet 953. Cum ego *libri: def. Luebbertus Gr. Stud. II p. 216, Fleckeisenus Ep. crit. p. 20.* Dum ego *Hermannus teste Lindemanno* amphitrionem *D.* amphytrionem *BEJ* 955. aedis *D.* ędis *B.* edis *E* sosia *ex* sesia *E*

*Act. III sc. 3* SOSIA · IVPPITER · (ET *add. E)* ALCVMENA · *BEJ: om. D spatio relicto* 956. *Sosiae notam om. B* Amphitrio *B.* Amphytrio *J.* mphitrio *c. spat. DE* assum *BDE* si quid *DEJ* 957. *Vers. del. Ussingius* Optime *J.* Optume, optume

Nám quia uos tranquíllos uideo, gaúdeo et uolupést mihi.
Átque ita seruom pár uidetur frúgi sese instítuere:
Proínde eri ut sint, ípse item sit: uóltum e uoltu cónparet:
Trístis sit, si erí sint tristes: hílarus sit, si gaúdeant. 961
Séd age respondé: iam uos redístis in concórdiam?

IVPPITER

Dérides, qui scís haec dudum mé dixisse pér iocum.

SOSIA

Án id ioco dixísti? equidem hercle sério ac ueró ratus.

IVPPITER

Hábui expurigátionem: fácta pax est.

SOSIA

Óptumest. 965

IVPPITER

Égo rem diuinam íntus faciam, uóta quae sunt.

SOSIA

Cénseo.

IVPPITER

Tú gubernatórem a naui huc éuoca uerbís meis
Blépharonem, qui ré diuina fácta mecum prándeat.

---

*Gruterus* facta pax est inter uos *Muellerus p. 605:* pax est (est *om. J)* inter uos *libri.* pax est facta uos inter *Lomanus p. 12.* pax est inter uos, quaeso *Camerarius.* pax est inter uos, sodes *Bentleius. cf. Osbernus V. 958—962 suspecti* 958. uolupest *Angelius:* uolupe (uoluppe *E)* est *libri* michi *E* 959. Atquę *J* seruum *libri (ex* feruum *ras. E)* fruge *J* instruere *J* 960. heri *EJ* item ipse *B, unde* itidem ipsus *Fleckeisenus Ep. crit. p. 20* sit *ras. ex* fit *E* uultum *libri* e (et *EJ)* uultu *libri (*euultu *B)* comparet *BEJ.* coparet *D* 961. fieri sint *E.* fuerint si *JF.* heri si *Z: corr. Angelius* hylarus *EZ.* hilaris *F* 962. iamuos *J* inconcordiam *EJ* 963. haec dudum *Camerarius:* haec (hęc *EJ)* iam dudum *libri.* iam dudum haec *Pylades* Deridesne qui scis iamdudum haec me dixe *Bothius*[1] *(de* dixe *iam Camerarius cogitabat)* 964. An illud ioculo dixisti *Fleckeisenus.* An id ioco dixisti tu *Camerarius.* An ioco dixisti id *Guyetus* equidem hercle *LG:* equidem *libri.* ego equidem *Ussingius* acuero *EJ* raptus *E* 965. *Alcumenae pers. praem. BDE* Habui expurigationem *Ritschelius Opusc. t. II p. 431:* Habui expurgationem *libri.* At habui expurgationem *Lindemannus* ·Optume est *libri* 966. quę *EJ* 967. Tugubernatorem *BE* anaui *EJ* huc *in v. 968 ponit Bothius* euoca *ex* euacabis *D* 968. Blefaronem *BEJ.* Huc Blepharonem *Bothius: cf. v. 967* qui re *LG (cf. v. 951):* ut re *libri.* is uti re *Lindemannus.* ut is re *Lambinus.* hic ut re *Ussingius.* una tu re *Muellerus 'Nachtr.' p. 110* prandeat *ras. ex* prandeant *D*

SOSIA

Iam híc ero, quom illíc censebis ésse me.

IVPPITER

Actutum húc redi.

ALCVMENA

Númquid uis, quin ábeam iam intro, ut ádparentur quíbus opust? 970

IVPPITER

Í sane et quantúm potest paráta fac sint ómnia.

ALCVMENA

Quín uenis quandó uis intro: fáxo haud quicquam sít morae.

IVPPITER

Récte loquere et proínde diligéntem ut uxorém decet.
Iam hisce ámbo, et seruos ét era, frustra súnt duo,
Qui me Ámphitruonem réntur esse: erránt probe. 975
Nunc tú, diuine Sósia, huc fac ádsies.
Audís quae dico, támetsi praesens nón ades.
Fac Ámphitruonem iam áduenientem ab aédibus

978 sq. *Nonius p. 88, 21:* commentus pro commentitus. Plautus Amphitryone: 'fac iam amfitrione .... commentus sis'

969. cum *libri* illi *Bothius* censebis *ex* censenis *B* *Iovis pers. om. D* Actutum huc redi. Sos. Iam hic ero quom illic censebis esse me *Acidalius, quem* Iam *deleto sequitur Ussingius* 970. habeam *E* ituro *J* apparentur (apparetur *Z: corr. Angelius) libri* opus est *J.* opus *B* 971. Isane *J.* Insane *E* potest *Pareus:* potes *ex* potest *ras. B.* potes *DEJFZ* fac sint *Pylades:* facta sint (sint *ex* sunt *D) BDEJZ.* fac ut sint *F* 972. Quinueni *JF.* Quin ueni *Angelius* haut *E* morę *J.* more *BDE* *Post hunc v. inserunt Pius et Lambinus fr. XI (Non. p. 105, 17): idem post v. 922 ponit Osannus Anal. crit. p. 195* 973. perinde *Pius, unde profecti alii alia moliti sunt: cf. Brixius de Plauti et Ter. pros. p. 22* uxore *E* *V. 974 sq. delet Ussingius* 974. hisce *Fleckeisenus, Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 27:* hi *BEFZ.* hii *D.* hic *J.* hice *Bothius* Hi iam ambo *Pylades* seruus *libri* hera *J.* hęra *E* 975. amphitrionem *BD.* amphytrionem *EJ* errant *(prior* r *s. v.) B* probe *ut vid. ex* probo *E* 976. tu iam *Lindemannus* Sosia, huc fac adsies *LG:* huc fac adsis sosia *libri.* mi huc fac adsis Sosia *Fleckeisenus* diuinus *vel* tu fac adsis huc, diuine Sosia *Muellerus p. 496* 977. quę *EJ.* que *D* tam etsi *E.* tametsi *e* tamet si *J.* tam et si *B* praeses *BE.* praesens *ex* praeses *D.* prę̨sens *ex* prę̨ses *J* non *s. v. B* 978. Amphitruonem iam *Lambinus duce Pylade:* iam amfitrione *Nonius.* amphitrionem *BDEF.* amphytrionem *J.* Amphitrionem huc *Pylades in contextu* adueniente *Nonius* abaedibus *J.* abedibus *E*

Vt ábigas: quouis pácto fac conméntus sis.
Volo déludi illum, dúm cum hac usurária 980
Vxóre nunc mihi mórigero. haec curáta sint
Fac sís, proinde adeo ut uélle med intéllegis,
Atque út mihi minístres quóm mihi sácruficem.

---

MERCVRIVS

Concédite atque abscédite omnes, dé uia decédite.
Nec quísquam nunc tam audáx fuat homo qui óbuiam obsistát mihi. 985
Nam míhi quidem hercle quí minus liceát deo minitárier
Populó, ni decedát mihi, quam séruolo in comoédiis?
Ille náuem saluam núntiat aut írati aduentúm senis:
Ego súm Ioui dicto aúdiens, eius iússu nunc huc me ádfero.

979. Ut abeat *Nonius* quouis pacto fac commentus sis *Nonius:* quouis (quo uis *B.* quo ///uis *J.* ęquo uis *E)* pacto fac commentus (cũmentus *E.* cũ mentus *B.* cum mento *D)* sies *libri.* quouis pacto commentus sies *Pareus.* quouis pacto hoc fac commentus sis *Ussingius* 980. deludi *JF.* diludi *BDEZ* illum dum *JFZ.* illum edum *BDE, unde* illunc dum *Pareus, Muellerus p. 222, vel* illum ego dum (hac cum) *idem Muellerus eodem loco* usuraria, *alt.* u *ex* a *E.* usuria *J* 981. m̄ *E* mihi nunc *Fleckeisenus* hęc *EJ* sint *Camerarius:* sient *(ex* sunt *D, ex* siet *J) libri* 982. perinde *Pylades* uelle med *Bothius, Ritschelius Nov. exc. p. 35:* uelle me *libri.* me uelle *Pylades.* uelle nunc me *Muellerus p. 482.* uelle me ea *Umpfenbachius Melet. Pl. p. 32* intelligis *J.* ill ntellegis *E* 983. Atquę *J* mihi ministres *Pylades, Brugmanus p. 18:* ministres mihi (michi *EJ) libri* cum *libri* michi *J.* m̄ *E* sacrificem *E* quom sacruficem mihi *Pareus, Fleckeisenus.* mihi quom sacruficem *Camerarius.* quom mihimet sacruficem *Ussingius* *Versum delet Guyetus*

*Act. III sc. 4* MERCVRIVS *BJ.* MERCVRIVS F *E: cf. praef. Asin. p. XII: om. D spatio relicto* 984. *Merc. notam praef. D* oncedite *c. spat. DE* deuia *J* discedite *F* 985. quisquam nunc tam audax *Fleckeisenus:* quisquam tam audax *libri.* quispiam tam audax *Usenerus de Pseud. p 17.* quisquam tam audax nunc *Camerarius.* quisquam tamde audax *Bothius*[2]. quisquam tanti ausus *Gruterus et, nisi quod* tanto ausu, *Palmerius* nunc qui *Lindemannus.* qui se *Reizius* • michi *J.* m̄ *E* qui obsistat obuiam mihi *vitiose Pylades* 986. michi *J.* m̄ *E* quidem, e *ex* a *E* 987. Populo ni *ex* Populoni *D.* Populoni *B.* Populon *E.* Populo ut *Z: corr. Pius* nidecedat *J* michi *E* incomoediis *BE.* incomędiis *J* 988. Nauem ille *Guyetus* nunciat *J* uel irati *Pylades.* aut ingrati *Acidalius* 989. ////eius, mu *vel simile quid er. et* e *ex* i *E* affero *J*

Quam ob rém mihi magis par ést uia decédere et concédere.
Patér uocat me, eúm sequor, eius dícto imperio sum aúdiens. 991
Vt fílium bonúm patri esse opórtet, item ego súm patri.
Amánti subparasítor, hortor, ádsto, admoneo, gaúdeo.
Siquíd patri uolupést, uoluptas éa mi multo máxumast.
Amát: sapit. recté facit, animó quando obsequitúr suo: 995
Quod ómnis homines fácere oportet, dum íd modo fiát bono.
Nunc Ámphitruonem uólt deludi méus pater: faxó probe
Iam hic déludetur, spéctatores, uóbis inspectántibus.
Capiám coronam mi ím caput, adsímulabo me esse ébrium.
Atque íllue sursum escéndero: inde óptume aspellám uirum 1000
De súpero, quom huc accésserit: faciam út sit madidus sóbrius.
Deinde ílli actutum súfferet suos séruos poenas Sósia:
Eum fécisse ille hodie árguet, quae ego fécero hic: quid íd mea?
Meo me aéquomst morigerúm patri esse: eius stúdio seruire áddecet.

---

990. Quam obrem *BJ*. Quamobrem *D* m̄ *E* de uia *Z: corr. Pylades* decedere *ex* decere *J* 991. *Vers. del. Guyetus* digo *ut vid. E* imperiosum *E* 992. oportet *ex* oporet *B*, *ex* oporter *E* item ego sum *Lindemannus:* itidem ego ego sum *BDE (*itide *ut vid.)*. itidem ego sum *JF*. itidem *Z (*ego sum *add. Hermolaus)* patri *om. Z: add. Hermolaus* 993. subparasitor, *alt.* a *ex* i *E*. subparasitabor *BZ: corr. Pylades* horto *Z: corr. Hermolaus* 994. Si quid *D* uolup est *E*. uolupest *ex* uolpest *D*. uolupe est *JF* uoluntas *D* m̄ *E* uolupest mihi uoluptas multo *Reizius: cf. Hermannus de metr. p. 184* maximast *BEZ*. maxuma est *DF*. maxima est *J* 996. id mmodo *E*. idmodo *J*. modo id *Fleckeisenus* flat bono *BE* 997. amphitrionem *BD (alt.* i *ex* e*)*. amphytrionem *EJ* uult *libri* pater *om. D* probe *ex* per orbem *E* 998. deludatur *Camerarius* uobis inspectantibus *Pylades:* uobis spectantibus *libri*. uobis adspectantibus *e cod. Guelf. Bothius*. ac uobis spectantibus *Ussingius* 999. mihi *BD*. michi *J*. m̄ *E* in capud *D*. incapud *E*. incaput *J* adsimulabo *ex* adsimilabo *D* adsimulabo esse me *vel* med adsimulabo esse *Bothius* 1000. Atquę *J* illuc *ex* illic *E* susum *Fleckeisenus* ascendero *FZ* aspellam *Camerarius, Bentleius ad Heautont. II 3, 20:* cispellam *(*scis pellam *B*. cispella *E (*i *e corr.)*. cis pella *J) libri*. expellam *cod. Guelf.* 1001. Desupero *BEJ* cum *libri* huc *om. JF* accerserit *E* fatiam *BE* madidus *ex* maditus *D* ebrius *D* *Hunc v. explicari e fr. IV vidit Pistoris* 1002. illi *Lambinus:* ille *(s. v. E) libri* ac tutum *E* sufferret *EJ* suus seruus *libri* poenas *ex* penas *J*. penas *E* 1003. Quod cum *F* quę *EJ* facero *J* quid id *Camerarius:* quid *BDJF*. quidē *E*. quid est *Z* 1004. Meo *ex* Mea *J* aequumst *BD*. ęquum est *J*. equum est *E* mori-

Sed éccum Amphitruonem: áduenit. iam ille híc deludetúr probe, 1005
Siquidém uos uoltis aúscultando operám dare.
Ibo íntro, ornatum cápiam qui potís decet:
Dein súsum ascendam in téctum, ut illum hinc próhibeam.

---

AMPHITRVO

Naúcratem quem cónuenire uólui in naui nón erat,
Néque domi neque in úrbe inuenio quémquam qui illum uíderit: 1010
Nam ómnis plateas pérreptaui, gýmnasia et myropólia,
Ápud emporium atque ín macello, ín palaestra atque ín foro,
Ín medicinis, ín tonstrinis, ápud omnis aedís sacras
Súm defessus quaéritando: núsquam inuenio Naúcratem.
Núnc domum ibo atque éx uxore mea hánc rem pergam exquírere, 1015
Quís fuerit quem própter corpus suóm stupri conpléuerit.

---

1011. *Osbernus p. 432:* hoc myropolium . . . unde Plautus: 'omnes . . . myropolia'

---

gerum *ex* mirigerum *D* patri esse *Fleckeisenus:* patri *libri.* esse patri *Hermannus de metr. p. 186* ser uire *E* 1005. Set *E* amphitrionem *D.* amphytrionem *BEJ* *V. 1006—1008 parallelos esse putat versibus 999—1001 Muellerus p. 617, recte ut videtur* 1006. uultis *BDE* operam *m. 2 ex* operum *J* 1007. quin *D* potis *Lipsius Ant. lect. III p. 157, Scaliger:* potius *libri* 1008. Dein *Camerarius:* Deinde *libri* sursum *FZ* adscendam *J.* escendam *Bothius*[1] intectum *EJ* probeam *D*

*Act. IV sc. 1* AMPHITRIO *BE.* AMPHYTRIO *J: om. D relicto spatio* 1009. *Amph. notam praef. D* Naugratem *B.* augratem *cum spat. DE.* Naucraten *Aldus* nolui *ut vid. E* innaui *EJ* 1010. inurbe *EJ* 1011. omis *D.* omnes *Osbernus* gimnasia *BDE* et *om. Z* miropolia (miropalia *E*) *libri* 1012. Apud *ex* Aput *D.* Aput *B* emponum *E* (u *e corr.*) *J* inmacello *EJ.* in macellod *Bothius, Ritschelius Nov. exc. p. 74* in palestra *BD.* inpalestra *EJ.* atque in palaestra *Acidalius.* fui, in palaestra *Muellerus p. 544* atque *J* inforo *EJ* 1013. Inmedicinis *BEJ* intonstrinis *BEJ* omnis *ex* omnes *E.* omis *B* edis *B.* aedes *J* *Interpunximus cum Ussingio: vulgo punctum post v. 1013 ponitur* 1014. queritando *E.* que ritando *J* Naucraten *Aldus* 1015. ibo domum *Pylades* atque *J* ex uxore mea *Fleckeisenus:* ex uxore *BE.* exuxore *EJ.* ex uxored *Bothius*[1], *Ritschelius Nov. exc. p. 74* omnem pergam *Muellerus p. 544* exquirerere *B* 1016. quempropter *J* suum *libri* compleuerit *BDJ*

Nám me quam illam quaéstionem inquísitam hodie amíttere
Mórtuom satiúst. sed aedis óccluserunt. eúgepae:
Páriter hoc fit átque ut alia fácta sunt: feriám foris.
Áperite hoc: heus, écquis hic est? écquis hoc aperit óstium? 1020

---

**MERCVRIVS. AMPHITRVO**

MERCVRIVS

Quís ad fores est?

AMPHITRVO

Égo sum.

MERCVRIVS

Quid ego sum?

AMPHITRVO

Íta loquor.

MERCVRIVS

Tibi Iúppiter
Díque omnes iráti certo súnt, qui sic frangás fores.

AMPHITRVO

Quó modo?

MERCVRIVS

Eo modo, út profecto uíuas aetatém miser.

AMPHITRVO

Sósia.

MERCVRIVS

Ita: sum Sósia, nisi mé esse oblitum exístumas.

---

1017. illa *E* questionem *BDEJ* inquisitam, q *ex* p *E* hodiae *D* 1018. Mortuum *libri (*]rtuum *J)* satius est *libri (*sacius *J)* edis *E.* sedes *J* eugepę *B.* euge *EJFZ: corr. Camerarius* 1019. fit *in litura D* fit[ ]ut *J* fores *JF* 1020. ec quis hic est *BEJ* ec quis *BEJ.* ecqui *Fleckeisenus Ep. crit. p. 20* hoc *om. F* hostium *EJFZ*

*Act. IV sc. 2* MERCVRIVS ET IDEM AMPHITRIO · ET BLEFARO *B.* MERCVRIVS ET EIDEM *E.* MERCVRIVS AMPHYTRIO *J: om. D spatio relicto* 1021. *Merc. notam om. DE* uis *cum spat. DE* Quis ad fores *Z.* Quist ad fores *Fleckeisenus* Quis ego *Bothius ex cod. Guelferb.: at cf. Muellerus p. 177 adn.* 1022. diique *J* sint *Guyetus* fores *(*e *in* a *mut. m. 2) D* 1023. Quomodo *BJ* Eomodo *B* p̄fecto *E* etatem *E* 1024. l//ta, *1 litt. er. B* mei me *Lindemannus: at cf. Fleckeisenus 'Krit. Misc.' p. 22 et Mahlerus p. 28.* med *Guyetus* existimas *BDEJ*

Quíd nunc uis?

AMPHITRVO

Sceléste, at etiam quíd uelim, id tu mé rogas?

MERCVRIVS

Íta, rogo: paene écfregisti, fátue, foribus cárdines. 1026
Án foris censébas nobis públicitus praebérier?
Quíd me aspectas, stólide? quid nunc uís tibi aut quis tú's homo?

AMPHITRVO

Vérbero, etiam quís ego sim me rógitas, ulmorum Accheruns?
Quém pol ego hodie ob ístaec dicta fáciam feruentém flagris.

MERCVRIVS

Pródigum te fuísse oportet ólim in adulescéntia. 1031

AMPHITRVO

Quídum?

MERCVRIVS

Quia senécta aetate a mé nunc mendicás malum.

AMPHITRVO

Cúm cruciatu tuo ístaec hodie, uérna, uerba fúnditas.

MERCVRIVS

Sácrufico ego tibí.

AMPHITRVO

Qui?

MERCVRIVS

Quia enim té macto infortúnio.

. . . . . .

1033. *Nonius p. 43, 10:* uernas ueteres appellabant qui uere sacro fuerant nati et habebatur nomen hoc pro uitabili, maledicto. Plautus Amphitryone . . . Plautus qui supra: 'cum . . . funditas'

1025. aut etiam *J.* an etiam *Goellerus ad Trin. p. 116, Ussingius dubitanter* 1026. Ita, rogo *sic interpunxit Langenus p. 211* pene *BDEJ* effregisti *DEJFZ.* effregistis *B* fatue *J* 1027. fores *JF* censabas *J* publicius *B* preberier *EJ.* praehiberier *Fleckeisenus* 1028. tu es (tues *J*) *libri* 1029. ulmorum, m *quae in contextu est m. 2 corr. J* acheruns *libri* 1030. obistec *BJ.* obistec *E* fatiam *E* 1031. fuisse *ex* fuise *E* oportet (tet *e corr.*) *E* inadulescentiam $B^1$. in adulescentiam $B^2D$. inadolescentiam *EJ* 1032. aetate a me nunc *Muellerus p. 544:* aetate (aetate *ex* atate *D.* etate *E*) a me (ame *EJ*) *libri.* in aetáte a me *Camerarius.* aetated a me *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. p. 63. 74.* aetate iam a me *Schoellius* 1033. ]cruciatu *J.* crutiatu *E.* cruciatur *Nonius* istec *B.* istec *E* funditas *ex* funditus *D* 1034. S[]fico *J* nunc tibi *Fleckeisenus* infortunio *om. EJFZ: add. Hermolaus*

# FRAGMENTA

*Inter v. 1034 et 1035 quamquam vetus codex (itemque Britannicus) nihil lacunae exhibet (quod contra E duorum versuum intervallum et D folii 20ᵛ qui post v. 1034 restant septem versus vacuos reliquerunt: etiam Vindobonensis quidam maius etiam spatium posuit teste Schneidero apud Hoffmannum p. 20), tamen lectorem nunquam potuit non offendere sententiae hiatus. Iam cum a grammaticis, maxime a Nonio, permulta afferantur quae in ipsa Amphitruone hodie non exstant, dubium esse nequit quin casu aliquo (non consilio, ut Lindemanno visum praef. p. X, in adn. p. 101) in codicum nostrorum archetypo sat magnus foliorum numerus interciderit: ex numero autem versuum a Nonio et ex lacuna et ex reliqua fabulae parte allatorum Hoffmannus 280 fere versus deperditos esse computavit. Quam iacturam aegre ferentes iam exeunte saec. XV supplere conati sunt (qua de re cf. Ritschelii Opusc. II p. 42 sqq., Hoffmannus p. 26 sq., Theod. Hasper de duplici Poenuli exitu p. 1 adn. 2, Reinhardstoettner 'die Plaut. Lustspiele in spätern Bearbeitungen' p. 6), adhibitis grammaticorum nonnullis versibus: id quod multis fraudi fuit. Re vera quae Plauti esse viderentur post Camerarii Fabriciique, Parei, Bothii curas collegerunt Emanuel Hoffmann 'de Plautinae Amphitruonis exemplari et fragmentis' (diss. Vratislaviensis a. 1848), Ussingius in editione a. 1875 (p. 64—67. 330—335), Iohannes Schroeder 'de fragmentis Amphitruonis Plautinae' (particula prior: diss. Argentoratensis a. 1879), Samuel Brandt 'Ueber die verlorene Partie aus Plautus' Amphitruo' (Musei Rhenani t. 34 (a. 1879) p. 575—592), qui omnes pro sua quisque parte rem promoverunt, maxime autem Schroederus, persobrio ille iudicio usus. Idem recte rationem habuit glossarum a Nonio excerptarum ordinis, unde quae ad fragmentorum ordinem constituendum sint consectanea suo loco adnotabimus. Qui quidem ordo satis diversus sane a viris doctis factus est: neque quid cuique de singulis visum sit plene testari possumus. Itaque satis habemus indicasse, quo modo fragmenta in integra fabula olim posita fuisse possint.*

*Scaenae alterius ad exitum spectant 1—4: atque 1 excepisse videtur ipsum v. 1034. 2—4 Mercurii Amphitruonem ab aedibus arcentis abigentisve. | Sosia prodit: de hoc, quocum modo litigavisse se putat Amphitruo, 5. 6 dicta sunt. | Praesentibus multis civibus invicem se pro moechis raptant Amphitruo (7. 8. 10) et Iuppiter (9). | Collocuntur Alcumena (11. 12. 13) et Amphitruo. | Blepharo prodit et frustra arbiter est (14). | Fragmentorum 15—19 sedes accuratius definiri vix potest*

I

At ego te certó cruciatu máctabo, mastígia

II

Érus Amphitruost óccupatus

III

Óptumo iure ínfringatur aúla cineris ín caput

IV

Né tu postulás matulam unam tíbi aquae hinc infundi ín caput.

---

I. *Nonius p. 342, 6:* mactare malo afficere significat. Plautus Amphitryone: 'at ego certo cruce et cruciatum mactabo exuo mastigia' ita ego *Pylades* te *add. et* cruciatu *correxit idem* exuo *del. Ussingius, mutarunt in* exi foras *Pylades,* exito *Hoffmannus,* exitio *(*mactábo éxitio *cum hiatu) Schroederus,* maxumo *Brandtius,* exi ilico *Langenus p. 29 Duorum versuum fragmenta cum alii discriminassent (*at cérto ego crúce te et cruciatú mactabo *Hoffmannus,* at ego certó cruce | ét cruciatu té mactabo *Brandtius et Langenus p. 29), Ussingius et Schroederus recte statuerunt uno hoc versu excipi verba Mercurii* te macto infortunio. *Quorum ille* certo *cum parum placeret delevit, hic* cruce et cruciatu *e v. 1033 invectum exempli gratia* exitio *extrusisse putat. Immo* certo *et* cruciatu *coniuncta optime se habent; cum emphasi enim* cum cruciatu tuo *(v. 1033) iteratur. At displicet* cruce et cruciatu*:* cruce *fortasse glossema. Item mirum illud* exuo *pars videtur scholii* (s)erue (nequam) *ad* mastigia *olim adscripti: cf. Loewii glossa manu scripta:* mastigia**:** male serue aut serue nequam

II. *Nonius p. 354, 30:* occupatus impeditus; ut graece dicitur ἀσχολεῖ id est 'nacuus non est'. Plautus in Amphitryone: 'erus . . . occupatus'. — Amphitruost *Hoffmannus:* amphitryo *libri* III. *Nonius p. 543, 5:* aula quam nos ollam dicimus, est capacissimum uas. Plautus in Amphitryone: 'optimo . . . caput'. *De* infringetur *cogitaverit fortasse quispiam Praecessit hoc fr. quarto (cf. Nonius)*

IV. *Nonius p. 543, 12:* matella aquarium uas. Plautus in Amphitryone: 'ne tu postules matulam unam tibi aquam infundi in caput' *Hinc Pistoris vidit explicari v. 1001* postulas *Schroederus duce Hoffmanno* matulam unam tibi aquae hinc *LG Traditum ordinem servantes scripserunt* aqŭae *Hoffmannus,* aquai *Bothius,* aquas *Schroederus et Brandtius,* in caput infundier *Schoellius;* iam *inseruerunt Ribbeckius apud Brandtium p. 581 et Langenus p. 94 sq. (*postules; matulam unam tibi aquae iam infundam*),* iam iam *Ussingius (*postules, matula iam iam tibi aquam infundo*),* a me *Seyffertus apud Schroederum (*tibi aquae a me infundi*) Secutum est hoc fr. id quod praecedit (cf. Nonius)*

V

Quíd minitabas té facturum, sí istas pepulissém fores?

VI

Íbi scrobes ecfódito tu plus séxagenos ín die.

VII

Láruatu's: édepol hominem míserum! medicum quaérita.

VIII

Nílne te pudét, sceleste, pópuli in conspectum íngredi?

V. *Nonius p. 473, 26:* minitas pro minitaris . . . Plautus in Amphitryone: 'quid . . . fores'. — VI. *Priscianus V 41 t. I p. 168, 5 H.:* feminina . . . 'scrobs' . . . et masculino tamen genere inuenitur. Plautus in Amphitrione: 'ibi scrobes effodito plus *(al. codd.:* effodi duplos*)* sexagenos in dies'. — *Idem VII 40 t. I p. 320, 24:* in 'obs' feminina latina: 'haec . . . scrobs huius scrobis' (sic alii; sed Probus nominatiuum protulit similem genetiuo), quod Plautus masculino genere profert in Amphitrione: 'ibi scrobes effodito duplus *(sic vel* duplos *nonnulli libri; plerique* effodito plus*)* sexagenos in dies'. — *Commenta Lucani VIII 756* 'exigua scrobe' *(I p. 283 Usen.) haec exhibent. G (= cod. Bruxellensis 5330 saec. X):* hic scrobem feminino genere posuit, Plautus masculino: 'scrobes sexagenos fodi in die'. — *A (= scholiorum antiqua sylloge, cui 'adnotationes' nomen est):* hic scrobem feminino genere posuit, Plautus masculino 'scrobes sexagenos' in Amphitryone. *cod. Bernensis 370 saec. X:* 'scrobe' feminini generis, licet Plautus posuerit masculino: quod et artis est; nam hic contra rationem posuit *(cf. Servius in Vergil. Georg. II 50:* nos scrobes genere dicimus masculino licet Lucanus dixerit contra artem 'exigua posuit scrobe'*). Glossa 'libri glossarum' ab Angelo Mai Class. Auct. t. VII p. 579 e codice Palatino 1773 excerpta:* scrobonem Lucanus feminino genere dixit secutus Plautum *(ubi errorem subesse patet et improbandus esset qui coniceret* secus ac Plautus*).* — *Probi Catholica IV p. 20, 2 K.:* hic scrobis huius scrobis genere masculino; sic Plautus 'sexagenos scrobes'. — *Servius in Vergil. Georg. II 288 item affert* 'sexagenos scrobes' ecfodito duplos *Bothius, cuius coniecturam (*duplos *enim trochaeum explet) sic emendat Hoffmannus:* duplos effodito. *Recte* effodito tu plus *Hertzius ad Priscianum* in die *Schroederus: et sic scholiasta codicis Bruxellensis. Fallitur Brandtius p. 583 adn.* VII. *Nonius p. 44, 22:* cerriti et laruati male sani et aut Cereris ira aut laruarum incursatione uexati. Plautus Amphitryone: 'laruatus . . . quaeritat' *Fortasse* laruatust quaerita *Acidalius, qui* laruatus *voce deleta fragmentum 12 sic continuat:* edepol hominem te miserum! m. q. *Prius fuit in integra fabula hoc fragmentum simili illi 12: cf. Nonii ad illud verba* idem qui supra in Amphitryone *Hic v. inter 739 et frgm. 12 lectum est (cf. Non.)* VIII. *Nonius p. 453, 30:* ingredi non solum intrare,

IX

Mánufestum hunc obtórto collo téneo furti flágiti

X

Ímmo ego hunc, Thebáni ciues, quí domi uxorém meam
Ínpudicitia ímpediuit, téneo, thensaurúm stupri.

XI

Exiúrauisti té mihi dixe pér iocum

XII

Quaeso áduenienti mórbo medicarí iube:
Tu cérte aut laruátus aut cerrítus es.

---

ut est manifesta eius uerbi significatio, sed et uenire ac se ostendere auctoritate Plauti possumus dicere, in Amphitruone: 'nihilne . . . ingredi' *Cf. v. 735 et Men. 708* *Fragmentum post v. 845 et ante fr. 8 positum fuit (Nonius)* IX. *Nonius p. 453, 24:* furtum etiam non ablata res, sed omne quicquid occulte geritur auctoritate ueterum dici potest. . . Plautus Amphitryone: 'manifestum . . . furem flagitii' manufesto *Schroederus* furti *LG.* teneo furem flagiti *quoquo modo explicas permire dictum: et* furtum *in lemmate Nonii est. Quamquam praestabit synonymum vocis* thensaurus *(frg. 10, 2)* *Fragmentum post id quod praecedit positum fuit (Nonius)* X. *Nonius p. 331, 15:* impedire sordidare, ad probrum ducere. Plautus Amphitryone: 'immo . . . impudicitia impediuit'. *Idem p. 456, 16:* thesaurum etiam copiam pessimae rei dici posse Plautus uoluit in Amphitryone: 'qui . . . impudicitia impediuit . . . thesaurum stupri' *Cum hoc et eo quod praecedit fragmento cf. argum. acrost. v. 6 sq.:* in uicem raptant pro moechis XI. *Nonius p. 105, 17:* exiurare et deiurare id est ualde iurare, ut deamare. Plautus Amphitryone: 'exiurauisti . . . iocum' exiurare *Ussingio potius* iurando amouere *videtur significare: at cf. v. 916* *Cf. Poenuli V 3, 50* quod ego dixi per iocum XII. *Nonius p. 44, 22:* cerriti et laruati male sani et aut Cereris ira aut laruarum incursatione uexati. Plautus Amphitryone *(cf. fragm. 7).* idem qui supra in Amphitryone: 'quasi aduenienti morbo medicati iuuem *(al. libri:* iuuenem*)* tu certe aut laruatus es aut cerritus'. *Nonius p. 247, 6:* aduenire incipere. Plautus Amphitryone: 'quaeso aduenienti moribo iube *(al. codd.* iure*)*' quaese adueniente morbo nunc medicum tibi | enim tu certe aut laruatus aut cerritus es *Acidalius.* *Trochaice Brandtius sic:* [age] quaeso aduenienti morbo medicinam fieri iube | nam tu certe aut laruatus aut cerritus es: [abi] quaeso aduenienti m. ius medicabile *Bothius.* quaese a. m. medicatum tibi *Hoffmannus itemque Ussingius, nisi quod* medicamen*: potius* medicinam *debebant.* quaese a. m. medicari Iouem *Quicheratius.* quasi a. m. medicari iubent *Hauptius Opusc. II p. 367.* *Nos sic ut Schroederus versum dubitanter conformavimus* *Utrum* laruatus *legendum sit an* cerritus es *dubitari posse dicit Ussingius* *Post fragmentum 7 hoc lectum est (cf. Nonius)*

XIII

Nisi hóc ita factumst proínde ut factum esse aútumo
Non caúsam dico quín uero insimulés probri.

XIV

Quí nequeas nostrórum uter sit Ámphitruo decérnere

XV

.... ábitendi múnc tibi etiam occásiost

XVI

.... quaé me absente córpus uolgauít suom

XVII

Péssumo nolí precari

---

XIII. *Nonius p. 237, 2:* autumare est dicere . . . Plautus Amphitryone: 'nisi . . . probri' factum est *Nonius* quin uero insimules *Brandtius, Langenus p. 117:* uerum quin simules *(*qui insimules *cod. P) Nonius* quin uerum *Hoffmannus.* quin iure *Ussingius.* uir, quin *Quicheratius* insimuler *Hoffmannus* uerum qui insimulas probri? *Pareus* uerum ne insimulet probri *Bothius* XIV. *Nonius p. 285, 29:* decernere est dicere. Plautus in Amphitryone: 'qui neque has . . . amphitryo decernere' *Post v. 1038 inserendum putavit Gulielmius* nequeo uostrorum *Acidalius et Gulielmius* *Ex hoc v. scriptor argumenti acrostichi v. 7 sq. pendet:* Blepharo captus arbiter | uter sit non quit Amphitruo decernere XV. *Priscianus XI 24 t. I p. 564, 12 H.:* declinantur autem participia ad similitudinem et regulam nominum in 'ns' desinentium uel in 'us' mobilium, exceptis, ut supra dictum est, illis, quae nascuntur a uerbis quartae coniugationis in 'eo' desinentibus, quorum genetiuus uocales nominatiui 'ie' mutat in 'eu': 'iens euntis', 'quiens queuntis', quamuis Plautus 'abiendi' dixit pro 'abeundi' in Amphitryone: 'abiendi . . . occasio est'. — abiendi etiam nunc tibi est occasio *Bothius.* abiendi *mendum esse eius codicis quo usus sit Priscianus pro* abeundi *putat Schroederus: idem de* abitendi *cogitare non audet* XVI. *Nonius p. 182, 21:* uulgauit honeste positum uile habuit et quasi in uulgus dedit. Plautus Amphitryone: 'cuiusque . . . uulgauit suum'. — cuique med absente corpus uxor *Gulielmius (et* uxor corpus *supplevit Rothius quoque ad Nonium, L codice usus qui* ucorpus*).* cui usque med absente corpus *Hoffmannus.* quisquam *(*Qui? quae *alio tempore)* me absente corpus *Bothius.* [eccam uideo] quae me absente corpus *Ussingius.* huius quae me absente corpus *Schroederus.* quoiusque [techinis] med absente corpus *sive* quoiusque [techinis] me absente [uxor] corpus *Brandtius* XVII. *Servius Danielis in Vergil. Aen. VIII 127* 'et cui me precari'] sane ueteres et 'precor illi' pro 'precor pro illo' dicebant. Plautus in Amphitrione: 'noli pessimo precari *(*nobili pessime precari *cod. Paris. 7929)*' hoc est *(*et hoc est *idem)* 'pro pessimo noli precari'. —

XVIII

Animam conprime

XIX

Clandestino

---

*Videtur grammaticus* pessumo *dativum non recte* 'pro pessumo' *interpretatus esse: cf. Asin. v. 477. Ceterum qui non nescit, quantopere immutari soleant et verba Plautina et comoediarum nomina apud Servium excitata, fieri posse concedet ut Asinariae v. 477:* pergin precari pessumo *a grammatico allatus sit, non Amphitruonis fragmentum nescio quod* XVIII. *Nonius p. 233, 19:* anima iterum significat iracundiam uel furorem; unde et animosi dicuntur iracundi. Plautus Amphitryone: 'a. comprime'. *Errorem scholiastae (tacere enim iubentis haec verba sunt) notavit Ussingius, eiusdem interpretationem defendit Schroederus, ut tamen etiam librarii mendum pro* animum *esse posse statuat* XIX. *Excerpsit qui adverbia Plautina collegit: v. Ritschelii Opusc. II p. 236. 273. Vocabulum inter v. 886 et 1116 lectum esse constat De fragmento apud Nonium p. 76 servato, quod Schroederus rectius versum 400 esse censet, vide ad hunc versum. Ceterum singulari consensu ad Amphitruonis hanc lacunam et Schroederus et Brandtius rettulerunt versum a Festo p. 169 sine fabulae nomine allatum:* naualis scriba, qui in naue apparebat, inter aliud genus scribarum minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque eius ministerium esset obiectum. Plautus: 'nón ego te nouí naualis scríba, columbar *(sic Scaliger:* columbari *cod.; pronuntiandum est* colubar*)* ímpudens'. Siue quod columbaria in naue appellantur ea, quibus remi eminent, siue quod columbariorum quaestus temerarius incertusque. *Et possunt sane haec de Blepharone dicta esse*

# ACTVS IV

* * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *

**BLEPHARO. AMPHITRVO. IVPPITER**

. . . . . .

BLEPHARO

Vós inter uos pártite: ego nunc ábeo, mihi negótiumst: 1035
Néque ego umquam usquam tánta mira mé uidisse cénseo.

AMPHITRVO

Blépharo, quaeso ut áduocatus mi ádsis neue abeás.

BLEPHARO

Vale.
Quíd opus est med áduocato, quí me utri sim néscio?

---

*Act. IV sc. 3 Pers. om. libri: cf. p. 114 init.* 1035. Vos inter uos partite: ego nunc *LG:* Vos inter uos partite *(parcite B)* ego *BDE (ante* VOS *prius spat. initiale ut in novae scaenae principio) Z. cf. A. Palmer Hermath. vol. VII (a. 1881) p. 134.* Vos inter uos istęc partite ego *JF (*istec*), qua scriptura interpolata (cf. E) usi proposuerunt* Vos ista inter uos partite, ego *Ritschelius Proleg. p. 130 (cf. Anal. Pl. p. 78, ubi* Inter uos istaec partite, ego *coniecit Goetzius),* Vos inter uos istaec partite *(omisso* ego*) Bothius;* Vos inter uos partite: ego istaec *Hermannus teste Lindemanno, contra* istaec *spernentes* Vos inter uos dispertite, ego *Muellerus p. 355,* At uos inter uos partite, ego *Lindemannus,* Vos inter uos iam partite, ego *Guyetus,* Vos inter uos partite, ego adeo *Braune Quaest. gramm. p. 38* habeo *E* michi *EJ* negotium *(*negocium *J)* est *libri* 1036. Ne[ ] ego *J* unquam *DJ* meuidisse *J* 1037. Blefaro *BE.* ]lefaro *J* quęso ut *J.* queso ut *E.* quęso te ut *Z: corr. Hermolaus* mihi *D.* in *BE.* michi *J* habeas *E.* abeas *ex* abas *D* uate *J* 1038. opus est med *Hermannus teste Lindemanno, Ritschelius Nov. exc. p. 24:* opust med *(*med *s. v. E) DE.* opus est *J.* opus me *B.* opust me *F (*opus est*) Z* qui me utri *Hermannus teste Lindemanno, Ritschelius l. s. s.:* quin utri *libri.* quine utri *Gulielmius.* qui utri *Camerarius* sim *Hermannus l. s. s., Ritschelius l. s. s.:* sim aduocatus *libri* *Vulgatam* Quid opust me aduocato qui utri sim aduocatus nescio *def. Umpfenbachius Melet. Plaut. p. 11, Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 237*

IVPPITER

Íntro ego hinc eo: Álcumena párturit.

AMPHITRVO

Perií miser:
Quíd ego faciam, quem áduocati iam átque amici déserunt? 1040
Númquam edepol me inúltus istic lúdificabit, quísquis est.
Iám ad regem rectá me ducam résque ut factast éloquar.
Égo pol illum ulcíscar hodie Théssalum uenéficum,
Quí peruorse pérturbauit fámiliae mentém meae.
Séd ubi illest? intro édepol abiit, crédo ad uxorém meam.
Quí me Thebis álter uiuit míserior? quid núnc agam? 1046
Quem ómnes mortalés ignorant ét ludificant út lubet.
Cértumst, intro rúmpam in aedis: úbi quemque hominem aspéxero,
Síue ancillam, síue seruom, si úxorem, si adúlterum,
Sí patrem, si auóm uidebo, eum óbtruncabo in aédibus: 1050

---

*Ante v. 1039 inculcat Gulielmius fragm. XIV* 1039. *Totum v. Iovi dat Gulielmius* 1040. Quid ego faciam *Guyetus:* Quid ego *libri, nisi quod* Quid ago *Z et* e *(*ego*) in litura B.* Quid ego ago *Gruterus.* Quid ego, quid ago *Bothius.* Nam quid ego ago *Lindemannus* Quid ego *(vel* ago*) retinentes coniecerunt* iam omnes *Camerarius, Muellerus p. 752 et* iam aeque *Spengelius Plaut. p. 41: cf. Muellerus p. 305* 1041. Nunquam *J.* Numquem *B.* Num quem *DE* ludificabit *F, Camerarius:* ludificauit *BDEZ.* ludificabunt *J* quisquis *ex* quiquis *J* 1042. Iam *Gruterus:* Nam iam *(///*iam*, 1 litt. er. B.* Namiam *E) libri.* Nam *Guyetus* ad regem *(*em *in* ia *corr.) D.* adregem *EJ* rectam *J* me ad regem recta *Lindemannus* Nam iam ad regem recta ducam me resque ut facta eloquar *Bothius (*est *cum Camerario omittens)* facta est *(*factaest *E) libri* eloquar, a *e corr. E* 1043. thesalum *E* ueneficium *J* 1044. peruerse *EJ* pertubauit *D* familię *J.* familie *E* meę *EJ* 1045. ille est *J.* illic est *F* me in ultus *(del. lineola)* abiit *E* aduxorem *EJ* 1046. Quis me *J* quid nuc *J.* quid nun *ut vid. E.* quidnam *Z: corr. Pylades* 1047. Quę ois *J* iubet *E* 1048. Certust *BDEZ.* Certum est *JF* introrumpam *BDE* in aedis *Camerarius.* in aedibus *DFZ.* inaedibus *BJ.* inedibus *E* 1049. seruum *libri* si uxorem si *Bothius, Ritschelius Proleg. p. 85:* siue uxorem siue *(*Siue *ex* Se *D.* sev *B) libri* siue uxorem seruom siue adulterum *Goellerus ad Trin. p. 60* 1050. Si patrem, si *Bothius, Ritschelius Proleg. p. 85:* Seu patrem siue *libri* auum *libri* seu patrem uidebo siue auom *Acidalius* eum obtruncabo *Fleckeisenus:* obtruncabo *ex* obtruncapo *D.* obtrancabo *E.* ibi obtruncabo *Muellerus 'Sive' p. 7. alia haud pauca idem*

Néque me Iuppitér neque di omnes íd prohibebunt, sí uolent,
Quín sic faciam utí constitui: pérgam in aedis núnciam.

---

*Pros. Pl. p. 544* inaedibus *J.* inedibus *E* 1051. Nequę *J* dii *J* id *om. JF* uolent *ex* uolint *J.* uolunt *Z.* uelint *Lambinus* 1052. sic *ex* sin *B* fatiam *E* uti *Camerarius:* ut *libri* pergam *ex* pegam *D* in aedis *Camerarius:* in aedibus *DFZ.* inaedibus *J.* in edibus *B.* inedibus *E* nuntiam *E.* nunc iam *reliqui*

# ACTVS V

## BROMIA. AMPHITRVO

BROMIA

Spes átque opes uitaé meae iacént sepultae in péctore
Neque úllast confidéntia iam in córde, quin amíserim.
Ita míhi uidentur ómnia, mare, térra, caelum cónsequi, 1055
Iam ut ópprimar, ut énicer. me míseram: quid agam néscio.
Ita tánta mira in aédibus sunt fácta: uae miseraé mihi.
Animó malest, aquám uelim: conrúpta sum atque absúmpta sum.
Capút dolet neque aúdio neque óculis prospició satis.
Nec mé miserior féminast neque úlla uideatúr magis. 1060

---

*Act. V sc. 1* BRONIA ANCILLA · AMPHITRIO *B.* ANCILLA AMPHITRIO *D.* ANCILLA BROMIA AMPHITRIO (AMPHYTRIO *J*) *EJ* *V. 1053—1061 dimetros esse voluit Kiesslingius Anal. Pl. p. 8*

1053. *Pers. om. D* pes *c. spat. D.* apes *c. spat. E.* Dapes *JFZ: corr. Hermolaus* atque *s. v. E* uitę *E.* uite *D* meę *EJ* sepultę *J.* sepulte *E* inpectore *EJ.* impectore *D* 1054. ulast *D.* ulla est *J* confidentia *B.* confidentiã *DE* ulla confidentiast *Lindemannus* iam incorde *EJ.* in meo corde *ed. Fleckeisenus, quod ipse reicit ep. crit. p. 17.* iam meo in corde *Camerarius. Errat de librorum scriptura Muellerus p. 616* 1055. michi *J.* m̃ *E.* me *Guyetus* uidetur *EJ* cęlum *J.* celum *BDE* concoqui *Ussingius* 1056. I iãm, m *eras. D* opprimar, iam *Guyetus: cf. Ritschelius Proleg. p. 181* inicer *E.* inicier *B.* enecer *JFZ* memiseram *J* agam[ *J* 1057. in edibus *B.* inaedibus *J.* inedibus *E* ue *BEJ* miserę *B.* misere *E* michi *EJ* 1058. male est *J* aquam *trium syllabarum esse vult Kiesslingius l. s. s.* corrupta *BEJ.* corrupta (r *alt. ex* p) *D.* corrumpta *Fleckeisenus* 1059. Capud *E* dolet /// *B* nec oculis *BDEJ* prospitio *BE* 1060. me *om. D* memiserior *B* miserior *ex* miseor *D* femina est *libri* nequę *J* illa *vir doct. teste Lomano p. 13* uidetur $E^3$, *cui recte coniunctivus offensioni fuit* *Exspectes* ulla cruciatur magis. *Cf. Muellerus p. 643, qui traditu verba intellegi posse negat*

Ita eraé meae hodie cóntigit: nam ubi párturiens deos ínuocat,
Strepitús, crepitus, sonitús, tonitrus: ut súbito, ut propere, ut uálide tonuit.
Vbi quísque institerat, cóncidit crepitu: íbi nescio quis máxuma
Vóce exclamat: 'Alcumena, adést auxilium, né time:
Ét tibi et tuís propitius caéli cultor áduenit. 1065
Exsúrgite' inquit 'quí terrore meo óccidistis praé metu'.
Vt iácui, exsurgo: ardére censui aédis: ita tum cónfulgebant.
Íbi me inclamat Álcumena: iam éa res me horrore ádficit.
Erílis praeuortít metus: accúrro, ut sciscam quíd uelit,
Atque íllam geminos fílios puerós peperisse cónspicor: 1070

---

1062. *Nonius p. 227, 13:* tonitrus positum pro tonitru. Plautus Amphitryone: 'screpitus sonitus tonitrus' 1068. 1069. *Nonius p. 362, 20:* praeuertit reuocat. Plautus Amphitryone: 'ibi . . . uelit'

---

1061. ere meę *BE.* herę meae *J.* ereme at *D* parturiens deos *LG:* parturit deos sibi *libri.* partuis deos sibi *Bothius*[2. 3]. partus *(vel* parti*)* deos sibi *Spengelius 'Reformvorschlaege' p. 338.* parturit deosque *Ussingius.* parturit, deos *Pylades.* parturit, deos ubi *Lindemannus.* partulos sibi *Hermannus teste Lindemanno* 1062. *V. in marg. add. in J, ubi haec tantum apparent:* ]crepitus s[]trus [] ut propere ut[ Screpitus *Nonius omisso* crepitus tonitrius *B.* tonit *Ussingius* subito *(pro* ut subito*) Bothius, Hermannus Elem. p. 413* ualide *ex* ualde *E* ut subito ut propere fremit *trochaeis discriptis Schoellius Anal. Pl. p. 48 Versum hypercatalecticum def. Spengelius 'Reformvorschlaege' p. 330 V. 1063—1072 Hermannus tractat Elem. p. 171* 1063. Ubi quisque *ex* Ubique *D* institerat *ex* inciderat *E, ex* institerit *D.* steterat *Gud. II* crepitu *del. Bothius* maxima *EJ* 1064. Uoce xclamat *E* ad est *E* netime *J* 1065. ec tuis *ut vid. E* propicius *J* cęli *BE.* celi *D* 1066. Exurgite *EJ* inquid *BDE* praemetu *B.* premetu *EJ* 1067. exurgo *BEJ* aedes *m. 2 ex* aedis *B.* edis *E.* ędes *J* itatim *E.* ita tunc *D.* ita *Camerarius* confulserant *Camerarius* 1068. Ibi tum me *praefert scripturae* inclamauit *Muellerus p. 28.* Ibi med *Guyetus* Ibi mein clamar argumenta a mea res *cod. Paris. 7667 Nonii: in aliis similiter erratum est* ita ea *J.* tum ea *Lambinus.* ea *Ussingius* me *om. EJFZ* afficit *J* horrore affileberis praeuertitur *cod. II Nonii De v. 1069—1077 cf. Kiesslingius l. s. s.* 1069. *Cf. 1068* Eriliis *E.* Herilis *J* praeuertit *BDE.* pręuertit *J* metus *F (ut vid., e corr.) Z, Nonius:* motus *D.* meotus *B.* me otius *J.* meo totius *E.* me metus *Langenus p. 79* ac curro *E* sciam *Nonius*

Neque nóstrum quisquam sénsimus, quom péperit, neque prouídimus.
Séd quid hoc? quis hic ést senex, qui ante aédis nostras síc iacet?
Numnam húnc percussit Iúppiter? 1073
Credo édepol: nam pro Iúppiter 1074[a]
Sepúltust quasi sit mórtuos. 1074[b]
Ibo út cognoscam, quísquis est. 1075[a]
Amphítruo hic est quidem érus meus. 1075[b]
Amphítruo.

AMPHITRVO

Perii.

BROMIA

Súrge.

AMPHITRVO

Interii.

BROMIA

Cédo manum.

AMPHITRVO

Quis mé tenet?

BROMIA

Tua Brómia ancilla.

AMPHITRVO

Tímeo totus, íta me increpuit Iúppiter.
Nec sécus est quasi si ab Áccherunte uéniam. sed quid tú foras Egréssa's?

---

1071. sensibus *J* cumpeperit *J* Neque *J* preuidimus *EZ* 1072. hoc quid *EZ* edis *E.* aedes *J* hic iacet *Spengelius l. s. s. Septenarium tutantur Kiesslingius et Spengelius l. s. s.* 1073. num nam *B (in* numnam *corr.) J* *V. 1074*[a] *et 1074*[b] *del. Guyetus* 1074[a]. Crede *E* 1074[b]. sepultus *D.* sepultus est *EJ* mortuus *libri* 1075[a]. ut cognoscam *Acidalius:* et cognoscam *(*cognosco *B) libri* 1075[b]. amphitrio *BD.* amphytrio *EJ.* Amphitruost *Lindemannus.* Est Amphitruo *Fleckeisenus* hic est quidem *Kiesslingius l. s. s.:* hic quidem *libri.* hic quidem est *Camerarius* herus meus *J. om. Z: add. Angelius* *Trochaeos discribit Spengelius l. s. s.* (quidemst) 1076. Amphitrio *BD.* Amphytrio *EJ* Credo *J* 1077. tuabromia *J* timeo totus *Fleckeisenus:* totus timeo *(*teneo *J.* tremo *F) libri.* totus contremo *Lindemannus* ita med *Guyetus.* tam me *Schoellius* me *s. v. D* increpuit *(*e *add. rubricator) E* 1078. secus *(*ecus *in litura) B.* secius *ex* secus *D.* secutus, *m. 2 exp. J* acheronte *BD* si abac quasi cheronte *E.* quam si ab acherunte *JF (*acheronti*) Z (*cheronte*): cf. Brixius ad Capt. 909 append. et Langenus p. 320* Sed *ex* Set *ut vid. J.* set *E* qui *D* 1079. Egressa es *EJ.* Egessa es *BD*

BROMIA

Eadem nós formido tímidas terrore ínpulit:
In aédibus, ubi tu hábitas, nimia míra uidi. uaé mihi, 1080
Amphítruo: ita animus méus mihi etiam núnc abest.

AMPHITRVO

Agedum éxpedi:
Scin mé tuom esse erum Ámphitruonem?

BROMIA

Scío.

AMPHITRVO

Vide etiam núnc.

BROMIA

Scio.

AMPHITRVO

Haec sóla sanam méntem gestat meórum familiárium.

BROMIA

Immo ómnes sani súnt profecto.

AMPHITRVO

At me úxor insanúm facit
Suis foédis factis.

BROMIA

Át ego faciam tu ídem ut aliter praédices, 1085
Ámphitruo: piam ét pudicam tú tuam esse uxorem út scias,
De eá re signa atque árgumenta paúcis uerbis éloquar.

---

tumidas *J* terrore *ex* terroris *D* impulit *BDEJ* *Interpunctionem delet Ussingius ante* Nimia *v. 1080 distinguens* 1080. Inedibus *E* ubi tu *Pylades:* tu ubi *libri.* ubi tute *Fleckeisenus.* cubi tu *Ritschelius Opusc. t. III p. 139* nimia (ni *ex* m) *E* *Inter* nimia *et* mira *lacuna J* Ve *EJ* michi *EJ* 1081. Amphitrio *BDE.* Amphytrio *J.* Ere Amphitruo *Muellerus p. 679* animus meus mihi *Fleckeisenus:* mihi (michi *J*) animus *libri.* meus mi animus *Lindemannus* nunc *om. F* age dum *BEJ* 1082. tuum *libri* herum *J* amphitrionem *BDE.* amphytrionem *J* iam nunc *non apparuit in J* 1083. Hęc *E.* Hec *B* sanam *Camerarius:* saccam *B.* sarcam *DEJFZ.* sartam *Lambinus* mentem *om. EJFZ* meorum *Acidalius:* mearum *B.* morum *D.* mea (meam *F*) *EJFZ* familiarium *ex* familarium *J* sola sanam sartam gestat mentem familiarium *Lindemannus praef. p. IX* 1084. uxori *D* insaniam *D* 1085. Suis *ex* Suus *D* foedis *s. v. D, ex* foedus *J* factis *ex* factam *D* tuidem *B* *De v. 1086 sq. cf. Hermannus Elem. p. 169* 1086. Amphitrio *BDE.* Amphytrio *J* tu tuam esse uxorem *LG:* tuam esse uxorem *BJ.* esse uxorem *D.* esse tuam uxorem *EFZ.* tuam esse uoxorem *Kochius Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 285.* tuam tibi uxorem *Luchsius Studemundi Stud. t. 1 p. 24* uti *Bothius* scias *ex* sciam *D*

Ómnium primum Álcumena géminos peperit fílios.

AMPHITRVO

Aín tu, geminos?

BROMIA

Géminos.

AMPHITRVO

Di me séruant.

BROMIA

Sine me dícere,
Vt scias tibi tuaéque uxori deós esse omnis própitios. 1090

AMPHITRVO

Lóquere.

BROMIA

Postquam párturire hodie úxor occepít tua,
Vbi utero exortí dolores, út solent puérperae,
Ínuocat deos ínmortalis, út sibi auxiliúm ferant,
Mánibus puris, cápite operto. tum íbi continuo cóntonat
Sónitu maxumo. aédis primo rúere rebamúr tuas. 1095
Aédes totae cónfulgebant tuaé, quasi essent aúreae.

AMPHITRVO

Quaéso, absoluito hínc me extemplo, quándo satis delúseris.
Quíd fit deinde?

BROMIA

Dum haéc aguntur, ínterea uxorém tuam
Néque gementem néque plorantem nóstrum quisquam audí-
uimus:
Íta profecto síne dolore péperit.

AMPHITRVO

Iam istuc gaúdeo, 1100

---

1089. dii *J* mes eruant *E* seruent *F* 1090. tueque *EJ* oms *BD* propicios *J* 1091. Eloquere *F* 1092. Vbi $E^3FZ$: Ibi *BDEJ* ut ero *D* puerperę *J*. puerpere *E* *Recte comma ponit Ussingius, gravius distinxit Fleckeisenus cum aliis* 1093. Inę uocat *E* inmortales *BE*. immortales *D*. immortales *J* 1094. opertod *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. p. 74* tum ibi *Muellerus p. 544:* ibi *libri* contonar *E* *Folii 126*r, *quod 39 tantum versuum est et v. 1094 terminatur, in fine unus versus er., qui tamen ad Plautum non pertinuisse videtur J* 1095. ]maximo *J* Sonti maximo *E* aedes *BD*. edes *J*. edęs *E* primo ruererebamur *B*. primor uererebamur *ante corr. D* 1096. Aedis *BDE* totę *J*. tote *E* tuę *EJ* auree *D*. aurcace *ex* aurace *E* 1097. Quęso *EJ*. Queso *B* absoluto *E* extemplo *ex* exemplo *D* 1098. sit *BEJ* de inde *EJ* hęc *E* *Inter* haec *et* aguntur *parva lacuna J* 1099. Neque *J* nostrorum *F* 1100. ]profecto *J*

Vtut me erga meritást.

BROMIA

Mitte istaec átque haec quae dicam áccipe.
Póstquam peperit, púeros lauere iússit nos. occépimus.
Séd puer ille quém ego laui, ut mágnust et multúm ualet.
Néque eum quisquam cónligare quíuit incunábulis.

AMPHITRVO

Nímia mira mémoras: si istaec uéra sunt, diuínitus 1105
Nón metuo meae quín uxori látae suppetiaé sient.

BROMIA

Mágis iam faxo míra dices. póstquam in cunas cónditust,
Déuolant angués iubati deórsum in inpluuiúm duo
Máxumi: contínuo extollunt ámbo capita.

AMPHITRVO

Vaé mihi.

BROMIA

Né paue. sed ángues oculis ómnis circumuísere. 1110

1102. *Nonius p. 503, 37:* lauit pro lauet . . . lauere inde tractum est . . . Plautus Amphitryone: 'postquam . . . accedimus' 1108. *Nonius p. 191, 21:* angues feminino. Plautus Amphitryone: 'deuolant . . . duo' *Servius Danielis in Verg. Aen. II 206:* iubae autem proprie equorum sunt. Plautus in Amphitruone: 'angues iubati'

1101. Vt ut *BDEJ* me erga *Schmidtius de pron. demonstr. form. p. 75:* erga (ergo *D*) me *libri* merita est (est *om. EZ*) *libri* Mitte istaec (istęc *E.* istec *B*) *libri.* Istaec mitte *Pylades* (est *delens*): *idem* (est merita *scribens*) *Camerarius.* Mitte ista *Lindemannus.* Mitte istaec (atque *delens*) *Bothius* haec que *BD.* haec q̃ *E.* hęc quę *J* 1102. Post quam *BE* lauere *F, Hermolaus ex Nonio:* lauare (lau////are, l *ex* p *D*) *BDEJZ* nos] ut hos *Nonius* occepimus (i *e corr.*) *D.* accedimus *Nonius* 1103. illic *Lindemannus* magnus est *libri* ut multum *Bothius, fort. recte* 1104. colligare *libri* quiuit *J* incunabulis *BEJ.* in cunabulis *ex* in cubulis *D.* in cunabulis *FZ: corr. Turnebus* 1105. me moras *E* istec *E.* istaec ///, *1 litt. er. D* 1106. me tuo *J* meae quin *Bothius, idem inter alia Muellerus p. 701:* quin meae (meę *E*) *libri* quin meae uoxori *Kochius Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 285.* quin uxori meae *Guyetus* laete *ex* latat *D.* latę *EJ* suppetię *E* 1107. Mage iam *Pylades* fixo *E* diceas *J* incunas *EJ.* in cunis *F, Lindemannus* conditus est *libri*

1108. Deuolant *ex* Deuolans *D* iubati *ex* iuuati *D.* iuuati *BE.* iubatae *Nonius* deorsum ininpluuium *BE.* deorsum ut impluuium *J.* in compluuium *Nonius* due *Nonii cod. Par. 7579* 1109. Maximi *libri* Vae mihi *Lachmannus:* Ei mihi (michi *J.* m̃i *E*) *libri.* Ei mihi occidi *Muellerus p. 720* 1110. set *E* circum uisere *DEJ*

Póstquam pueros cónspicati, pérgunt ad cunás citi:
Égo cunas recéssim rursum uórsum trahere et dúcere
Métuens pueris, míhi formidans, tántoque angues ácrius
Pérsequi. postquám conspexit ánguis ille altér puer,
Cítus e cunis éxilit, facit récta in anguis ínpetum: 1115
Álterum alterá prehendit eós manu perníciter.

AMPHITRVO

Míra memoras: nímis formidolósum facinus praédicas:
Nam mihi horror mémbra misero pércipit dictís tuis.
Quíd fit deinde? pórro loquere.

BROMIA

Púer ambo anguis énicat.
Dum haéc aguntur, uóce clara inclámat uxorém tuam 1120

AMPHITRVO

Quís homo?

BROMIA

Summus ímperator díuom atque hominum Iúppiter:
Is se dixit cum Álcumena clám consuetum cúbitibus

---

1116. Perniciter *hinc excerptum in glossario Plautino: cf. Ritschelii Op. II p. 236. 273*

---

1111. Post quam *E* con spicati *J* adcunas *EJ* 1112. recessim *Valla:* recessum *libri.* uicissim *Meursius Crit. Arnob. cap. 4* rursum *om. Z: add. Hermolaus* uersum *J.* prorsum *Pylades* ducere (du *ex* tui) *D* 1113. michi *J.* m̃ *E* 1114. angues *BDEJ* ille *om. F* *V. 1115. 1116 hoc ordine Pylades 'e codicibus vetustis': inverso BDEJFZ* 1115. Amph. *notam praef. E* ecunis *EJ* inanguis *E.* inangues *J* dat recte in anguis *Lindemannus* *Versum iambice sic metitur Bothius*[2 3]*:* citus éxilit e cunis, recta facit in anguis impetum, *cum Fleckeisenus* facít recte in eos inpetum *praeferat ceteris servatis: cumulatam anguium commemorationem mulierculae quaesitam esse suspicamur* impetum *EJ* 1116. Alterum, u *ex* a *D* altera p̃hendit *B.* altera praehendit *D.* alter aprehendit *J.* alter apprehendit *EFZ, unde* altera apprehendit *Saracenus,* altera prehendit *Scioppius* eos per niciter, n *ex* u *J.* eos perniciter *F* 1117. *Pers. om. E* formidolusum *J* predicas (*ex* predica *m. 3 J*) facinus *EJFZ* 1118. michi *EJ* menbra *BJ.* membra *ex* menbra *D* misero *ex* misera *D* perciit *Pius* 1119. sit *BJ* de inde *J* Puerambo *D* ambos *FZ* angues *BJ* (n *ex* m *ut vid.*) emicat *E.* enecat *J* 1120. hęc *EJ.* hec *B* inclamat *Dousa:* exclamat *libri, Ussingius.* acclamat *Lindemannus* 1121. summis *J* diuum *BDJ.* diuinum *E* 1122. Isse *E* cum *s. v. E* clam] dam *E.* clara *JF* consuetum, t *ex* r *ut vid. J* cubitibus

Eúmque filiúm suom esse, quí illos anguis uícerit:
Álterum tuom ésse dixit púerum.

AMPHITRVO

Pol me haud paénitet,
Sí licet boní dimidium míhi diuidere cúm Ioue. 1125
Ábi domum, iube uása pura actútum adornarí mihi,
Vt Iouis suprémi multis hóstiis pacem éxpetam.
Égo Teresiam cóniectorem huc áduocabo et cónsulam,
Quíd faciundum cénseat, simul hánc rem ut factast éloquar.
Séd quid hoc? quam uálide tonuit. di, óbsecro uostrám fidem. 1130

---

## IVPPITER. AMPHITRVO

IVPPITER

Bono ánimo es: adsum auxílio, Amphitruo, tíbi tuis:
Nihil ést quod timeas: áriolos, arúspices

---

1127. *Nonius p. 388, 6:* supremum susum altum . . . Plautus in Amphitryone: 'ut . . . petam' *Idem p. 460, 9:* pacem peti et a diis posse Vergilius significat in Georgicorum lib. IIII . . . Plautus Amphitryone: 'ut . . . expetam'

---

*Scaliger:* cubilibus *libri.* cubiculo *Lindemannus* 1123. suum *libri* angues *BEJ.* anguos *D* 1124. tuum esse *BD:* esse tuum *EJFZ, corr. Pylades* aut *E* penitet *J.* penitet *BDE* 1125. Scilicet *DEJFZ, corr. Lambinus* michi *EJ.* me *(et* scilicet*) Scaliger* diuidere *ex* diuidore *D* 1126. iube *ex* iuue *D.* iuue *E* ac tutum *EJ* in *E* 1127. Vtio uis *B.* Vt iouis *(s eras.) D* suppremi *J.* subp̃mi *E* multus *E* hostus *ex* hostis *E.* hostis *Nonius priore loco* pacis *J* expectam *E.* petam *Nonius priore loco* 1128. teresiam *(te resiam BE.* teresiam *ex* tiresiam *D) BDE, Fleckeisenus ep. crit. p. 20:* tiresiam *JF (ty-) Z* con iectorem *J* huc aduocabo *Muellerus p. 544 (ubi simul de* ad me *vel* eadem *inserendo cogitat):* aduocabo *libri.* mi aduocabo *Bothius* 1129. Qui *J* facta est *libri* 1130. dii *J* urãm *BDE (ũram) J*

*Act. V sc. 2* IVPPITER *BDE: om. spatio relicto D*

1131. *Pers. om. BDE* ono *c. spat. DE* adsum auxilio, Amphitruo, tibi tuis *LG:* adsum *(assum Z)* auxilio amphitrio *(amphytrio E)* tibi et tuis *BDEZ.* adsum amphitrio *(amphytrio J)* auxilio tibi et tuis *JF.* adsum auxilio, Amphitruo, tibi *Bothius.* adsum ego auxilio, Amphitruo, tibi *Fleckeisenus* 1132. Nichil *EJ* timieas *J*

Mitte ómnis: quae futúra et quae facta éloquar,
Multo ádeo melius quam ílli, quom sum Iúppiter.
Primum ómnium Alcuménae usuram córporis 1135
Cepi ét concubitu gráuidam feci fílio.
Tu gráuidam item fecísti, quom in exércitum
Proféctu's: uno pártu duo peperít simul.
Eorum álter, nostro quíst susceptus sémine,
Suis fáctis te inmortáli adficiet glória. 1140
Tu cum Álcumena uxóre antiquam in grátiam
Redi: haúd promeruit quam ób rem uitio uórteres:
Mea uí subactast fácere. ego in caelúm migro.

AMPHITRVO

Fáciam ita ut iubés et te oro prómissa ut serués tua.
Íbo ad uxorem íntro: missum fácio Teresiám senem. 1145
Núnc, spectatorés, Iouis summi caúsa clare plaúdite.

---

hariolos *libri* haruspices *BDE* 1133. om̃s *BDE* quę futura et quę *EJ* facta sunt *ex* facta *D* 1134. ad eo *E* qm̃ *J* sim *Camerarius* qui sum *Palat. aliquot* 1135. alcumena eusuram *BE (in* alcumenae usuram *corr.).* alcumenę usuram *J* 1136. Cępi et *J.* Cępiet *ex* Copret *D.* Coepi et *E* feci///lio *B* 1137. ita *EJFZ: corr. Saracenus* cum *libri* inexercitum *EJ* 1138. Profectus *libri* unci *E* partu *ex* parto *B* duos *EJFZ* 1139. qui est *libri* '*Quidam libri*' *(Langiani)* conceptus *Misc. obs. novae III (a. 1741) p. 18* 1140. Si uis *E* inmortalis *E* adficiet *(*et *in litura m. 2) B.* adfitiet *E.* afficiet *J* 1141. in graciam *D.* ingratiam *E.* ingrãm *J* 1142. aut *E* quam obrem *BEJ.* quamobrem *D* uicio *J* uerteres *D* 1143. uis *D* subactast *E:* sub actast *B.* subacta est *D.* sub acta est *J* in cęlum *BJ.* incęlum *E.* in celum *D*

*Act. V. sc. 3* AMPHITRIO *B.* AMPHYTRIO *J.* AMPHTRIOO, *priore* O *male formata et ob id repetita E: om. D spatio relicto (cf. ad titulum prologi Asinariae p. 5)* 1144. *Pers. praef. J* aciam *c. spat. D.* atiam *item E* ita *om. J* pro missa *J* 1145. aduxorem *E (*uxo *e corr.) J* facio *ex* fatio *D.* fatio *B.* faciam *Z* te res iam *B.* teres iam *E.* teresiam *ex* tiresiam *D.* tiresiam *JF* (ty-) *Z* 1146. Ω *praem. Ussingius.* Cantor *praem. Fleckeisenus* Spectatores, nunc *Fleckeisenus* spectator es *D* *Ante* Iouis *parva ras. B* clare *FZ.* dare *E.* cla///re *D.* clara *BJ* applaudite *Gruterus dubitanter* PLAVTI AMPHITRIO EXPLICIT *BE* (AMPHTRIO) *J* (AMPHYTRIO)*: om. D*

# T. MACCI PLAVTI

# COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

---

TOMI II FASCICVLVS III

MERCATOR

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIII

T. MACCI PLAVTI

# MERCATOR

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A GEORGIO GOETZ RECOGNITA

---

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI II FASCICVLVS III

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIII

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEUBNERI.

# PRAEFATIO

Mercatorem Plauti post ingeniosissimas Ritschelii curas iterum edere cum constituissem, arduum opus me aggressum esse et alea plenum nequaquam fugere potuit. Nam ut ex altera parte verecundia me vetuit in reiciendis summi viri commentis audacia uti, ita ex altera quidquid sentirem ut libere et ingenue proferrem ipsius experta voluntas impulit. Nec minimam dubitationem illa res movit, qua ratione mea a Ritschelianis disiungerem: qua in re procedente opere mox intellexi me nihil efficere posse, nisi recensionem tamquam meam ederem Ritschelii et verbis et sententiis quoad eius fieri posset servatis. Hanc igitur me Mercatori operam tribuisse sciendum est: restitui librorum scripturam ubi defendi posse credidi, novavi cum de aliorum tum de mea sententia quae mutationem flagitare visa sunt, sed ita, ut Ritschelianas scripturas quas removissem tantum non omnes in adnotatione commemorarem ac ne ea quidem tacerem, quae ille aliis auctoribus edidisset: emendavi et supplevi quicquid e codicibus non recte adnotatum esse novis collationibus fretus inveneram: denique addidi quae inde ab anno 1854 ad explicandam et emendandam fabulam prolata esse cognovi. Quae ante hoc tempus in lucem prodierant rarius inspexi ut a Ritschelio diligenter excussa, nisi quod Weisii Geppertique paucas coniecturas antea omissas adieci. Editiones vetustas et adversaria nisi certa dubitandi causa esset iterum inspicere supersedi, cum summam Ritschelium in colligendis dispersis doctorum commentis posuisse diligentiam dudum intellectum sit.

De Ambrosiano codice quae Loewius mecum communicavit integra subicienda putavi. Sunt autem haec:

'*A* codicis, ubi inter Epidicum et Mostellariam Mercator posita fuit, quaterniones XXXVI — XXXIX ad hanc fabulam spectasse certum est. Ac primi quidem et quarti cum nihil hodie extet, habemus tamen folium quod praeter secundi et tertii reliquias ad Mercatorem pertinet. Paginam enim codicis 213 ex parte idem quod 193 continere, 214 autem, aversam eiusdem folii, videri scriptura omnino carere docuit Studemundus Commentationum in Mommseni honorem editarum p. 796 sq. Ibi cum accuratum paginae apographum propositum sit, in folio perdifficili amplius sudandum non putavi. Eruit autem Studemundus haec:

| | | |
|---|---|---|
| 1 | | |
| 2 | LL | (?) |
| 3 | | |
| 4 | | |
| 5 | | |
| 6 | | |
| 7 | | |
| 8 | QU | 254 |
| 9 | SIMUL | 255 |
| 10 | EGOCONSPICOR | 256 |
| 11 | | 257 |
| 12 | Q | 258 |
| 13 | ADNAUEM | 259 |
| 14 | MIAMULIEREM | 260 |
| 15 | MATRIANCILLAMSUAE | 261 |
| 16 | QUAM OSTQUAMA EXINONITAAMOUTSANOSOLE | 262 |
| 17 | HOMI ACTOUTINSANEISOLENT | 263 |
| 18 | AMA CIDEMHERCLEEGOOLIMINADULESCENTIA | 264 |
| 19 | UERUMADHOCEXEMPLUMNUMQUAM | 265 |

Videtur librarius hoc folium male scriptum ad aliud quid capessendum adhibuisse: qua de re vide quae Studemundus l. s. s. coniecit.

Transimus ad quaternionum XXXVII et XXXVIII fragmenta. Sunt autem haec:

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| (1) | 193. | 194 | = 247 — 265. | 266 — 282 | | |
| (2) | 359. | 360 | = 283 — 301. | 302 — 321 | | |
| A. | | a | | | | |
| (3) | 469ᴬ | 470ᴬ | = 356*) — 372. | 372 — 374 | | XXXVII |
| (4) | 475. | 476 | = 374 — 406. | 407 — 424 | | |
| B. | | b | | | | |
| (5) | 369. | 370 | = 457 — 471. | 472 — 487 | | |
| (6) | 207. | 208 | = 488 — 503. | 504 — 520 | | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| (7) | 93. | 94 | = 521 — 539. | 540 — 555 | |
| C. | | c**) | | | |
| (8) | 467ᴬ | 468ᴬ | = 589 — 601. | 602 — 619 | |
| D. | | d | | | |
| E. | | e***) | | | XXXVIII |
| (9) | 477. | 478 | = 681 — 696. | 697 — 714 | |
| F. | | f†) | | | |
| (10) | 83. | 84 | = 753 — 771. | 772 — 790 | |

Foliorum paria etiamnunc cohaerent: 193/194 + 207/208; 469ᴬ/470ᴬ + 475/476; 93/94 + 83/84; 467ᴬ/468ᴬ + 477/478††); singula sunt: 359/360; 369/370. Paginae 208 et 84 suis locis quaternionum notas exhibent. Titulus binarum paginarum est P̃LAVTĪ | M̃ERCATOR̃, nisi quod p. 467ᴬ, 469ᴬ, 470ᴬ virgulis illis nunc carent, p. 476 priore. Numeros 475. 476. 477. 478 Studemundus scripsit deletis antiquioribus hisce 469ᴮ. 470ᴮ. 467ᴮ. 468ᴮ, quos Maianos non esse

*) De dubiis vide apparatum: item de versuum in singulis paginis distributione. Hic primum et ultimum adnoto.

**) Hoc folium versus 556—589 (huius versus priorem partem) et duos titulos (= 38 palimpsesti versus) continuisse videtur.

***) Numerum versuum qui his foliis continebantur a Palatinis discrepasse puto; nam a probabilitate abhorret in tribus paginis D, d, E quaternos versus bipertitos fuisse (48 + 12 + 2 + 14 = 76). Accedit quod inter v. 620—664 frustra quaesiveris duodecim longiusculos, quos unius versus spatium excessisse suspiceris. Unde Ambrosiani memoriam conicio auctiorem fuisse Palatinis.

†) Lacunam accurate explet Palatinorum memoria: 36 + 2 = 38.

††) Huic foliorum pari additum est in eodemque involucro adservatur pusillum membranae fragmentum, quod nescio ad quem locum adaptandum sit.

apparet, sed eiusdem qui tertii folii numeris a Maio scriptis (469. 470) A litteram addidit (469^A. 470^A: num forte Geppertus?). Hodierna foliorum condicio satis diversa est. Omnium autem pessime habita 3. 4. 8. 9, quorum praeter margines et lacinias pauculas nihil fere superest: difficillima horum lectio (si lectionem appellaveris), eoque difficilior, quod raro adhibitus est liquor chemicus. Reliquorum defectus membranae fere nullus praeter lacunulas modo plures modo pauciores. Horum de lectione hic facili vel facillima illic difficiliore non ago singillatim, quamquam omnia enotavi: solius paginae 83 mentionem facio, perpallidae illius et ita comparatae, ut paucae voces vel litterae omnino planae sint. Nolui tamen tot locis iterare: 'dubia lectio', sufficit monuisse lectorem. De varia enim singularum litterarum lectionis fide non meum est in editionis apparatu agere: talia qui quaesiverit ex apographo Studemundiano suo tempore petat. Ad idem pertinere nunc mihi videntur parvuli momenti quaedam res, velut versuum longiusculorum in binas lineas ut aiunt distributio, litterae initiales reliquis paullo maiores, litterarum in exitu versuum vel abbreviatio vel deminutio vel colligatio: in ea omnia qui palimpsestum perscrutatur anxie inquirat necesse est, si recte legere sibi proposuit: et omnia quoad fieri potuit accuratissime in meo quoque apographo expressi: at ab editionum nostrarum rationibus, ut dixi, haec aliena. Aliter olim in Epidici praefatione p. XI sq. rem instituendam putavi. Lectionibus ab aliis iam publicatis usum me esse consentaneum. Paginas re vera difficiles Ritschelius Geppertusque vix attigerunt: id quod non in hanc solam fabulam, sed in omnes codicis Bobiensis reliquias cadit. Quae discrepant ab Ussingii in recenti Mercatoris editione lectionibus ea cum cura examinata me dedisse scito: ille num erraverit tum demum dubitabo, cum Studemundus vel alius qui amplius annum codicem tractavit Ussingianas lectiones praetulerit'.

Codicem veterem iterum contulit Hugo Hinck, qui quicquid Ritschelium non recte adnotasse vidit in ipso Ritschelii exemplari correxit. Codicem Decurtatum ipse cum Ritschelii exemplari contuli. Ursinianum diligen-

tissime denuo excussit Augustus Mau, cuius collationem ubicumque a Ritschelii adnotatione discedit secutus sum. In paucissimis quibusdam et levissimis dubitandi causa relicta erat: quod cum ad ipsas lectiones firmandas prorsus non valere intellexissem silentio praeterii.

Ex Ritschelii praefatione repetenda esse duxi quae de diasceue fabulae p. VI sqq. sagacissime exposuit: 'Omnino enim aut omnia fallunt aut, si a singularium versuum vel accessione vel omissione discesseris, talem prorsus qualem Palatini libri hanc fabulam etiam Bobiensis servabat, h. e. non qualis e Plauti manibus prodiit, sed secundis curis alicuius *διασκευαστοῦ* immutatam ad exemplum Stichi atque Persae. Nam eadem quod mutilarum in numero inde ab Ioannis Baptistae Pii temporibus habita est eamque ob caussam imperitissimis supplementis interpolata post v. 829 et 956 insertis, id quidem quam pravo iudicio existimatum sit sensu verissimo iam Niebuhrius assecutus est, quantumvis ille infelix defensor noviciorum supplementorum illorum, Opuscul. histor. et philol. I. 175 sq. Nec enim quidquam in ea quae nunc habetur fabula ad commodam argumenti explicationem desideratur, nisi quod et unius scaenae caput periisse ante v. 857, et non suum locum Syrae sermonem, quem post v. 804 reposuimus, in libris occupare apertissimum est: minimeque omnium Demiphonis uxor illa scilicet Peristrata erat cur ceteris personis adderetur non praeter necessitatem tantum sed etiam praeter rationem. Contra, cum desit nihil, aliquam multa redundant, aliquid etiam repugnat reliquae argumenti dispositioni: suntque haec ita comparata, ut etiam qui prudentiore iudicio utatur, non possit non duorum operam poetarum agnoscere. Nam satis prudenter negamus sane eos agere qui, sicubi discrepantia inter se vel moleste iterata in poetarum libris offenderint quae non posse conciliari appareat, ea continuo ad illud genus omnia referunt quod fere 'duplicis recensionis' nomine comprehenditur; nec ab eis 'dittographiis', quae librariorum interpretumve ludibunda sedulitate subnatae ipsa verborum sententiarum numerorum pravitate noviciam originem prodant, severiore iudicio talia discernunt quae satis bona per se, reliquis non ut simul legerentur addita sunt,

sed ut pro eis, horum in locum substituta certo emendandi consilio sive eiusdem poetae sive alius, non librarii vel grammatici, verum item poetae. Velut ad genus prius tantum non omnia exempla 'dittographiae' in Trinummo Plautina indagatae referenda sunt: qualia quidem critico officium imponunt alterarum partium optandarum atque probandarum, damnandarum confidenterque expellendarum alterarum. Nec ulla est e Plautinis fabulis quin hac specie interpolationis, quam glossematum nomine notare consuevimus, identidem deformata sit: pertinentque huc e Mercatore praeter alia (ut v. 536. 745. 815, quibus sero intellexi versum 276 accedere) illae turbae quas componere ad v. 982 studuimus. Contra geminae recensionis h. e. dedita opera institutae *διασκευῆς*, quam non possis non ex ipsa antiquitate repetere, certissimo, nisi prosus fallimur, indicio tribus in locis servati gemini sermones sunt, sententiarum tenore prorsus *παράλληλοι*: primum v. 369—372 et 373—375; deinde v. 150—165, pariterque v. 620—624, cum eis comparati qui utroque loco partim praecedunt partim subsequuntur. Has igitur partes non dubitamus una cum prologo fabulae aut toto aut prope toto illi aetati tribuere qua omnem poesim Plautinam studiose recultam esse singulasque fabulas, quo Plautinae festivitatis cupido populo denuo spectandae praeberentur, cum cura retractatas esse olim demonstravimus h. e. ineunti saeculo septimo. Talis autem recensio nova quam late patuerit, cum plerumque, ut nunc res est, accuratius definiri nequeat, tamen non nimis mirandum esse putamus sicubi etiam gravioris discrepantiae vestigia relicta sint. Tale est autem quod permiro consilio, cuius rationem prorsus non expedias, v. 529 Pasicompsae Lysimachus illa dicit '*tuo ero redempta's rursum: Ego te redemi illi: ille mecum orauit.*' Emit enim mulierem Lysimachus oranti Demiphoni qui non fuerat erus, non redemit Charino qui fuerat. Nec consulto simulare hoc, illud dissimulare credendus Lysimachus: alioqui nec de ove sexagenaria illa verba fecisset v. 524, nec si forte iocum captare suspicere, mox tam seriam mirationem proderet, postquam iam per biennium rem habuisse cum amatore Pasicompsam comperit, nec ea interrogaret loquereturque v. 538 sqq. quae

non potuit nisi cui de Charini amore nihil compertum esset. Quo accedit quod ne hoc quidem satis persipicitur, a quo tandem emere mulierem Demiphonis mandato Lysimachus, dum dominus illius Charinus a nave abest, potuerit. Hunc igitur nodum, inexplicabilem nobis, aut solvat qui potuerit, aut insigni argumento esse retractatae aliquando fabulae fateatur.

Haec autem si ratio universa est huius fabulae, etiam de singulis in promptu est quid sit iudicandum, si quae paullulum recedere a Plautina in verbis vel numeris proprietate videantur. Quod genus, utpote excedens praefationis angustias, etsi dedita opera olim pertractandum erit, tamen tantum vel nunc affirmare licet, frustra esse qui talibus freti Mercatorem totam a Plauto abiudicare animum induxerint, hoc est eam fabulam quae et ingenii Plautini et aetatis et consuetudinis vere Plautinae ut manifesta ita luculenta documenta habeat plurima. Frigent quaedam in hac fabula, fateor, et frigent paullo plura quam in Persa notavi nuper. Velut vix satis dignum poeta *ad exemplar Siculi properante Epicharmi* videbitur, quod nimia profecto loquacitate et molestioribus ambagibus impatientem morae Charinum cum in scaena secunda actus primi Acanthio servus tum in quinti actus secunda (nobis tertia) Eutychus sodalis morantur. Item imitatorem potius Plauti quam Plautum prosopopoeiae illius putida frequentia arguit qua non tantum in prologo haec cumulantur v. 19. 25 sqq. *cura aegritudo, nimia elegantia, insomnia aerumna error terror fuga ineptia stultitia temeritas incogitantia, excors immodestia, petulantia cupiditas maleuolentia auiditas desidia inopia iniuria contumelia dispendium paucilo-quium multiloquium*, sed etiam in reliqua fabula v. 162 *uis metus cruciatus cura iurgium inopia*, rursus v. 845 sqq. *uita amicitia uoluptas laetitia ludus iocus* una cum contrarii generis malis *ira inimicitia maerore lacrumis exitio inopia pertinacia stultitia exilio solitudine*, item v. 867 sqq. *spes salus uictoria* et *cura miseria aegritudo lacrumae lamentatio.* Mitto nunc alia quaedam eius generis, olim huc rediturus: pauca esse in multitudine eorum assevero quae vel recte vel praeclare instituta Plautinae virtutis etiam in simplicioris argumenti

tractatione tam vivam et sibimet constantem speciem prae se ferant, ut ne posse quidem ab alio scripta esse videantur: praesertim in tanta etiam verborum sermonisque antiquitate, quam a recentioris aetatis usu nec pauca nec dubia indicia separant.

Quod autem supra dixi eius scaenae, quae vulgo tertia numeratur actus ultimi, caput periisse temporum iniquitate, id haud scio an aliquo modo confirmetur eo argumentandi genere quod e Glossarii Plautini testimoniis petitum his fabulis identidem adhibui. Excerpta sunt in illo haec e Mercatore adverbia, quibus versuum unde sumpta sunt numeros ascripsi: ampliter 98 neuis 150 guttatim 205 efflictim 444 dissimulanter altrinsecus 977. Non legitur hodie in hac fabula dissimulanter: quod cum inter v. 444 et 977 olim lectum esse appareat, aliquanto maiore ut puto probabilitate ad illum quem dixi locum referes quam ad eas quas v. 624. 732. 849 lacunas notavi'.

Quod supra dixi me Ritschelii quas removissem scripturas in adnotatione commemorasse, id ne paucis quibusdam locis omisisse videar, addo haec: si quo loco novam Ambrosiani scripturam secutus sum, ubi Ritschelius aliam memoriam exhibuit, nihil addidi ipsum quoque novam si novisset scripturam amplexurum fuisse arbitratus, veluti his in versibus: 259 (Inscendi R.), 300 (bonumst R.), 301 (eloqui siquid uelim R.), 308 (Loquar R.), 482 (mirum factumst R.), 687 (om. lac. R.), 757 (Non abis R.). Saepius omisi disertis verbis dicere Ritschelium, ubi ego coniecturas praeferrem, libros secutum esse: 29 (etiam auiditas), 127 (Charinum. Ch. Ego), 283 (Euge), 355 (igitur), 611 (abs te), 615 (mihi hodie), 862 (quiescam usquam), 868 (tecum. Ch. Alium), 889 (Quo ego scio), 941 (uexerit), 981 (Nam ibat exulatum. D. An); quod tamen ex apparatu ubique facile colligitur. Denique addo Ritschelium v. 135[a] et 135[b] contraxisse, secutum autem esse v. 218 Bothium, 239 Hermannum Camerariumque (dotem uxoris ambadedisse), 241 Hermannum (dotem simiae ambadederit), 990 Acidalium (Temperi), v. 848 posuisse *exitium*.

Restat ut addam quae amici corrigendis plagulis

adscripserint et quae ipse sero observaverim. Adscripsit Schoellius haec: 372: Maceo opinor; 385: Iam hau uereor ne illam me amare; 436: Hercle illunc diui; 451: communis est mihi cum alio illa: qui; 585: Meam ego metuo uxorem; 723: Nescio quid dicam. Dor. Ehem haeres; 796: Conciuit hostis domi mihi ultro acerrume; 901: pol pulcre; 903: ad uos, inque? Eut. Quor rogas; 966: Tibi amicam esse, amator; 990: Sibi habeat iam uti uolt per me licet. — Loewius haec adnotavit: 263: ut insanissumei; 847: sex simitu pessumos *deleto v. 849*; 880: numbus *ex glossa vetusta*; 988: cum corbi, cum fiscina; v. 1020 *delet.* — Sero vidi v. 239 Langenum Ind. Monast. a. 1882/83 p. 13 *ambadedisse oppido* coniunxisse et p. 4 v. 553 *id iam lucrumst quod uiuis* recte divinasse; item Buggium Op. ad. Madvigium p. 157 v. 683 scripsisse *Quid clamas, Syra?* — Commemorari potuerunt quae de versibus 271, 267, 276, 464, 480 Niemeyerus de Plaut. fab. rec. dupl. p. 7, 27, 43, 28, 19 disputat, porro v. 246 dicendum fuit Iordanum 'Beitr.' p. 292 *at* posuisse, fortasse recte. — Corrigenda sunt haec: Act. I scaen. 1 inscript.: delenda verba *de quo nomine cf. praef.* et haec reponenda: *cf. Ritschelii Op. II p. 728.* v. 271 in apparatu scribenda haec: uicinum *(ex* uicinus *D)* eccum exit foras *(sine* nam*) reliqui praeter A.*

Ienae mense Nov. a. 1882.

G. G.

T · MACCI · PLAVTI

# M E R C A T O R

GRAECA · EMPOROS · PHILEMONIS

# ARGVMENTVM I

Missús adulescens áb suo mercatúm patre
Emit átque adportat scíta forma múlierem.
Requírit quae sit, póstquam eam uidít, senex:
Confíngit seruos émptam matri pédisequam.
Amát senex hanc ác se adsimulans uéndere 5
Tradít uicino: eúm putat uxór sibi
Obdúxe scortum. túm adulescentem éx fuga
Retrahít sodalis, póstquam amicam répperit.

---

*Arg. I* INCIPIT MERCATOR FELICITER *A: cf. praef. Epid. p. XII* INCIPIT MERCATOR *B.* MERCATOR *D: om. C* 1. Missus adulescens ab suo mercatum *Ritschelius Op. II p. 416.* Missus (issus *c. spat. C)* mercatum ab suo (absuo *C)* adulescens (adolescens *CD) libri* adolescens ab suo *Pylades:* Mercatum missus *Pareus ed. tert., Guyetus:* Missus mercator *Camerarius* *Hiatuum meras defensiones ut hoc loco ita alibi non commemorabo nisi quis singularem rationem memoratu dignam profert* 2. Emittat que *B* apportat *CD.* portat *Z* 3. quaesit *C.* quesit *B* post quam *C* 4. Confingit *Z.* Conficit *BCDF* seruus *CD* pedisequam *Pylades.* pedi sequam *B.* pedissequam *reliqui* 5. ac se adsimulans *Ritschelius.* adse simulans *B.* se adsimulans *reliqui.* at se simulans *Gulielmius.* seque adsimulans *Pylades.* ac se simulans *Gruterus* 6. cum putat *D.* cumputat *C.* computat *Z.* amico. eum putat *Ritschelius* sibi] illius *Camerarius* 7. obduxisti cor tuũ *B.* Obduxisse scortum. tum *FZ* adulescentem *Ritschelius.* charinum *BDZ.* charuium *C.* carinum *F* ipsa ex *Muellerus Pros. Pl. p. 532* exfuga *C* 8. repperit *Ritschelius in adnot.* inuenit *libri.* inuenerat *Pylades.* repererit *Guyetus.* ei inuenit *Ritschelius in contextu*

# ARGVMENTVM II

Mercátum asotum fílium extrudít pater.
Is péregre missus rédimit ancillam hóspitis,
Amóre captus. út uenit, naue éxilit:
Pater áduolat, uisam áncillam illam déperit,
Quoiús sit percontátur. seruos pédisequam 5
Ab ádulescente fíngit matri emptam ípsius.
Senéx sibi prospíciens, ut amicó suo
Veníret, natum orábat: natus, út suo.
Hic fílium subdíderat uiciní, pater
Vicínum. praemercátur ancillám senex. 10
Eám domi deprénsam coniunx íllius
Vicíni scortum insímulat, protelát uirum.
Mercátor exspes pátria fugere déstinat:
Prohibétur a sodále, qui patrem íllius
Hortátur cum suo pátre, nato ut cedát suo. 15

---

*Argum. II* ARGVMENTVM *BD. om. C* 1. asotum *Ritschelius.* adsotñ *B.* a se (ase *C*) dum *CD, codd. Pyladis.* a se *FZ.* ab sese *Scaliger.* ad socium *Camerarius.* adsiduum *Bothius olim* 2. Isperegre *CD* missus *Beroaldus.* milis *BCD.* militis *FZ.* unius *Camerarius* hospitis *CDFZ.* militis *B* 3. ut uenit *Lambinus.* ut uehit *libri.* atuehit (*h. e.* aduehit) *Gulielmius.* auehit *Scaliger* naue *B.* naui *reliqui* exiit *Bothius* 4. aduolauit *Spengelius* '*Plautus*' *p. 239.* aduolat et *Ussingius* uisam ancillam illam *Ritschelius.* uisam ancillam *libri.* uisamque ancillam *Camerarius* 5. Cuius *libri* percunctatur *BCD* serui *B.* seruus *reliqui* pedis aequam *B.* pedissequam (pedis sequam *D*) *reliqui* 6. adolescente *CD.* adulescentē *B* fingit matri emptam ipsius *Ritschelius.* matri emptam ipsius *libri. De* memorat matri emptam ipsius *cogitat Ritschelius in adn.* ait matrem esse emptam ipsius *Pylades: idem* emtam esse *transponens Camerarius: quos saltem* matri ait emptam esse *vel* matri esse emptam ait *(sic Muellerus Pros. Pl. p. 521) scribere debuisse annotat Ritschelius.* ipsius emptam matri ait *Bothius: pro quo lenius eum potuisse* matri ipsius emptam ait *addit Ritschelius.* 7. perspiciens *Z* 8. Venire *B* 9. Hic (i *ex* a) *D* 10. Vicinum *codd. Pyladis.* Vicinus *libri nostri* premercatur *D.* pmercatur *B* 11. deprehensam *libri* coniux *B* Eam dómi deprensam coniunx illius senis *contra artem Muellerus Pros. Pl. p. 173 dubitanter* 13. expes *Saracenus, Pius.* expers *libri* 14. Prohibere *BCD* sodale (so *s. v.*) *D* patrem *ex* patriam *D* illius patrem *Bothius* 15. Hortatur cum suo patre *Ritschelius.* Orat cum suo (cumsuo *C*) patre *libri.* Exorat cum suo patre *Muellerus Pros. Pl. p. 18.* Orat suo cum patre *Pylades.* Onerat suo cum patre *Gulielmius.* Cum patre exorat *Bothius.* Orat cum suo patre una *Ussingius* nato uti cedat suo *Bothius.* nato ut cederet (cederit *B*) *libri. Non ἄμετρον, sed soloecum esse* pátre uti nato cederet *Ritschelius annotat.* nato ut cedat pater *Muellerus l. s. s.* *Post* cederet *novum v. libri addunt:* Absente cum lenone perfido. *Sed* '*in emaculatis exempluribus carmen hoc non legitur*' *Pio teste*

# PERSONAE

CHARINVS ADVLESCENS
ACANTHIO SERVOS
DEMIPHO SENEX
LYSIMACHVS SENEX
LORARIVS
EVTYCHVS ADVLESCENS
PASICOMPSA MERETRIX
DORIPPA MVLIER
SYRA ANVS ANCILLA
COCVS

# ACTVS I

CHARINVS

Duas rés simul nunc ágere decretúmst mihi:
Et árgumentum et meós amores éloquar;
Etsi hóc parum hercle móre maiorum ínstiti,
Pro meá persona ut sim ád uos index ílico.

---

*Act. I sc. 1 Prologum cum totum vel prope totum septimo saeculo attribuisset Ritschelius praef. p. VIII (cf. Par. Plaut. p. 16 et 233), a Plauto abiudicat Liebigius (de prol. Ter. et Pl. p. 32 sqq.) prorsus olim aliud fabulae initium exstitisse ratus: quos contra accurata ut solet disputatione Dziatzko Mus. Rhen. vol. 26 (a. 1871) p. 421 sqq. v. 1—4, 7—9, (fortasse 10 et 11), 46. 56—58, 61—79, 54, 55, 47, 49, 80—110 Plautinos esse probare studet: denique Reinhardtus Studemundi Stud. vol. I p. 80 sqq. haec esse genuina suspicatur 1. 2. 7—9. 106—110 cetera tribus quattuorve hominibus attribuens. Quem bene refutavit Dziatzko Mus. Rhen. vol. 29 (a. 1874) p. 63 sq. Cf. praeterea anonymus Ind. phil. IV (a. 1872) p. 394* CHARINVS ADOLESCENS · *B.* CHARINVS *reliqui: de quo nomine cf. praef.* 1. uas *c. spat. C.* Quas *Z* decretum st *D.* ducere nc̄ st *B.* decretum est *F* 2. Etmeos *C* amoris *CD* *V. 3—17 sic ordinavit Ritschelius Parerg. p. 17 sq., qui in libris collocantur 12—17. 5—11. 3. 4* *V. 3—4 num transponendi sint dubitat Dziatzko l. s. s. p. 439* 3. Etsi *Bothius.* Fit *B.* Et *reliqui* hercle *Ritschelius.* ee̅ *BCD.* esse *FZ.* etiam *Camerarius.* etsi *Salmasius.* ecce *Gronovius.* equidem *Ussingius* matorum *B.* amatorum *Acidalius, Dziatzko l. s. s.* 4. Pro mea persona ut sim ad uos *Ritschelius.* p mea p conatus sum uos sumq, *B.* Per me perconatus sum uossumq; *CD.* Per me percontatus sum sumque *FZ, et sine* sum *libri Mureti Var. lect. XVIII 9.* Per meam personam ad uos qui sim *Bothius, sed is alias alia suadens et alia aliis incredibiliora.* Prius ac percontatus sum uos, sumpsi *Pistoris* index ilico *F.* inde exilico *BD.* inde exiliō *C.* iudex illico *Z.* indicium illico *Pistoris* *Aliorum de v. 3. 4 commenta vel potius portenta, ut Salmasii, Acidalii, Alciati apud Lambinum, Gronovii, Ussingii consulto omissa sunt* *De v. 5 sq. cf. Dziatzko de prol. p. 27, ubi post Osannum Anal. p. 172, sed firmioribus usus argumentis, hos versus spurios esse ratiocinatur*

(Graece haéc uocatur Émporos Philémonis: 5
Eadém latine Mércator Maccí Titi.)
Pater ád mercatum hinc mé meus misít Rhodum:
Biénnium iam fáctumst, postquam abií domo.
Ibi amáre occepi fórma eximia múlierem.
Sed ea út sim inplicitus dícam, si operaest aúribus 10
Atque áduortendum ad ánimum adest benígnitas.
(Non égo item facio, ut álios in comoédiis
Vi uídi amoris fácere, qui aut Nocti aút Dii

---

10. *Nonius p. 176, 23:* Simplicitus, simpliciter. Plautus Mercatore: 'Sed . . . auribus' 13. 14. *Servius ad Aen. I 636:* Munera laetitiamque dei] *huc spectat Danielis schol. hoc:* non nulli 'dii' legunt . . . Plautus in Mercatore: 'Qui . . . Lunae'

---

5. Grece *CD* uocatur Emporos *Iuntina.* uocaturē porus *B.* uocatur emporus *reliqui* 6. Macci Titi *Ritschelius Parerg. p. 21.* mactici *B: cuius scripturae mentionem Bentleianam (in Phorm. prol. 26) non intellexit Osannus Anal. Pl. p. 175.* mattici *CDF.* martici *Z.* matii *libri Mureti l. s. s. (unde ille scribendum esse coniecit* M. Attii*).* Măci Titi *Buggius Philol. vol. 30 (a. 1872) p. 640, recte refutatus a Luchsio Studemundi Stud. vol. I p. 74. cf. Brugmanus p. 50.* Marci Accii *Pio duce Pylades.* Marci Attici *Bothius* 7. admercatum *C* hinc meus me *Pius.* hic me meus *CDF.* hic meneus *B.* hic meus me *Z.* meus med hinc *dubitanter Ritschelius in adnotatione* rhodum *FZ.* rhodus *CD.* rodus *B: cf. v. 93 et 257* 8. factum est *libri* abii *s. v. C* 9. Ibi amare occepi *Gruterus.* Abii amare occepit *B.* Abii occepi amare *(*occepiamare *C) CD.* Occepi amare *FZ* *V. 10 sq. spurios dicit Reinhardtus l. s. s.* 10. Sed ea ut sim implicitus *Lambinus.* Sed eam *(*Sedeam *B)* ut sim *(*sit *B)* implicitus *(*implicitus *C:* implicitas *D*[1]*: corr. D*[2]*) BCD.* Sed eam ut simplicius *F.* Sed eam ut simpliciter *Z.* Sed eam simplicitus *Nonius de adverbio* simplicitus *somnians* flicam *C* si *om. Z* operae est *Bothius.* opera est *libri cum Nonio* *11—17 spurios esse censent Dziatzko et Reinhardtus* 11. Atque aduertendum ad *Acidalius.* Atque aduortendam ut *BCDF.* Atque aduortendum ut *Z.* Atque ad uortendum huc *Pylades.* Atque ad aduertendum *Camerarius.* Adque aduortendum huc *Ritschelius Parerg. p. 18 fortasse vere: cf. Dziatzko l. s. s. p. 433* animus *F* 12. item *Muretus e suo quodam libro.* idem *BDFZ.* idest *C* utalios *C.* ut alias *Bothius* in comediis *D.* incomediis *C* *Recte comparat Dziatzko l. s. s. p. 436 Amphitr. v. 41 sq.*

13. Vi uidi amoris facere *Ussingius.* Vidi amoris facere *BCDF.* Vidi amantis facere *Z.* Vidi amatores facere *scripsit et excusavit Ritschelius Parerg. p. 17 et Proleg. p. CCII. cf. Lachmannus in Lucr. p. 388 et Dziatzko l. s. s. p. 436.* Amantis uidi facere *Pylades.* Vidi facere amatores *Camerarius.* Vidi iam more facere *Muellerus Pros. Pl. p. 540 adn.* Amores uidi facere *Spengelius T. Macc. Pl. p. 238: quos contra cf.*

Aut Sóli aut Lunae míserias narránt suas:
Quos édepol ego credo húmanas querimónias 15
Non tánti facere, quíd uelint quid nón uelint:
Vobís narrabo pótius meas nunc míserias.
Nam amórem haec cuncta uítia sectarí solent:
Cura aégritudo nímiaque elegántia: —
Haec nón modo illum quí amat, sed quemque áttigit, 20
Magno átque solido múltat infortúnio;
Nec pól profecto quísquam sine grandí malo,
Prae quám res patitur, stúduit elegántiae: —
Sed amóri accedunt étiam haec, quae dixí minus:
Insómnia, aerumna, érror, terror ét fuga, 25
Inéptia atque stúltitia adeo et témeritas,
Incógitantia, éxcors inmodéstia,
Petulántia et cupíditas, maliuoléntia;

---

*Dziatzko l. s. s. p. 436* quia *B, cod. C Servii* nocti aut dii *Servius, Scioppius Susp. lect. I, 21.* noctu aut die *(ex* dii*) D.* noctu aut die *BCF.* nocti aut diei *Z* 14. lune *D* miserias au narras suas *B* 15. edepol ego *Ritschelius.* pol ego *(*polego *C) libri.* quidem pol ego *Muellerus Pros. Pl. p. 498* creduam *Reizius.* creduo *Bothius* humanas querimonias *Camerarius.* humanisque rimonias *B.* humanis querimoniis *reliqui* *Numerorum concinnitati sic olim consulebat Ritschelius:* Quos quidem ego credo humanas pol querimonias 16. tanti facere] tacere *B* quid uelint quid non uelint *Camerarius.* qd̃ uelin uelintq, non uelint *B.* quid uelint aut quid non uelint *(*non-uelint *C) reliqui* *V. 18—39 Plautinos esse negaverunt Dziatzko et Reinhardtus, sed hic ut de duobus auctoribus cogitari posse censeat* 18. hec *D* uicia *CD.* uitias *B* sectare *B* 19. Curam egritudo *B.* Cura egritudo *CD* aelegantia *B.* elegantia *(a extr. s. v. m. 2) D* 20. Hoc *Z.* Nec *F* non *s. v. C* illumq; amat *C* illum modo qui *a Pylade est* quemquem *Scaliger* attingit *CD* 21. solitudo *B* mutat *B.* mulctat *FZ.* mactat *Lambinus* 22. grande *B* grandimalo *C* 23. Prequã *D.* Prae quam *(*Prae *e corr.) C.* Praeterquam *Z, non displicens Handio Turs. IV p. 527* respatitur *C* studuit *Camerarius.* studit *B.* studet *reliqui* aelegantie *B* 24. et iam *B.* que *D.* quod *B* dixi minus *B.* dixi m8s *D.* diximus *reliqui* 25. erumna *BCD* error terror et *Camerarius.* errore terrore *B.* error et terror et *reliqui.* error et terror *Ussingius* 26. Ineptiae *Camerarius.* Inepties *Lachmannus* atque stultitia adeo *Ritschelius.* stultitiaque adeo *libri: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 8* temeritast *CD.* temerita st *B* 27. excors inmodestia] cupiditas et maliuolentia *Z: corr. Scutarius* 28. Petalantia *D* et cupiditas *BCD.* cupiditas *FZ.* cupiditas et *Pylades* maliuolentia *DFZ.* mali uolentia *C.* male uolentia *B*

Inhaéret auiditás, desidia, iniúria,
Inópia, contumélia et dispéndium, 30
Multíloquium, paucíloquium. hoc ideó quia,
Quae níhil attingunt ád rem nec sunt úsui,
Ea amátor profert saépe aduorso témpore;
Ac paúciloquium rúrsum idcirco praédico,
Quia núllus usquam amátor adeost cállide 35
Facúndus, quae in rem sínt suam, ut possít loqui.
Nunc uós mi irasci ob múltiloquium nón decet:
Eodém, quo amorem, Vénus mi hoc legauít die.
Illúc reuorti cértumst, ut coepta éloquar.)
Princípio ut aetas éx ephebis éxiit 40

---

29. Inheret *C.* Inheret *D*³*FZ.* Ineret *BD.* Haeret *Bothius* auiditas, *quod non malum esse dicit Ritschelius in adn., Pareus tert.* etiam *(et iam B)* auiditas *libri* desidia *D*³*FZ.* residia *BCD*¹, *a Grutero defensum.* uesidia *Palmerius p. 873* desidia inopia ‖ Iniuria *Bergkius in Diar. antiq. a. 1835 p. 912, Ritschelius.* iracundia ‖ Inopia *Muellerus Pros. Pl. p. 461 adn.* desidia, incuria *Acidalius.* recti incuria *Ussingius* 30. *Cf. v. 29* dispendia *D, corr. m. 1* 31. Multiloquium pauciloquium *Z.* Multiloquium pauciloquii *F.* Multiloquium parumloquium *D.* Multiloquium parum loquium *BC* Pauciloquium, multiloquium *Ritschelius, qui traditam scripturam sic tantummodo recte habere dicit, si* eo illud fit *sequeretur* hoc ideo *ego.* hoc ideo fit *libri.* hoc eo fit *Ritschelius,* ideo hoc fit *placere negans* 32. Que *B* adrem *C* sunt usui ‖ Ea amator *Ritschelius.* sunt uidi ‖ Tam amator *B.* suntus uidi ‖ Tam amator *CD.* sumptus uidet. ‖ Tum amator *FZ.* Tam *pro* tamen *esse voluit Bothius probante Seyfferto Stud. Plaut. p. 14* 33. *Cf. v. 32* profert saepe *Pylades:* profert se '*prisci codd.*' *Pii.* proferri sepe *BCDF et, nisi quod* saepe, *Z* aduerso *FZ* 34. Ac *Bothius olim.* Hoc *libri* rursum idcirco] sumit circo *B* 35. usquam *B.* unquam *D.* umquam *C* adeost callide *Camerarius.* adeos callide *B.* adeo callidus *CFZ.* adeo callid̃ *D* 36. Facundus quae *Camerarius.* Facundusque *libri* rem sint suam *Camerarius.* rem insit sua *BC.* rẽm. fit sua *D*¹. rem fuit *(u s. v.)* suã *D*³. rem infit suam *FZ.* re insit sua *codd. Pyladis* 37. mihi *BDC* obmulti loquium *C* ñdecet *C* 38. Eodemquo *C* ueñ *(= ueñ?) C* mihi hoc *Camerarius.* mihi hac *B.* hac mihi *CD.* hanc mihi *FZ* legaũ *CD* diem *FZ* Amor et Venus me hoc legarunt die *mire Scaliger* 39. reũti *CD.* reuerti *reliqui* certumst, ut coepta *Ritschelius Parerg. p. 20.* certum et conata *BDZ.* certum iconata *C.* certum ẽ et conata *F.* certum ut conata *Camerarius.* certum ut incohata *idem coniecit V. 40—60 a Plauto abiudicat Reinhardtus, postquam de plerisque praeter v. 46 et 56—58 dubitari posse iam Dziatzko significavit: assentitur Lorenzius in Bursiani Annal. a. 1876 II p. 83* 40. ut aetas ex ephebis exiit

Atque ánimus studio amótus puerilíst meus,
Amáre ualide coépi hinc meretricem. ílico
Res éxulatum ad íllam clam abibát patris:
Leno ínportunus, dóminus eius múlieris,
Vi súmma, ut quicque póterat, rapiebát domum. 45
Obiúrigare páter haec noctes ét dies:
Conclámitare tóta urbe et praedícere,
Omnés timerent mútuitanti crédere.
Perfídiam lenonum, íniustitiam exprómere:
Lacerári ualide suám rem, illorum augérier. 50

---

*Ritschelius Parerg. p. 20 (coll. Bacch. 152), Fleckeisenus Exerc. crit. p. 37 sq.* atque animus phoeb; etate exiit *BDF (nisi quod* phoeb' *et* aetate *D,* phoebus *F).* atque animus etate exiit / phoebus *C.* atque animus ephebis aetate exiit *Z.* ut ex ephebis aetate exii *Murctus Var. Lect. XVIII 9, iterum Acidalius.* atque aetas ex ephebis exiit *Dousa fil. Fallitur Handius Turs. I p. 473* 41. puerili est meus *Pylades.* puerilest meus *B.* puerilest meumst *D.* puerilest mecumst *C.* puerilest. Meum est *F.* puerili Meus est *Z.* puerili meust *Bothius* 42. coepit *BCF.* cępit *D* hinc *Bothius.* hic *libri* meritricem *CD* 43. Res *Pius. om. Z.* Rex *reliqui, idemque add. Scutarius* exultaũ *C* adillam *C.* atillam *B* clam abibat *Bothius.* abibat clam *Gulielmius.* iam abibat *BCF.* iã bibit *D*[1]. iã bibit *D*[2] 44. importunus *CD* 45. Vi summa ut quicque *Ritschelius.* Visum at quicque *CD.* Vi sumat quoq, *B.* Vi summa quicque *FZ.* Vi summa quicquid *Saracenus.* Vi summa quicque ut *Camerarius* rapib; *B* *V. 46—60 ita disposui, qui sic se excipiunt in libris: 46. 49. 50. 54. 55. 47. 48. 51. 52. 53. 56—60: pro quo ordine hunc commendabat Ritschelius: 46. 51—53. 49. 50. 56—60. 47. 48. 54. 55: V. 59. 60. 54. 55. 47. 48 post v. 79 ponit Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 476 sq.: eodem v. 54. 55. 47. 48 Dziatzko l. s. s. (deletis v. 49—53. 59. 60). Reinhardtus v. 49. 50 tradito l. defendens v. 54. 59. 60. 55. 47. 48 post v. 79 inserit. Solum v. 51 Scaliger post v. 49 ponebat* 46. Obiurigare *Ritschelius: cf. Op. phil. vol. II p. 428.* Obiurgaret *B.* obiurgare *DZ.* obiugare *C.* obiurgat *F* pater hec *BD.* pater ob haec me *Pylades:* haec pater me *Hermannus, Bothius.* pater haec me *Camerarius* noctes *C.* noctis *D* 47. Conclamitaret *B* p̃diceret *B* 48. Om̃s *BD* timerent *Ritschelius.* tenerent *libri.* cauerent *Lambinus.* renuerent *Guyetus* mutuitanti *'ex codd. ant.' Pylades, Camerarius in adnot., Turnebus Advers. XVII 3, Gulielmius.* mutu tanti *CD.* mutuanti *B.* nutu tanti *FZ* 49. *V. delet Dziatzko l. s. s. p. 428*

Perfidiam lenonum, iniustitiam *Ritschelius.* Perfidiam iniustitiam (in iusticiã *B)* lenonum *libri.* Lenonum perfidiam, iniustitiam *Bothius. Cf. Beckeri Qu. de com. Rom. fab. p. 109 sq.* Lenonem perfidiam, iniustitiam *Reinhardtus l. s. s. p. 87* expmeret *B.* exprimere *Z* 50. illorum *Ritschelius, qui in adnot. et Op. philol. vol. II p. 684*

Amórem multos ínlexe in dispéndium;
Intémperantem, incógitantem, iniúrium
Trahere éxhaurire mé quod quirem ab sé domo.
Summo haéc clamore; intérdum mussans cónloqui
Abnúere: negitare ádeo me natúm suom. 55
Ratiónem pessumam ésse, ea quae ipsus óptuma
Omnís labores ínuenisset pérferens,
Amóris ui diffúnditari ac dídier.
Conuítium tot me ánnos iam se páscere:

---

*etiam haec profert:* Lacerari suam rem, illius ualide augerier. *Cf. Luchsius de gen. p. 51 et Brandtius de gen. p. 15* 51. illexe *Camerarius.* illexisse *Pylades.* inlexit *B.* illexit *reliqui* indispendium *C* 52. incogitantem *Ritschelius.* non modestum *libri (nisi quod* non modestum ñ modestũ *D): quod interpretamentum videtur* intemperantem *vocis.* Intemperantem, inmodicum, excordem, iniurium *Ritschelius in adnot.* 53. Traheret *B* exhaurire *Camerarius.* exurire *libri Construendum esse* trahere me quod exhaurire quirem *monet Ritschelius in adnot.* quod] q, *F* querẽ *B* ad *Z* domo *Camerarius.* domum *libri.* domu *Kampmannus de AB praep. p. 26* 54. hec *D.* hoc *Z* mussans, conloqui *post Palmerium p. 750 (qui* mussas = mussans*) Gruterus.* mussans loqui *Pius (unde profectus* mussans interdum loqui *transponebat Pylades, quod e 'sanctuariis bibliothecarum reposuisse' Turnebum Muretus narrat).* mussa c̃loqui *CD.* missa conloqui *B.* mussat loqui *FZ.* mihi se colloqui *Camerarius.* mussando loqui *Lambinus, Dousa Expl. III 14.* summisse loqui *alii apud Lambinum* 55. Abnueret *B.* Abnugere *D* negitari adeo *CD.* necitaria deo *B* menatum *BC* suum *libri* 56. Rationem pessimam esse, ea quae *Camerarius.* Rationem pessumam ea eaq, *B.* Ratione pessuma eaque *reliqui.* Ratione pessuma a me quae *Ussingius* ipsius *B* optuma *(a ex e) D* 57. Omn̄s *BCD* Omnesque mores *Z* inuenisset *B.* inuenisse *CFZ.* inuenise *(e post. s. v. m. 2) D* perferens *e coni. Scaligeri Lambinus: quod 'in veteribus' esse Muretus dixerat: idemque suasit Pistoris.* perferis *BCD.* perseris *FZ.* perserus *'cod. ant.' Pii* 58. Amoris ui diffunditari *Camerarius, qui idem in B correxit praeter* difunditari. Mori sui difunditari *B.* Mores uidi funditari *reliqui cum ras. post* Mores *C* didier *Gronovius.* diedere *CDZ, 'codd. ant.' Pii.* dedere *F.* die heret *B.* deteri *Camerarius.* didere *(et* diffunditare*) Gulielmius omni perversa constructione verborum* 59. Conuitium *FZ.* Conuirium *CD.* Coniurium *B.* commilcutum *et* commulcium *duo codd. Lambini.* Conuicio *Pistoris* se pascere *Dousa Explan. III 14: atque ita Bentleius in Hor. carm. I 37, 9 ed. Amst.* si pasceret *BDZ.* sipasceret *C.* si pascere *F.* sic pascere *post Pium Lambinus.* sic poscier *Pistoris.* si posceret *mira machinans Gulielmius.* mihi phascere *(et* se *pro* me*) Mureti 'veteres membranae', simul integro versiculo addito* Suisque ingratiis me uitam agere perperam

Quod nísi puderet, né luberet uíuere. 60
Sese éxtemplo ex ephébis postquam excésserit,
Non, út ego, amori néque desidiae in ótio
Operám dedisse, néque potestatém sibi
Fuísse: adeo arte cóhibitum se esse á patre.
Multo ópere inmundo rústico se exércitum, 65
Nec nísi quincto anno quóque solitum uísere
Vrbem, átque extemplo inde, út spectauissét peplum,
Rus rúsum confestim éxigi solitum á patre.
Ibi múlto primum sése familiárium
Labórauisse, quom haéc pater sibi díceret: 70
'Tibi arás, tibi occas, tíbi seris: tibi itém metes,
Tibi dénique iste páriet laetitiám labos'.
Postquám recesset uíta patrio córpore,
Agrúm se uendidísse atque ea pecúnia
Nauém, metretas quaé trecentas tólleret, 75

---

60. Quem *Pius* puderet, ne luberet *Pius.* luderet ne luberet *CDFZ.* luderet ne luderet *B* uiueret uiueret *B* *V. 61—105 damnat Reinhardtus l. s. s., quem refutavit Dziatzko Mus. Rhen. vol. 29 (a. 1874) p. 63 sq.* 61. exphebis *B.* ex ephe////bis *(bi e corr.) C* excesseris *BCD* 62. Nonne *(None D)* ut ego mori *BCD* desidie *D.* insidiae *B* inotio *C* 63. dedisset *BCD* potestam *CDFZ* 64. Fuisset *B* arcte *Saracenus* se esse *Pylades.* esse *CDFZ.* esset *B.* esse se *Camerarius, Bentleius in And. I 1, 27.* sese *Gruterus.* essere *lepide Guyetus* apatre *C* 65. Multopere *Z* immundo *CD.* immõdo *Z.* in mundo *Pylades, Meursius, Palmerius: dissentiente Gulielmio* rustico se *'vetusta exemplaria' Pii.* rusticose *B.* rusticos *reliqui* 66. Neque *libri, nisi quod* Nequẽ *B* misi *C* quinto *e* quicto *B.* quinto *reliqui* solitum *Ritschelius.* positum *BCDF.* posse tum *Z.* assuetum *Gulielmius.* potuisse *Guyetus* uisere] ẽ *B* anno posse inuisere *Scaliger* 67. peplum *BC.* poptu *D.* populum *FZ* 68. rusum *B.* rursum *reliqui* exigit *BCD* apatre *C* 69. Ibo *C* primum sese *Pylades.* primum se *libri.* plurimum se *'vetus liber' Mureti* 70. Labor agisse *B* qm̃ *B.* cum *reliqui* hec *D* 71. occas *Pylades.* occasus *B.* occasis *CD.* occassis *FZ* eris *B.* s̥aris *C, unde* saris *Kochius Mus. Rhen. vol. 25 (a. 1870) p. 620 restituit, idem profert Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 111: at recte Ribbeckius fragm. com.² p. 75 contra attulit Epid. v. 265* item *Guyetus.* eidem *libri* metes *'vetus' Mureti.* metis *libri* 72. isti *B.* istic *Bothius.* ipsi *idem* lętitiam *C.* letitiam *BD* labos *BF.* babos *C.* habes *D.* obes *Z.* labor *iam Saracenus* 73. recesset *Lambinus.* recessit *libri* corpora *B* 74. uendidisset *B* atque apecunia *C* 75. Nauẽ *B.* Nauim *reliqui* metretasque *B* quae ᵗrecentas *C.* que trecentas *D*

Parásse, atque ea se mércis uectatum úndique
* * * * * * * * * * *
Adeó dum, quae tum habéret, peperissét bona.
Me idém decere si, út deceret mé, forem.
Ego úbi ita uisum meó patri esse intéllego, 80
Atque ódio me esse quoí placere aequóm fuit,
Améns amansque tándem animum offirmó meum:
Dico ésse iturum mé mercatum, sí uelit;
Amórem missum fácere me, dum illi óbsequar.
Agit grátias mi atque íngenium adlaudát meum, 85
Et méa promissa nón neglexit pérsequi.
Aedíficat nauem cércurum et mercís emit:

---

87. *Nonius p. 533, 25:* Cercurus . . . Plautus . . . Mercatore: 'Aedificat . . . emit'

---

76. Parasset *B* ea se mercis uectatum undique *cum lacuna unius versus (quem talem esse potuisse:* Abiísse in terras sólas orasque últumas *coll. Most. 995) Ritschelius.* eam semp scis uectatũ undique *B.* eã sempcis uectatam undique *CD.* eam semper cis uectatem undique *F.* eam semper eis uectatam undique *Z.* eapse mercis uectatum undique *Scaliger,* eapse mercis esse se *afferens e 'v. c.'* ea se in Persis uectatum undique *Gulielmius.* ea semet sic uectatum undique *Acidalius.* ea semper se inuectatum undique *Bothius.* ea se mercis uectasse undique *sine lacuna Ritschelius in adn.* 78. quae tum *vetus liber Mureti, Dousa fil.* quęstum *Z.* questum *reliqui* peperisset *B.* peperisse *CDFZ* 79. Meidem *BC* decere si ut deceret *Pylades.* diceret si ut diceret *(*siutdiceret *C) BCD.* diceret si ut deceret *FZ.* dicere sic (ut deceret) '*prisca exemplaria*' *Pii* 80. ubi ita uisum *Ritschelius.* me ubi inuisum *libri* esset *B* 81. hodio *B* me esse *Pylades.* esse me *libri nisi quod* esset *B.* esse ei me *Gruterus, quod etiam minus placere dicit Ritschelius in adn. quam* ei me esse quoi placere *Camerarius.* quod placeret *libri* aeqm̃ *B.* equum *reliqui* 82. amasque *B* tandem animum *Kochius Em. Pl. p. XIII.* ut animum *libri.* actutum animum *Ritschelius.* utut animum *Pylades.* ui animum *Ussingius.* iam animum *placere negat Ritschelius in adnot. Quamquam fateor mihi ante* animum *quaedam deesse videri propter verba* Amens amansque 83. esset *B* mercatus *B* siuelit *C* 84. facerem edum *B* illâ *D* 85. grates *Guyetus* mihi *BCD* Mihi grátias agit, ingenium *poterit, ut ait Ritschelius in adn., cui nimiae offensioni correpta in* agit *ultima fuerit* ingeni///um *cum ras. C* allaudat *CD* 86. Et *Ritschelius.* Sed *BCDFZ* non excleit psequi *B: unde* neglexeit *Kochius Em. Pl. p. XIII* 87. Edificat *CD* nauem *B, Nonius.* nauim *reliqui* cercurum *Camerarius (et ante eum* circerum *Saracenus) e Nonio, ubi* cercyrum *libri.* gubnatorũ *B.*

Paráta naui inpónit: praetereá mihi
Taléntum argenti ipsús sua adnumerát manu:
Seruom úna mittit, qui ólim a puero páruolo 90
Mihi paédagogus fúerat, quasi uti míhi foret
Custós. his sic conféctis nauem sóluimus.
Rhodúm uenimus, úbi quas merces uéxeram
Omnís ut uolui uéndidi ex senténtia:
Lucrum íngens facio praéterquam mihi méus pater 95
Dedit aéstimatas mérces. ita pecúlium
Confício grande. séd dum in portu illi ámbulo,
Hospés me quidam adgnóuit, ad cenám uocat.
Venió, decumbo, accéptus hilare atque ámpliter.
Discúbitum noctu ut ímus, ecce ad me áduenit 100
Muliér, qua muliere ália nullast púlcrior:
Ea nócte mecum illa hóspitis iussú fuit.
Vosmét uidete, quám mihi ualde plácuerit:
Postrídie hospitem ádeo, oro ut uendát mihi:

---

99. Ampliter *ex hoc v. excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 244*

---

gerariam *reliqui* merces *FZ, Nonius* emit] sue *B* 88. Patraui *B. Num* Paratae naui? *Ritschelius in adn.* imponit *CD* prętera *C* 89. ipsus sua *Camerarius.* ipse sua *libri.* sua ipsus *Ritschelius in adn. dubitanter. Muelleri commenta Pros. Pl. p. 491 refutavit Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 46, ubi simul hunc ictum commendat:* ípsus sua abnumerat *BCD* 90. Seruum *C* uana *B* a $D^2FZ$. *om. BCD*[1] paruulo *libri* 91. pedagogus *BCD* 92. his sic *Bothius.* isset *BCD.* isce *F.* hisce *Z.* iisce *Camerarius* confestim $D^3FZ$ nauem *B.* nauim *reliqui* 93. Rodum *B: cf. ad v. 7* 94. Oms *B* utuolui *C* ex sententia *C* 95. facio '*prisca exemplaria*' *Pii.* facto *BCDFZ, Bothius*[3] praeter[quam] *C.* praequam *Salmasius* 96. estimatas *D* peculum *B* 97. inportu *BC.* in portu *DFZ* illi *BCD, Scioppius Susp. lect. I 21.* ibi *FZ* 98. adgnouit *B.* agnouit *reliqui* adcenam *B.* adcaenam *C.* ad cęnam *D.* ad coenam *Z* 100. utimus *C* adme *C* 101. quam *B* muliere *Scaliger, Salmasius.* mulier *libri quod defendit Kienitz De qui e. q. s. p. 533 coll. Cas. V 1, 10* nulla est *BFZ* pulchior *CD.* pulchrior *reliqui* 102. illi *B* hospitis *C* iussu] uisus *Z, corr. a Scutario* 103. Vos metui dete *B* *Post* mihi *rasum in C* 104. Postridie *(r e corr.) C* ora *B* utũdat *C*

Dico eíus pro meritis grátum me et muném fore. 105
Quid uérbis opus est? émi eam atque aduéxi heri.
Eam me áduexisse nólo resciscát pater.
Modo eám reliqui ad pórtum in naui et séruolum.
Sed quíd currentem séruom a portu cónspicor,
Quem náui abire uétui? timeo quíd siet. 110

---

## ACANTHIO. CHARINVS

ACANTHIO

Ex súmmis opibus uíribusque usque éxperire, nítere,
Erus út minor operá tua seruétur. agedum, Acánthio,
Abige ábs te lassitúdinem: caue pígritiae praeuórtier.
Simul aútem, plenis sémitis qui aduórsum eunt, aspéllito:
Detrúde, deturba ín uiam. haec hic díscipulina péssumast: 115

105. *Nonius p. 137, 6:* Munia, officia . . . Plautus Mercatore: 'Dico . . . fore'

105. dicens pro *Nonius* promeritis *C* munem *BCD, Nonius.* muniem *Z.* memorem *F, codd. Clericanus et Pithoeanus Lambini.* moenem *Palmerius p. 882* 106. uerbis opus est] opus uerbis *B* emi eam *Bentleius, Reizius, Ritschelius:* emi *Pius.* mi *B.* m̄ *D.* mihi *CZ.* dat mihi *F.* emi mi *Bothius. Minus placere* emi atque aduexi huc *(vel* huc aduexi*)* heri *Ritschelius adnotat: de* emi illam *cogitari posse dicit Spengelius 'Plautus' p. 234* eri *D* 107. Sed me *Reinhardtus l. s. s. p. 91* reciscat *D.* rescitat *B* 108. tam *C* et] ut *F* seruulum *CD* 109. quod *C* seruum *CDFZ* aportu *D* 110. uetituite meo *(ti eras.) B* siet *B.* sit *reliqui Act. I sc. 2* ACHANTIO SERVVS · CHARINVS ADOLESCENS *B.* ACHANTIO. CHARINVS *CD* 111. Exsummis *C* 112. Seruetur *ex* Seruitur *D* agendum *BCD* achantio *BCD: et sic constanter* 113. Accepi abste *B* pigritiae preuertier *codd. Pyladis: idemque iam Saracenus.* pigritiae *(*pigritie *D,* pigriciae *C)* praeuerteris *libri fort. recte.* praeuortare pigritiae *Ritschelius in adnot. Sequitur in libris quem cum Ritschelio feci v. 124* 114. plenis semitis *Ritschelius: cf. Opusc. phil. vol. II p. 397.* plenissimetis *CDF.* plenissime *B.* plenissime iis *Z.* plenissime eos *Pylades. 'alias* planissime, *alias* paenissime' *Lambinus.* eos paenissume *Guyetus.* eos plenissume *Bothius. Novisse se qui de* penitissume *cogitaret dicit Ritschelius* qui aduersum *(*quiaduersum *C) libri* erunt *Acidalius* aspellite *C.* aspelito *Z.* cispellito *Palmerius: rectissime damnatum a Bentleio in Heaut. II 3, 20* 115. Detrudetur iam in *B* hec *BD.* nam haec *Pylades* hic discipulina *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 397 duce Fleckeiseno.* hic disciplina *Camerarius.* disciplina hic

Currénti, properanti hódie hau quisquam dígnum habet decédere.
Ita trés simitu rés agendae súnt, quando unam occéperis:
Et cúrrendum et pugnándum et autem iúrigandumst ín uia.

CHARINVS

Quid illúc est, quod ille tam éxpedite exquírit cursurám sibi?
Cúraést, negoti quíd sit aut quid núntiet.

ACANTHIO

Nugás ago: 120
Quani réstito, tam máxume res ín periclo uórtitur.

CHARINVS

Malí nescio quid núntiat: genua húnc cursorem déserunt.

ACANTHIO

Perií: seditionem facit lien, óccupat praecórdia.
Simul énicat suspíritus: uix súffero hercle anhélitum.

---

117. *Nonius p. 175, 18:* Simitu, simul . . . Plautus . . . Mercatore: 'Ita . . . occeperis'

---

*libri, quod def. A. Spengel Philol. 23 (a. 1866) p. 671* pessuma st *B.* pessima est *reliqui* *V. 116—118 trochaicos esse voluit Ritschelius: at cf. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 650, Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 448, Studemundus de cant. p. 76, Muellerus Pros. Pl. p. 78* 116. properandi *D* hodie hau *scripsi.* heu *B.* haud *reliqui.* hau *Ritschelius.* hic hau *Muellerus Pros. Pl. p. 78.* hau tibi *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 650* quisquam usquam *Buechelerus l. s. s.* 117. Itres *B* simitures *B, Nonius.* simul res *reliqui.* res simitu *Brixius Qu. pros. p. 31 et Ritschelius trochaicum discribentes: iambicum tuentur Kampmannus de reb. mil. p. 34, Muellerus l. s. s., Studemundus de cant. p. 76, alii* agendę *C.* agende *D* unam hoc ceperis *Nonius* 118. currendum est et *Scaliger, Guyetus, Ritschelius* pugnandum est *Guyetus* et ante *FZ.* et item *Guyetus (ut Stich. 213)* iurigandum est *B.* iurgandum est *reliqui.* iurgandum *Guyetus.* et iurigandum autem *Ritschelius: cf. Opusc. phil. vol. II p. 397, 426, ubi de* et autem *sic posito graves dubitationes ciet* inuia *C* 119. illud est *BZ.* illuc *Bothius* expeditam *Ussingius* 120. Curaest *Ritschelius.* Curast *BCDF.* Cura est *Z* negotii *B* nuntient *B* 121. Quam restito *Bentleius, Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 651.* Quam resisto (res isto *B) libri.* Qui quam *(vel* Nam quam*)* resisto *Ritschelius* maxime *BCD* tam res maxume *Ritschelius.* maxime resisto, tam res *Pylades. De* Quom resisto, tum res maxumo *ne cogitetur monet Ritschelius in adn.* 122. nunciat *D* genua . . . deserunt *Charino continuavit Ritschelius: Acanthioni libri tribuunt* 123. sedicionem *D* lien] *cf. Hermannus praef. Bacch. p. VI* 124. *Huc reposuit Ritschelius, qui in libris post v. 113*

Perii: ánimam nequeo uórtere: nimis níhili tibicén siem. 125
Numquam édepol omnes bálineae mi hanc lássitudinem éximent.
Domín an foris dicam ésse erum Charínum, ego animi péndeo.

CHARINVS

Quíd illuc sit negóti lubet scire éx hoc, ut sim cértior.

ACANTHIO

Át etiam asto? at étiam cesso fóribus facere hisce ássulas?
Áperite aliquis. úbi Charinus érus est? dominest án foris? 130
Num quísquam adire ad óstium dignum árbitratur?

CHARINVS

Écce me,
Acánthio, quem quaéris.

---

*est. Post v. 122 collocabat Scaliger, post 125 Scriverius* enicat suspiritus *Ritschelius.* emicat suspiritus *B.* enicat spiritus *reliqui.* emicato suspiritus *Camerarius.* enicato suspiritus *Dousa Expl. IV 14.* enica suspiritus *Bothius* *De v. 125 sq. cf. v. 136* 125. uertere *libri* nummis *'prisca exemplaria' Pii* nihili tibicen siem *Camerarius.* nihil tibi censiem *libri* *Sequitur in libris v. 137* 126. Nunquam *CD* balinaee *B.* balineę *C.* balneae *FZ* mihi *libri* eximeant *B* 127. *Trochaicum discripsit Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 651, quem secuti sunt multi, iambicum Ritschelius* Domi nam *B* anforis *C* Charinum, ego *A. Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 671.* Charinum. Char. Ego *libri* Ergo *Bothius* 128. *Vers. delet Ussingius* *Pers. add. Spengelius l. ad v. 127 exscripto: om. libri* *Iambos discripsit Ritschelius, trochaeos Brixius l. s. s.* illuc *CF.* illud *BDZ* sit negotii *BCD.* sit negocii *FZ.* negoti sit *Acidalius, Ritschelius* lubet scire ex hoc ut *A. Spengelius l. s. s.* lubet scire me ex hoc metuit *B.* lubet scire me ex hoc metu ut *CFZ.* lubet scire me ex hoc tu (me *m. 2*) ut *D.* lubet scire me ex hoc, ut *Pylades.* lubet scire ex hoc me, ut *Acidalius.* lubet mi adire huc ut *Ritschelius.* lubet adire me, ut *Brixius l. s. s.* *Fuisse cum placeret* scitari hinc ut *vel* seruare hunc ut *adnotat Ritschelius* sim certior *Camerarius.* sim certus *libri.* certus ut siem *reicit Ritschelius.* ut certus siem *Brixius l. s. s.* lubet mi adire, ut fiam certior *Ritschelius in adnot.* 129. Ad *D* asto at *BD.* as stro at *C.* assisto at *Z et, nisi quod* ac, *F* hisce assulas *Camerarius.* his cassulas *BCD, de qua scriptura cf. Loewius Act. soc. phil. Lips. IV p. 350 et Spengelius praef. Trin. p. 12.* his casulas *F.* his assulas *Z* 130. carinus *D.* charinū *B* erus est *Ritschelius.* seruus *B.* eruś *reliqui* domin est an *C.* domine est an *Pylades.* domine stant *B.* domis est an *D.* domi est an *FZ* fores *B* 131. adostium *C.* ad hostium *DFZ* *V. 132—133 in unum contraxit Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 428 sic:* Acanthio quem quaeris. Quae te res malae agitant _ ⏑ _ *verbis* Nusquamst disciplina ignauior *eiectis ut fictis e v. 115* 132. Achantio

ACANTHIO

Nusquamst discipulina ignáuior.

CHARINVS

Non mé uides? Quae té malae res ágitant?

ACANTHIO

Multae, ere, te átque me.

CHARINVS

Quid ést negoti?

ACANTHIO

Périimus.

CHARINVS

Princípium id inimicís dato. 135[a]

ACANTHIO

At tíbi sortito id óbtigit. 135[b]

CHARINVS

Loquere íd negoti quícquid est.

ACANTHIO

Placidé: uolo adquiéscere.

CHARINVS

At tu édepol sume láciniam atque abstérge sudorém tibi.

---

*libri* queris *BCD* nusquam est *BZ* disciplina *libri* *V. 133sq. Ritschelius ita edidit:* Char. ** Ac. ** Char. Quae té malae res ita agitant? | Multae hércle temet átque me. Char. Quid ést negoti? Ac. Périimus *talia fere intercidisse ratus:* Char. Non me uides? Ac. ah salue ere: *de lacuna consentit Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 458* 133. Non mé uides? quae té malae res *scripsi duce Ritschelio.* Que te malę res *CD.* Que te res mala *B.* Que te male res *FZ.* res mala *iam Scaliger* Multę ere te *C.* Multe ere te *D.* Multae here te *FZ.* Multa eccete *B, unde* Multae aece (= aeque) te *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 458.* Multae hercle temet *Ritschelius Hunc versum et sequentem licentius tractat Fleckeisenus Exercit. p. 28* Quaé te res malae male agitant? Ac. Multae, ere, aeque te atque me *trochaeos discribens Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 673* *V. 134—135 tribus dimetris discribunt libri, v. 136 addidit Weisius: cf. Spengelius l. s. s.* 134. negotii *B* Periimus *Camerarius.* Perimus *libri* 135[a]. id *(vel* hoc*) add. Lachmannus: om. libri* 135[b]. optigit *B* 136. negotii *libri* quic quid *B.* quid est *Z.* quid siet *Ritschelius: cf. Trin. v. 88: traditam scripturam def. Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 458* *Post h. v. ponit v. 125. 137. 126 Boltenstern de reb. scaen. p. 34* 137. *huc transposuit Bothius, in libris scriptum post 125; post 126 Acidalius* Attu *CD* sume *B, Pylades.* sume tibi *CFZ.* sumetibi *D* tibi ACH *libri: cf. ad v. 125*

ACANTHIO

Tua caúsa rupi rámices: iam dúdum sputo sánguinem.

CHARINVS

Resínam ex melle Aegýptiam uoráto: saluom féceris.

ACANTHIO

At édepol tu calidám picem bibito: aégritudo abscésserit. 140

CHARINVS

Hóminem ego iracúndiorem quám te noui néminem.

ACANTHIO

Át ego maledicéntiorem quám te noui néminem.

CHARINVS

Sín, saluti quód tibi esse cénseo, id consuádeo?

ACANTHIO

Ápage istiusmodí salutem, cúm cruciatu quae áduenit.

CHARINVS

Díc mihi, an boní quid usquamst, quód quisquam uti póssiet 145

Síne malo omni, aut né laborem cápias quom illo utí uoles?

ACANTHIO

Néscio ego istaec: phílosophari númquam didici néque scio.
Égo bonum, malúm quo accedit, míhi dari haud desídero.

---

138. *Nonius p. 166, 6:* Ramices dicuntur pulmones uel hernia. Plautus Mercatore: 'Tui . . . sanguinem'

---

*V. 138 sqq. tractavit Rostius Opusc. p. 255 sqq.* 138. ACH *om. libri hoc loco: cf. v. 137* tui *Nonius* ramices *FZ ex Nonio:* ramites *B.* tramites *CD* iam dum] atrum dum *Nonius, quo ne abutantur ad* atrum iam *commendandum monet Ritschelius* 139. aegiptiam *B.* egyptiam *CD* uorato *ex* uoratu *D* saluum *CD* 140. tu edepol *Camerarius* bibito *ex* bibite *D* egritudo *C.* egritudo *D* 141. ego *om. CDFZ* 142. maledicenti orẽ *B.* male dicentiorem *C* 143. Sin *(h. e.* sine*) BCDF: et sic Bentleius in Eun. V 4, 18.* Sim *Z.* Si *Bothius.* Quin *Guyetus* 144. *De* istiusmodi *cf. Luchsius de gen. p. 55, Brandtius p. 21* cum *add. Pylades: om. libri* cruciatu quę *C.* cruciatuque *B.* cruciatu que *D* *V. 145—148 num Plautini sint valde dubitat Ritschelius* 145. usquam st *BC* quo *Muellerus 'Nachtr.' p. 32: idem 'prisca exemplaria' Pii* possiet *Camerarius.* possit *libri, etiam Pii* 146. aut] ut *Guyetus* capias *ex* cupias *D* cum *libri* ut uioles *FZ* capiat *et* uoles *potius exspectat Ritschelius* 147. istęc *C.* istec *D* philosopharinũ quam *B* nunquam *D* 148. quod *B* accidit *C* haud *ex* haut *D.* hau *Ritschelius*

CHARINVS

Cédo tuam mihi déxteram: agedum, Acánthio.

ACANTHIO

Em, dabitúr: tene.

(CHARINVS

Vín tu te mihi óbsequentem esse, án neuis?

ACANTHIO

Operá licet 150

Éxperiri, quí me rupi caúsa currendó tua,
Vt quae scirem, scíre actutum tíbi liceret.

CHARINVS

Líberum

Cáput tibi faciám cis paucos ménsis.

ACANTHIO

Palpo pércutis.

CHARINVS

Égon ausim tibi úsquam quicquam fácinus falsum próloqui?
Quín iam, prius quam sum éloqutus, scís si mentirí uolo.

ACANTHIO

Ah, 155. 156

Lássitudinem hércle uerba túa mihi addunt: énicas.

CHARINVS

Sícine mi obsequéns es?

---

153. *Nonius p. 163, 10:* Palpo quasi palpando. Plautus Mercatore: 'Palpo percutit' 150. Neuis *hinc transiit in gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Op. II p. 256*

---

149. mihi tuam *B* dexteram *Saracenus.* dextram *libri* agendum *BCD* achantio *libri* em *B.* hem *CD.* en *FZ* *V. 150—165 non dubitat Ritschelius quin non sint eiusdem vel poetae vel recensionis: ineptissimos esse praeter alios v. 158, 159, 162* 150. uin *(i s. v.) D* te mihi obsequentem esse *Scaliger, Engerus de pros. p. 13, Muellerus Pros. Pl. p. 581.* te mihi obesse sequentem *libri. Quam nimirum tmesim* mi obesse sequentem *interpretantur.* mihi te obsequentem esse *Pylades.* te mihi esse obsequentem *Camerarius* anne uis *BCD* 151. qui] quam *B: unde* qua *Camerarius,* quoniam *Gruterus,* quom *fortasse alii* 152. Vtquę *C.* Vt que *B* 153. Capud tibi *B.* Tibi caput *Scaliger, Guyetus, Ritschelius* cis paucos *Gruterus.* paucos *libri.* paucos cis *Acidalius.* paucis post *(et* mensibus*) Lambinus* percutit *Nonius* 154. Egom *Z* Ego naus//////im *B* 155. 156. Quid *F* sim *FZ, Ritschelius* eloquius *B.* elocutus *reliqui* scis si *Camerarius.* scisset *B.* scisse *reliqui.* scias si *Ritschelius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 211* uolim *Ritschelius* Ah *proprium v. esse voluit Ritschelius* 158. *Ac. continuant libri, pers. permutantes usque ad*

ACANTHIO
Quid uis fáciam?

CHARINVS
Tun? id quód uolo.

ACANTHIO
Quíd id est igitur quód uis?

CHARINVS
Dicam.

ACANTHIO
Díce.

CHARINVS
At enim placidé uolo.

ACANTHIO
Dórmientis spéctatores métuis ne ex somno éxcites? 160

CHARINVS
Vaé tibi.

ACANTHIO
Tibi équidem a portu adpórto hoc.

CHARINVS
Quid fers? díc mihi.

ACANTHIO
Vím, metum, cruciátum, curam iúrgiumque atque ínopiam.

CHARINVS
Périi, tu quidém thensaurum huc mi ádportauistí mali.
Núllus sum.

ACANTHIO
Immo es

CHARINVS
Scío iam, miserum díces.

---

*v. 161: correxit Iuntina* Sitiine *B*. Siccine *Z* mihi *libri* Tum id *BZ: corr. Pylades* 159. id est *Bothius, Bentleius.* est *libri.* est id *Pylades* placidē *B* 160. exsomno *BC.* e somno *Z* excitem *Kiesslingius apud Boltensternium p. 29* 161. Ve *CD.* CHA *ante* Tibi *eras. B* eqidem *C* aportu *C.* adportu *B* apporto *CD* 162. uin *F* metum *ex* mecum *D* iurgium que atque *B.* iurgium atque *FZ* in opiam *C* 163. Perii, tu *Saracenus.* Peritu *B.* Peri tu *DFZ.* Pertu *C* thensaurum *(n eras.) D.* thesaurum *BCFZ* huc *B.* hunc *reliqui* mihi *BC. om. DFZ* adporta uisti *B.* apportauisti *reliqui*

ACANTHIO

Tu dixtí.

CHARINVS

Taces?

Quíd istuc est malí?

ACANTHIO

Ne rogites: máxumum infortúniumst.) 165

CHARINVS

Óbsecro, dissólue iam me: nímis diu animi péndeo.

ACANTHIO

Hóc sis uide, ut palpátur: nullust, quándo occepit, blándior.

CHARINVS

Hércle uero uápulabis, nísi iam loquere aut híne abis.

ACANTHIO

Plácide: multa exquírere etiam príus uolo quam uápulem.

CHARINVS

Óbsecro hercle oróque ut, istuc quíd sit, actutum índices: 170
Quándoquidem mihi súpplicandum séruolo uideó meo.

ACANTHIO

Tándem indignus uídeor?

CHARINVS

Immo dígnus.

---

164. dixti CHA. Taces *Ritschelius.* dixi ḡ taces *B.* dixti ego taceo *C.* dixi ego taceo *D.* dixisti. ego taceo *FZ.* dixti. CHA. Ergo taces *Camerarius.* dixi ergo tacens *(sine* tu*) Beckerus de com. fab. p. 26.* dixisti: ego taceo *Bothius octonarium discribens.* dixti, haud ego *(vel* ego nihil*) ascripsit aliquando Lachmannus: similia Weisius* 165. *Charini pers. praemittunt libri: del. Ritschelius* maximum *CD* infortunium est *libri* 166. *Cf. v. 167—172* dissolue] te, absolue *Scaliger (nisi quod* ted *scripsit), quod fortasse verum esse annotat Ritschelius* iamne *B* *V. 167—172 ita collocant Meursius, Ritschelius. in B hic est ordo: 169. 168. 167. 170. 167 (sic iterato 167) 171. 172: et hic in reliquis: 169. 168. 167. 170—172: pro quibus hunc ordinem commendat Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 477: 170—172. 166. 169. 168. 167* 167. sis *om. Guyetus.* si *B utroque loco* palpatur *B utroque loco:* palpator *reliqui* nullus st *B utroque loco.* nullus est *reliqui* 168. Hercule *C* nisiaiam *B* abis *ex* habis *ras. B* 169. exquirier *Bothius. idem vel* exquirere te *Ladewigius l. ad v. 167—172 exscripto* et iam *B* uapules *Pistoris* 170. hercule *C* 171. Quando quidem *C.* Quando qd› *Z* sernulo *CD* 172. Tandem *def. Langenus p. 89.* Tamne *Lachmannus, Ritschelius.* Tamine *Braune Observ. gramm. p. 46.* Tamde *post Lipsium Bothius*

ACANTHIO

Equidem crédidi.

CHARINVS

Óbsecro, num náuis periit?

ACANTHIO

Sáluast nauis: né time.

CHARINVS

Quíd alia armaménta?

ACANTHIO

Salua et sána sunt.

CHARINVS

Quin tu éxpedis,
Quíd siet quod mé per urbem cúrrens quaerebás modo? 175

ACANTHIO

Tú quidem ex ore orátionem mi éripis.

CHARINVS

Taceó.

ACANTHIO

Face.
Crédo, si boní quid ad te núntiem, instes ácriter,
Quí nunc, quom malum aúdiendumst, flágitas me ut éloquar.

CHARINVS

Óbsecro hercle te, ístuc ut tu míhi malum faciás palam.

ACANTHIO

Éloquar: quandóquidem me oras. túos pater

CHARINVS

Quid méus pater? 180

---

173. perit *FZ* salua est *Z* time *ex* teme *C* 174. sana] sarta *Lambinus* ⁄ sunt ⁄ et sana *D* 175. siet te quod *Gronovius imprudens* querebas *BCD* 176. exore *C* mihi *libri* eripis. CH. Taceo. AC. Face *(ut alibi* fac modo*) Ritschelius.* eripis. CHA. Taceo. ACH. Tace *BCDF.* eripis. CH. Taceo. AC. Taceo, *simul autem* modo *pro* credo, *Z.* eripis. taceas face *Bothius* 177. quid boni *C* i *in* quid *ex* o *corr. B* adte *C* nunciem *CD* 178. quin hunc *DF.* quin nunc *Z* qm̃ *B.* cum *reliqui* audiendumst *CD.* audiendum si *B.* audiundumst *Z.* audiundust *F* 179. hecle *C* ut *B.* uti *reliqui* palũ *B.* palã *ex* palũ *D* 180. quando quidem *D* meocras *B* tuus *libri*

ACANTHIO

Túam amicam

CHARINVS

Quíd eam?

ACANTHIO

Vidit.

CHARINVS

Vídit? uae miseró mihi.

Quí potuit uidére?

ACANTHIO

Oculis.

CHARINVS

Quó pacto?

ACANTHIO

Hiántibus.

CHARINVS

Quín abi hinc dieréctus: nugare ím re capitali mea.

ACANTHIO

Quí malum ego nugór, si tibi quod mé rogas respóndeo?

CHARINVS

Hóc quod te rogó responde.

ACANTHIO

Quín tu si quid uís, roga. 185

---

181. tãm *D* Quidã *B*. Quid amicam? *Muellerus Pros. Pl. p. 176 adn.: cf. p. 705* Tuám amicám — Quid eám nam? — Vidit *Reizius. Hiatum suspectissimum tutatur Ritschelius Proleg. p. CCIX, quem secuti sunt plerique* ue *CD* *Sequitur in libris v. 185* 182. *Charini pers. praemittunt libri* uidere potuit *Reizius.* potuit eam uidere *Pylades: quem debuisse saltem* potuit uidere eam *annotat Ritschelius. idem vel* Qui potuit? Ac. Ut opinor *Muellerus Pros. Pl. p. 652* pacto, inquam? Ac. hiantibus *Reizius.* pacto? Ac. Hem h. *Ritschelius edidit: idem in adn.:* pacto autem? Ac. Hiantibus. *Contra* pactod? Ac. Hiantibus *Bothio duce Nov. Exc. Pl. p. 77.* nam quo pacto? Ac. Hiantibus *Schneiderus gramm. lat. I p. 151.* sed quo pacto? Ac. Hiantibus *Lachmannus. Cf. de v. suspectissimo Muellerus Pros. Pl. p. 637* 183. Quin abi hinc dierectus *Ritschelius.* Inhoc die rectus *B.* i hinc dierectus *C et nisi quod* i *in ras. D.* hinc dierectus *FZ.* Abi hinc dierectus *Pylades.* In' hinc dierectus *(simul* nugaris*) Bothius, Bentleius* capitalia *B* 184. ego · *cum ras. litt.* r *B* sit ibi *D* respondebo *B* 185. *huc transposuit Acidalius, in libris scriptum post v. 181: del. Ussingius* *Pers. om. libri* rogo *Ritschelius, Bentleius, Reizius ut in simillimo v. 215: quorum tamen neutro vide-*

CHARINVS

Cérten uidit?

ACANTHIO

Tám hercle certe, quám ego te aut tu mé uides.

CHARINVS

Vbi eam uidit?

ACANTHIO

Íntus intra náuem. nam ibi prope ástitit
Ét cum ea confábulatust.

CHARINVS

Pérdidisti mé, pater.
Ého tu, eho tu, quín cauisti, ne eám uideret, uérbero?
Quín, sceleste, eam ábstrudebas, né eam conspicerét pater? 190

ACANTHIO

Quía negotiósi eramus nóstris nos negótiis:
Ármamentis cónplicandis, cónponendis stúduimus.
Dum haéc aguntur, lémbo aduehitur túos pater pauxíllulo,
Néque quisquam hominem cónspicatust, dónec in nauím subit.

---

193. *Nonius p. 534, 12:* Lembus . . . Plautus Mercatore: 'Dum . . . paxillulo'

---

*mur carere posse.* interrogo *libri* responde *(ex* responde*)* mihi *C* siquid *B* 186. Centen $D^1$. Certen $D^2$. Certon *F, Scaliger* *Post* Tam *scripsit et del.* quam $D^2$ ted *Guyetus, Reizius.* nunc te *Pylades* aut *BC.* ac *reliqui* 187. eam. Ach. Vidit intus *B* nauem *B.* nauim *reliqui* nam ibi *Ritschelius.* ut *libri.* uti *Camerarius.* ubi *Spengelius 'Plaut.' p. 221* prope *B.* prore *CZ.* prore *DF.* prorae *tuetur Scioppius Susp. lect. I 21* asstitit *CD* 188. confabulatus est *libri* *V. 189 sq. addubitat Muellerus Pros. Pl. p. 720* 189. Eho tu eho tu *CDF.* Eo tu eo tu *Z.* Eho tu hoc *B.* Et tute! eho tu *(et antea* perdidistis*)* *Bothius* quin *om. B* ne *B.* neue *vel* ne ue *reliqui* uerber *C* 190. sclestie *C* eam abstrudebas *Ritschelius, Lachmannus, Bentleius.* abstrudebas *libri.* abstrudebas sceleste *Guyetus* neeam *C* 191. negociosi *C* nostris nos *Bothius, Bentleius, Ritschelius.* nos nostris *libri* negociis *C* 192. armamaentis *D* complicandis, componendis *Camerarius.* complicandis et componendis *libri.* componendis et complicandis *Pylades* studuimus] tumicibus *Scaliger in Festum v. Thomices: 'sed de eo amplius in editione Plautina' addens* 193. hęc *C.* hec *B* lempo *C* tuus *libri* paxillulo *Nonius* 194. conspicatus donec *B* donicum *Ritschelius Op. II p. 241* nauim subit *amicus Acidalii.* naui super *libri: quod qui defendissent, debuisse saltem* nauist super *annotat Ritschelius.* intra uisus est *Ussingius*

CHARINVS

Néquiquam mare súbterfugi, saéuis tempestátibus 195

* * * * * * * * * * * *

Équidem me iam cénsebam esse in térra atque in tutó loco:
Vérum uideo méd ad saxa férri saéuis flúctibus.
Lóquere porro, quíd sit actum.

ACANTHIO

Póstquam aspexit múlierem,
Rógitare occepít, quoia esset.

CHARINVS

Quíd respondit?

ACANTHIO

Ílico 200
Óccucurri atque ínterpello: mátri te ancillám tuae
Émisse illam.

CHARINVS

Vísun est tibi crédere id?

---

195. *Vers. del. Ussingius* Nequicquam *Z* maris *(vel* mari') *Bothius* seuis *C.* seuis *D* subt'atuis temptatib; *B* *Post hunc versum fere talem intercidisse censet Ritschelius:* Adflictatus múltum, summis me éxemi ex periculis 197. Et quidem *C* me iam censebam *C.* meo iam censebam *B: quod* med iam censebam *interpretatur Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 32 duce Buechelero de decl. p. 49.* iam me censebam *DFZ.* iam censebam me *Bentleius in Phorm. IV 4, 8* interra *C.* in terram *DFZ* intuto *C.* in tŏto *(v m. 2) D* 198. med ad *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 37.* me ad *libri, nisi quod* me uideo ad *transponit Z.* me iterum ad *Ritschelius (cui tamen magis etiam placuit* Verum iterum me uideo*).* denuo me *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 430.* me hic ad *Lachmannus* adsaxa *C* ferri seuis *CFZ. idem ex* ferris euis *B et man. rec. in D.* ferri salsis *Kochius Em. Pl. p. 13.* ferri *Buechelerus l. s. s.* *Displicere iteratum* saeuis *monuerat Ritschelius* Verum uideo me eadem ad saxa saeuis ferri fluctibus *Bergkius 'Beitr.' p. 48* 199. Loquero *B* actum *B: idque 'alibi legi' Pius scribit.* actutum *reliqui, quo utitur Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 152 sic scribens:* quid fit agedum, *pro quo* quid tumst actum *Langenus p. 193* 200. cuia *Rittershusius, Scaliger, Scioppius Susp. lect. I 21.* cui *B.* cui' *D.* cuius *CFZ* quis *Z* Illico *B* 201. Occucurri *B, Camerarius.* Occurri *reliqui.* Occurro ei *H. Keilius de Plin. ep. emend. disp. II ed. Erlang. a. 1866 p. 11.* Occurro ultro *Muellerus Pros. Pl. p. 597* matrie ancillam *B* tuę *C* 202. emissę *D* uisusne est *Bothius.* uisunt *B.* uisum *reliqui.*

ACANTHIO

Etiám rogas?
Séd scelestus súbigitare occépit.

CHARINVS

Illamne óbsecro?

ACANTHIO

Mírum quin me súbigitaret.

CHARINVS

Édepol cor miserúm meum,
Quód guttatim cóntabescit, quási in aquam indiderís salem. 205
Périi.

ACANTHIO

Em, istuc únum uerbum díxisti ueríssumum.

CHARINVS

Stúltitia istaec ést. quid faciam? crédo, non credét pater,
Sí illam matri meaé me emisse dícam. post autém mihi
Scélus uidetur, mé parenti próloqui mendácium.
Néque ille credet néque credibilest fórma eximia múlierem 210
Meaé me emisse ancíllam matri.

ACANTHIO

Nón taces, stultíssume?
Crédet hercle: nám credebat iám mihi.

CHARINVS

Metuó miser,

---

204. *Nonius p. 401, 2:* Subigere . . . Plautus Mercatore: 'Mirum . . . subigitaret' 205. *Nonius p. 115, 30:* Guttatim. Plautus Mercatore: 'Quod . . . salem' Guttatim hinc *excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. philol. vol. II p. 244* *Nonius p. 223, 11:* Sal . . . Plautus in Mercatore: 'Quasi . . . salem'

---

uisus *Pylades.* uisust *Camerarius.* uisus est *Bentleius* Et iam *B* *V. 203—206 alteri recens. trib. Boltenstern p. 31* 203. subigitari *B.* subagitare *FZ* Illam ne *B* 204. quid me subigitaret *Nonius.* quin me subagitaret *FZ* Meum miserum *C* 205. quo *Nonius.* quidem *Z: corr. Pylades* quā si *D* aqua *Nonius utroque loco* 206. Em *B.* Hem *reliqui* uerissimum *libri* *V. 207 sq. del. Ussingius* 207. Stultitia istaec est *Charino Pylades tribuit: Achantioni continuant libri. Dubitat Lomanus p. 53* Stulticia *BCF* istec *CD* cedo '*prisca exemplaria*' *Pii.* *Vnde* quid faciam, cedo. nam non *Pylades.* *Cf. Sciopp. Susp. lect. II 21* 208. meae me *Acidalius.* meae (meę *C*) *libri* emissę *D* 209. mendatium *BCD* 210. credibile est *libri* eximia *ex* exumia *CD* 211. Meae me *Lomanus l. s. s.* Eam me *libri* stultissime *libri*

Né patrem prehéndat, ut sit gésta res, suspítio.
Hóc quod te rogó, responde quaéso.

ACANTHIO

Quaeso quíd rogas?

CHARINVS

Núm esse amicam súspicari uísus est?

ACANTHIO

Non uísus est. 215
Quín quicque, ut dicébam, mihi credébat.

CHARINVS

Verum, ut tíbi quidem
Vísus est.

ACANTHIO

Non, séd credebat.

CHARINVS

Vaé mihi misero: núllus sum.
Séd quid ego hic diem lámentando pérdo, ad nauem nón eo?
Séquere.

ACANTHIO

Si istac íbis, commodum óbuiam ueniés patri.
Ós tuom adspiciet, té uidebit ésse exanimatum, ílico 220
Rétinebit, rogitábit unde illam émeris, quanti émeris:
Tímidum temptabít te.

---

213. p̃hendat *B.* prendat *FZ* suspicio *D.* suspectio *Salmasius* 214. responde quaeso. Ac. Quaeso quid *Ritschelius.* responde Ach. Queso *libri, nisi quod* Quaeso *FZ.* responde quaeso. Ac. Quid *Pistoris.* mihi responde quaeso. Ac. Quid *Weisius* 215—217. *sic solus B. Quae mediis elapsis sic contrahunt reliqui*: num esse amicam suspicari uisus est? Ach. Non sed credebat 216. Quin, quicque ut dicebam *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 651* 217. Ve *BCD* mihi *om. FZ* 218. diem lamentando perdo *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1869) p. 454.* in lamentando pereo *libri.* nunc lamentando pereo *Bothius, qui postea* elamentando pereo *coniecit* nauem *B.* nauim *reliqui* noneo *C* 219. Si ista cibis *B.* Siistacibis *C* *V. 220—221 inverso ordine collocat Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 652: sed ibidem v. 220 delere mavult* 220. Os tuom adspiciet, te uidebit esse exanimatum *scripsi.* Postea (Postquam *FZ*) aspicite (aspiciet te *FZ.* aspicit te *CD*) timidum esse atque exanimatum (exanimatu *B*) *libri.* Poste quom te aspiciet *e. q. s. Ritschelius, qui in adn. de* Poste te ubi *vel* Postea ubi te *commemorat.* Posteaquam aspiciet te *Camerarius. Cf. Ritschelii Op. II phil. vol. p. 547* 221. illa meneris *B* 222. Tandem temptabit *Ritschelius* Quin hac *Pylades* Timidum *voce*

CHARINVS

Hac ibo pótius. iam censés patrem
Ábiisse a portú?

ACANTHIO

Quin ea ego huc praécucurri grátia,
Né te opprimeret ínprudentem atque électaret.

CHARINVS

Óptume.

---

DEMIPHO

Mirís modis di lúdos faciunt hóminibus 225
Mirísque exemplis sómnia in somnís danunt.
Velút ego nocte hac quaé praeteriit próxuma
In sómnis egi sátis et fui homo exércitus.
Mercári uisus míhi sum formosám capram.
Ei né noceret, quám domi ante habuí capram, 230
Neu díscordarent si ámbae in uno essént loco,
Postérius quam mercátus fueram, uísus sum
In cústodelam símiae concrédere.
Ea símia adeo póst haud multo ad mé uenit,
Male míhi precatur ét facit conuítium: 235

225 sq. *Donatus in Andr. II 5, 19:* In somnis . . . Plautus: 'Miris . . . somnis'

*deleta* Tentabit te. Ch. Quin hac *Reizius et* Te tentabit *transponens Bothius* . ibi *B* 223. Abiisse *Z.* Abisse *reliqui* aportu *C* Quin ea ego huc *Camerarius.* Quine ego huc *B.* Quin ego hac *reliqui* 224. imprudentem *C* electaret *B: defensum a Gulielmio, Dousa Expl. III 14.* eiectaret *reliqui.* eluctaret *Lambinus* optime *libri* *Act. II sc. 1* DEMIPHO SENEX *BCFZ. om.* $D^1$. DEMIFO SENEX $D^2$ 225 sq. *De his, quae Rudentis III 1 redeunt cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 282* 225. di *om. Donatus* di lusos *ex* di ludos $D^2$. duludos $B^1$. diiludos $B^2$ 226. omnia *Donatus.* omina *Passeratius in Prop. IV 4, 21* insomnis *Z: distinxit Gruterus* danunt *Pylades.* clamant *B.* donant *reliqui* 227. Vel ut *B* noctem hanc *Bentleius* praeterit proxima *Z* proxuma in somnis | Insomnis *CD* 228. ful *B* 229. mihi uisus sum *Z.* uisus sum mihi *F* formo///sam *D* 230. Eine *BC* 231. discor darent *B* si *Z.* nisi *reliqui* ambę *C.* ambe *DF:* ambo *BZ, Ritschelius. cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 132* in uno] nunc *B* 232. fueram | fui eam *Bothius* 233. custodelam *Gruterus.* custodiam *libri.* custodiam eam *Camerarius* si accongredere (mi *add. Camerarius s. v.*) *B.* si///miae concredere *D.* simie concredere *C* 235. conuicium *solus C*

Ait sése illius ópera atque aduentú caprae
Flagítium et damnum fécisse haud medíocriter:
Dicít capram, quam dédéram seruandám sibi,
Suae uxóris dotem ambédisse ilico óppido.
Mihi illúd uideri mírum, ut una illaéc capra 240
Vxóris simái dotem ambéderit.
Instáre factum símia atque hoc dénique
Respóndet: ni properem íllam ab sese abdúcere,
Ad me íntro se ad uxórem ducturúm meam.
Atque óppido hercle béne uelle illud uísus sum, 245
Ast nón habere quoí commendarém capram:

---

242. *Donatus in Andr. I 1, 120:* Ille instat factum] Plautus 'instare factum'

---

*V. 236 sqq. sic scripti sunt in B (de quo dixit Ritschelius Parerg. p. 489):*

Ait se illius caprã opera atq, aduentu caprę flagitiũ et damnũ fecisse haud mediocriẽ

Dicit caprã quã dederã seruandam sibi suę uxoris dotẽ ambe dedisse oppido

*et sic porro: a versu autem 244 sic:*

At me domũ intro aduxorẽ ducturũ meã. Ast non habere cui cõmendarẽ caprã

Atq, oppido hercle bene uelle illi uisus sũ. Quod agis quid facerẽ cura cruciabar miser

*post quae rursum sic pergit:*

Interea hedus adme uisus ê adgredirier. infit m̃ predicare sese ab simia

*eodemque ordine porro. Vnde causa perspicitur cur etiam in CDFZ inversus sit versuum 245. 246 ordo* 236. sese illius opera *CDFZ* caprę *C.* capre *D* 237. flagicium et dampnum *C* haut *D* 238. dederat *F.* dederim *Muellerus Pros. Pl. p. 236* 239. Suę *C.* Sue *D* dote *C* dotem uxoris *Hermannus, Bothius.* sibi uxoris dotem *Muellerus Pros. Pl. p. 379.* uoxoris dotem *Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 285* ambedisse *DFZ.* ampedisse *C.* ambadedisse *Camerarius* ilico oppido *scripsi.* oppido *libri, quod cum v. 240 construebant* 240. Mi illuc *Bothius* ut una ancilla et una capra *B.* ut una illęc (illec *D*) capra *CD* 241. simiai dotem *Muellerus Pros. Pl. p. 279.* simiae dotem *CDFZ.* simia dote *B.* dotem simiae *Hermannus, Bothius* ambederit *CDFZ.* dederit *B.* ambadederit *Camerarius* 243. *Ante* respondet *ras. unius litterae B* respondet *ex* respondit *D* illam properem *Ritschelius* 244. Ad me intro se ad uxorem *scripsi.* Ad me domum intro ad uxorem *libri, nisi quod* At *B* (Ad *m. ead.*), meum *C*, meam *ex* meum *D: ubi* íntro dómum ad uxórem *Guyetus,* domum ad uxorem intro *Bothius,* Domum se ad uxorem intro *Ritschelius: traditam scripturam def. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 653* *V. 245. 246 hoc ordine Gulielmius: inverso libri* 245. illud *Bothius.* illi *libri* 246. *De* ast

Quo mágis, quid facerem, cúra cruciabár miser.
Intérea ad me haedus uísust adgredírier.
Infít mihi praedicáre, sese ab símia
Capram ábduxisse, et coépit inridére me: 250
Ego ením lugere atque ábductam illam aegré patri.
Hoc quam ád rem credam pértinere sómnium,
Nequeo ínuenire. nísi capram illam súspicor
Iam me ínuenisse quaé sit aut quid uóluerit.
Ad pórtum hinc abii máne cum lucí simul. 255
Postquam íd quod uolui tránsegi, ibi ego cónspicor
Nauem éx Rhodo, qua heríst aduectus fílius.
Conlúbitumst illuc míhi nescio qui uísere.
Inscéndo in lembum atque ád illam nauem déuehor:

257. *Priscianus XV 10 (II p. 67, 2 H.):* ex Rhodo. Plautus Mercatore: 'Nauem . . . filius'

*cf. Ritschelii Parerg. p. 516* cui *libri* *Totus v. insiticius visus Guyeto* 247. *Ab hoc inde v. accedit A* QUAMAGIS *A.* Quod agis *BCD.* Quid agis *FZ: corr. Camerarius* FACEREM *A* 248. INTEREA *A* ADMEHAEDVS *A, Z.* ad me hedus *CD et nisi quod* edus *F.* hedus adme *B* UISUST *A, D (e corr.) Z.* uis *cum lacuna C.* uisus est *BF* ADGREDIRIER *A, B.* aggredirier *CDZ.* aggredier *F* 249. PRAEDICARE *A.* predicare *BCD* SESSE *A: cf. Studemundus Mus. Rhen. vol. 21 (a. 1866) p. 580* 250. CAPRAMADDUXISSE-ETCOEPIT *A* cepit *BD* INRIDERI *probabilius quam* INRIDERE *A* irridere me *CDFZ.* abductam conquiri inridere me *B* 251. EGOENIMLUDERE *A ita, ut octava* T *vel* I *vel* P *vel* E, *fortasse etiam* L, *decima* D *vel* B, *vix autem* G *fuerit* ludere *B* ABDUCTAMILLAM-AEGREPATI *A.* abductam conquiri *B.* illam abductam conqueri *reliqui* 252. HOC *A* quam] quod *B* PERTINERE *(vel* RI*) A* pertineres omnium *B* 254. que sit *C.* quesit *B* SIT *A* 255. Nam ad *Ritschelius in adnotatione* ADPORTUM *A* HINCABIMANE *A* LUCI *vel* LUCE *A.* luci *Camerarius.* luce *BDCFZ* SIMUL *AB:* semul *CDF.* semel *Z* 256. IDQUODUOLUI *A.* id hic quod uoluit *B.* hic id quod uolui *reliqui, Scioppius Susp. lect. I 21.* illic quod uolui *Camerarius.* hic quod uolui *vulgo: ubi* hic *om. Pareus* IBI *A, Ritschelius.* atque *reliqui: de quo cf. Lorenzius ad Most. v. 1036.* illi *Geppertus ed. Trin.*[2] *p. 140* CONSPICER *(E incerta) A* 257. NAUEM *A B, Priscianus.* Nauim *reliqui* exrodo *B* RHODO *A* qua hêri est *Camerarius.* QUASTHERI *A; idem B.* qua est heri *reliqui cum Prisciano* ADUECTUS *A* qua h. huc aduectust *Ritschelius in adn.* fits *B* 258. CONLIBITUMST *minus probabile quam* CONLIBITUNST *A.* Conlibitum est *BCZ.* clibitumst *D.* collibitum est *F* ILLUC *A, Gulielmius, Scaliger, Bentleius in Eun. V 8, 26.* illud *CDFZ. om. B* quid *Scaliger* uisere] miser *B* 259. INSCENDOIN *A.* escendũ *B: unde* Escendi in *Scioppius Susp. lect. I 21.* Ascendi in *reliqui.* Inscendo ibi in *Muellerus*

Atque íbi ego aspicio fórma eximia múlierem, 260
Filíus quam aduexit méus matri ancillám suae.
Quam ego póstquam aspexi, nón ita ut saneí solent
Amó, sed eodem pácto ut insaneí solent.
Amáui equidem hercle ego ólim iñ adulescéntia:
Verum ád hoc exemplum númquam, ut nunc insánio. 265
Nunc hóc profecto seíc est: haec illást capra.
Verum hércle simia ílla atque haedus míhi malum
Adpórtant. atque eos ésse quos deicam haúscio.
Vnúm quidem hercle iám scio, periísse me.
Vosmét uidete céterum, quantí siem. 270
Sed cónticiscam: nam éccum it uicinús foras.

---

*Pros. Pl. p. 495* LEMBUM *vel* LIMBUM *A.* limbum *B* ad illam *Ritschelius.* ad *libri cum A.* ad eam *Ritschelius in adn.* NAUEM *vel* NAUIM *A,* nauem *B.* nauim *reliqui* DEUEHOR *A.* aduehor *CDF.* adueor *B.* adducor *Z* 260. ATQ·IBIEGOASPICIO *A.* Atque ego illam aspicio *B.* Atque ego illic aspicio *CDZ (nisi quod* aspitio *D).* atque illic ego aspicio *F.* Atque illi aspicio *Ritschelius.* Illanc conspicio *Beckerus Quaest. p. 108.* atque ego *superiori versui continuans* Illic aspicio *Pylades.* At eccilli aspicio *Geppertus Trin.*[2] *p. 139* FORMA-EXIMIA *A* eximiã *B.* exumia *C* MULIEREM *A* 261. FILIUS-QUAMADUEXITMEUS *A* 262. ita ut sanei solent ‖ Amo sed *Ritschelius expulso glossemate.* ita amo ut sani solent ‖ Homines sed *libri cum A, nisi quod* amarẽ *B et* SANEI *A, qui* SANO *p. 213 habet V. 263 delet Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 653 Cf. v. 262* HOMINES e°dem *D* PACTO *A* ut ⁱsani *B.* ut insani *CD.* UTINSANEI *(vel* -NIE*) A* insanire amantes *in marg. CD* 264. EQUIDEMHERCLE *A.* hercle equidem *reliqui* ego °lim *D* inadolescentia *CD* ADULESCENTIA *A* 265. at *D* EXEMPLUM *A* nunquam *D* INSANIO *A* *V. 266—270 hoc ordine Ritschelius duce Bothio: quos sic* 269. 270. 266. 267. 268 *collocat A et omisso v. 268 BCDFZ De duplici exitu vix erit cogitandum* 266. NUNCHOCPROFECTO *A* SEIC*(vel* SEEC*)EST A.* sic est *reliqui* hec *C.* hec *BD.* nec *F* illa est *BCDFZ* 267. UERUMHERLESIMIA *A.* Sed simia *BCFZ.* Set simia *D* ATQU·KAEDUSM *A, in quo cetera dispici nequeunt. In fine parvulae reliquiae, quae ad* UM *spectare videntur. Tamen* MIHI MALUM *(ita supplet Ritschelius) scriptum esse vix videtur.* atque hedus timeo quid uelint *BCDFZ* *V. 268 om. BCDFZ* ATQ·EOS *A* HAUSCIO *A* atque hoc esse quid dicam hauscio *Ritschelius paullo aliter lectis cod. reliquiis Idem adnotat pro* Adportant *exspectari* Portendunt 269. HERCLEIAMSCIO *A* PERIEISSE *A.* perisse *F* 270. CETERUM *A* QUANTISIEM *A.* qui siem *B, miroque iudicio Scioppius Susp. lect. I 3.* quanti sim *reliqui* 271. SEDCONTICISCAM *A. Idem B.* Sed conticescam *reliqui* ECCUM *A* uicinum *ex (*ex uicinus *D)* eccum exit foras *omnes praeter A*

## LYSIMACHVS. DEMIPHO

LYSIMACHVS

Profécto ego illunc hírcum castrarí uolo,
Rurí qui nobeis éxhibet negótium.

DEMIPHO

Nec ómen illuc míhi nec auspiciúm placet:
Quasi hírcum metuo ne úxor me castrét mea. 275
(Ac métuo ne illaec símiae partís ferat.)

LYSIMACHVS

I tu híne ad uillam atque ístos rastros uílico
Pisto ípsi facito córam ut tradas ín manum.
Vxóri facito ut núnties negótium
Mihi ésse in urbe, né me expectet: nám mihi 280
Tris hódie leiteis iúdicandas dícito.
Ei et hóc memento deícere.

---

*Act. II Scaen. 2* LYSIMACHUS *(pro* Y etiam I, P, T, *minore cum probabilitate* E *legi potest)* DEMIPHO *A.* DEMIPHO . LISIMACHVS . SENES . II . LORARIVS *B et nisi quod* LORARIVS DV *C.* DEMIPHO . LISIMACHVS . LOLARII *D* 272. PROFECTO *A* ILLUNCIRCUM *A.* illū circū *B.* illuncircum *CD* CASTRARIUOLO *A* 273. RURIQ·I *A ita, ut quarta etiam* E, *sexta* E *vel* T *esse possit, punctum autem dispici nequeat: fort.* ruri quei *interpretandum.* Rura que *B* NOBEIS *A.* nobis *reliqui* EXHIBET *A.* exibent *B, quod (*exibet*) servavit Ritschelius* NEGOTIUM *A* 274. *Pers. om. C* Necomen *C.* Nec om̃ *B* ILLUD *A: idem BFZ* MIHI *A* nec *om. B* auspitium *BD* 275. QUASI *vel* —SE *A* yrcum *DF.* id qm̃ *(h. e.* irquom*) B* METUONE*(vel* NI)MEUXOR *A.* metuo ne uxor nunc *F* castres *Bentleius* CASTRETMEA *A* 276. *Dedi v. ex A, ubi* SIMIAEPARTI*(vel* E)SFERAT, *qui talis est in reliquis:* Atque illius haec *(*hec *C,* hec *D)* nunc *(*ñ *D)* simiae *(*simię *C)* partis ferat*: eundem sic edidit Ritschelius:* Metuo hercle ne illaec *e. q. s.: contra sic Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 430:* Simitu ne illaec *e. q. s.: versum damnavit Ritschelius praef. p. VII: cf. Opusc. phil. vol. 2 p. 702 sqq.: defendit Spengelius 'T. Maccius Plautus' p. 66 et Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 673: cf. Studemundus Nov. ann. vol. 93 (a. 1866) p. 55* 277. ...HINC *A* ADUILLAM *A.* adullam *C* ATQ·ISTOSRASTROSUILICO *A* rastros *ex* rastos *D* 278. PI.....I *A.* Pisto ipsi *reliqui: quod recte defendit Muellerus Nachtr. p. 132 post Bergkium Diar. ant. stud. a. 1855 p. 296.* Praesto ut sint *Ritschelius.* Praesto ipsi *Aldina* UTCORAMTRADASINM— *A* coram ut tradas *(*utradas *C) BCDFZ* 279. FACITO *A* NUNTIES *A.* nuncies *D* NEGOTIUM *A.* negocium *CDF* 280. in urbe *om. Z* ne] ine *ut vid. B* EXPECTETNAM *A* 281. TRIS *vel* TRES *A.* Tris *(*e *add. s.* i *m. 2) D* HODIE *A* LEITEIS *A.* litis *BCD.* lites *FZ* IUDICANDASDEICITO *A* dicito *BCDFZ* 282. IET *A.* Ei et *BDFZ:*

LORARIVS

Ecquid ámplius?

LYSIMACHVS

Tantúmst.

DEMIPHO

Lysimache, sálue.

LYSIMACHVS

Euge: et tu, Démipho,
Saluéto. quid fit? quid agis?

DEMIPHO

Quod misérrumus.

LYSIMACHVS

Dei mélius faxint.

DEMIPHO

Dei hóc quidem faciúnt.

LYSIMACHVS

Quid est? 285

DEMIPHO

Dicám, si uideam tíbi operam esse aut ótium.

LYSIMACHVS

Quamquám negotiúmst, si quid ueis, Démipho,
Non sum óccupatus úmquam amico operám dare.

DEMIPHO

Benígnitatem tuám mi experto praédicas.

---

*quod esse pro* i *Gulielmius vidit.* Fiet *C* HOC *A* Dicere. LOR. Ecquid *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654.* DICERE‡NUMQUID *A. idem reliqui: pro quo* LOR. Fiet. Numquid *Ritschelius* AMPLIUS *A* 283. TANTUMST *A.* Tantum est *reliqui* *Pers. ante* LYSIMACHE *om. A* Lisymache *B.* lisimache *D* Euge et tu *Camerarius.* EUGAE *A.* Euge *reliqui* Euge euge *Reizius* 284. SALUETO *(sexta litt.* L *vel* I *esse potest) A, Camerarius.* Salueo *B.* salue. o *reliqui* quid fit? quid agis *Bothius.* QUIDAGISQUIDFIT *A, idem reliqui, nisi quod* sit *F* quid *FZ* MISERRIMUS *A, idem Z* 285. DEI *vel* DII *A.* di *BCD.* dii *FZ* MELIUS *A* FAXINT *A.* faxim *B* DEI *vel* DII *A.* Dii *BFZ.* Di *CD* HOCQUIDEM *A.* hoc qidem *C* FACIUNT *A, idem B et Bugge Op. ad Madv. p. 154.* faciant *DFZ, Ritschelius.* fatiant *C.* facient *Bothius. Cf. etiam Rostius Op. p. 258 sq.* Quidest *CD.* QUIDST *A* 286. UIDEAM *A* operam esse *Ritschelius.* ESSEOPERAM *A, idem reliqui.* iam esse operae *vel* operae esse *vel* esse aut operae *Muellerus Pros. Pl. p. 710* ocium *C* Dicam tibi, si uideam esse operam aut otium *Schoellius* 287. quanquam *(*q *alt. e corr.) C* NEGOTIUMST *minus probabile quam* NEGOTIUNST *A.* negocium est *D.* negotium est *reliqui* QUID *A.* quit *C* UEIS *A.* uis *reliqui* DEMIPHO *A* 288. Nonsum *C* UNQUAM *A, idem CD* AMICUM *A* 289. BENIGNITATEM *A* MIHI *A.* m̃i *BCD* EXPORTO *A*

Quid tíbi ego aetatis uídeor?

LYSIMACHVS

Accherúnticus, 290

Senéx uetus, decrépitus.

DEMIPHO

Peruorsé uides:

Puer súm, Lysimache, séptuennis.

LYSIMACHVS

Sánun es,

Qui púerum te esse dícas?

DEMIPHO

Vera praédico.

LYSIMACHVS

Modo hércle in mentem uénit, quid tu deíceres:

Senéx quom extemplo iám nec sentit néc sapit, 295

Aiúnt solere eum rúrsum repueráscere.

DEMIPHO

Immó bis tanto uáleo quam ualuí prius.

LYSIMACHVS

Bene hércle factum et gaúdeo.

DEMIPHO

Immo sí scias,

Oculeís quoque etiam plús iam uideo quám prius.

LYSIMACHVS

Benést.

DEMIPHO

Malam rem deíco.

---

290. AETAIS *(vel* AETAES *vel* AETATS*) A* ACHERUNTICUS *A, CDFZ.* acherunticas *B. de* Acheruntius *cogitat Ritschelius in adnotatione* 291. Vetulus senex *Ritschelius coll. v. 314: cf. Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 458.* Senex uietus *Scutarius* DECREPITUS *A* PERUORSE *A* 292. lusimache *B.* lisimache *D* SEPTUENNIS *A.* septuensis *C* sanũ *C* SANUN *A* 293. dicis *Z* p̃dio *B* UERAPRAEDICO *A* 294. ERCLEINMENTEM *A* DEICERES *A.* diceres *BCDFZ* 295. QUOM *A.* qm̃ *B.* cum *reliqui* extemplo iam *Ritschelius.* EXTEMPLOESTIAM *A, idem reliqui* SENTIT *A* 296. Rusum *solus B* 297. TANTO *A* 298. ERCLE *A, idem C* GAUDEO *A* SI*(vel* T*)*SCIAS *A, Pylades: cf. Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 401.* scias *BCDFZ.* ut scias *Ritschelius.* ut tu scias *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 94 adn.* 299. OC.....UOQ·ETIAM *(in lac. fuit* uleis *ut vid.) A* oculis *BCDFZ* et iam *B* 300. BEN.....DEICO *(est* ‡ malam rem

LYSIMACHVS

Iam istuc nón benest. 300

DEMIPHO

Sed aússimne ego tibi éloqui fidéliter?

LYSIMACHVS

Audácter.

DEMIPHO

Animum aduórte.

LYSIMACHVS

Fiet sédulo.

DEMIPHO

Hodie eíre occepi in lúdum litterárium:
Lysímache, ternas scío iam.

LYSIMACHVS

Quid ternás?

DEMIPHO

Amo.

LYSIMACHVS

Tun cápite cano amás, senex nequíssume? 305

DEMIPHO.

Si cánum, sei istuc rútilum siue atrúmst, amo.

LYSIMACHVS

Ludíficas nunc tu me heíc, opinor, Démipho.

---

*videtur paullo nimium esse ad lac. explendam)* *A* Bene ẽ *BD.* q̣ṵ̃ą̃ bene est *C* malam rem *FZ: cf. A.* mala ere *B.* mala re *CD.* malae rei *Ussingius* dico *libri praeter A* BENEST *A.* bonum est *reliqui* 301. AUSSIMNEEGO *A.* ausimne ego *BCDF.* ausim ut ego *Z* ELOQUI-FIDELITER *A.* eloqui siquid uelim *reliqui* 302. AUDACTER *A* *Pers. add. s. v. D* FIETSEDULO *A.* fiet sedulo *in marg. C* 303. EIRE *A.* ire *reliqui* OCCEPIINLUDUM *A.* in ludum occepi *reliqui* LITTERA-RIUM *A, Scutarius.* literarum *BCD.* litterarum *Z.* lr̃arum *F* 304. lusimache *B.* lisimache *D* SCIO *A* Amo] SCIO *A* 305. TUN *A* CAPITE *A* cano capite *Muellerus Nachtr. p. 70* SENEXNEQUISSIME-HOMO *A, unde* homo nequissume *Ritschelius edidit.* senex nequissime *BCDFZ* Amas? tun capite cano amas, nequissume *Brugmanus p. 9* 306. Si canum *libri cum A, Scioppius Susp. lect. I 21.* siue canum *'prisca exemplaria' Pii.* Seu canum *Pylades* sei istuc *Ritschelius.* seu istuc *libri cum A.* si istuc *Bothius* RUTILUNST *A ut vid.* *Cf. Proleg. p. 85* ATRUNST *A.* atrum st *B* 307. ME *A* HEIC *A.* hic *reliqui* DEMIPHO *A*

DEMIPHO

Decíde collum stanti, si falsúm loquor:
Vel út scias me amáre, cape cultrum ác seca
Digitúm uel aurem uél tu nassum uél labrum: 310
Sei móuero me seú secari sénsero,
Lysímache, em aúctor sum uti mé amando énices.

LYSIMACHVS

Si umquám uidistis píctum amatorem, ém illic est.
Nam meó quidem animo pláne decrepitús senex
Tantídemst, quasi sit sígnum pictum in páriete. 315

DEMIPHO

Nunc tú me, credo, cástigare cógitas.

LYSIMACHVS

Egon té?

DEMIPHO

Nihil est iam, quód tu mihi suscénseas:
Fecére tale ante áliei spectateí uirei.
Humánum amarest átque id uei obtingít deum. 319

---

308. decide] ã puta *sup. scr. C* COLLUMSTANTISIFALSUM *(S etiam* I, E, P, *14 minus probabiliter* T*) A, Bergkius Progr. Hal. a. 1862 die 2 m. Aug. ed. p. 5, Kochius Em. Pl. p. 13.* collum si falsũ stati *B.* collum si falsum ad te *reliqui.* collum statim si f. *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 431.* collum si iam tibi f. *Ritschelius de A errans.* c. si falsum est uti *Camerarius.* c. si falsum est nec uti *Acidalius* LOQUOR *A.* loquar *reliqui.* eloquor *Bothius* 309. sias *C* MEAMAREÇAPE *A* AC *A. om. reliqui* 310. TUNASSUM *A.* tuna sum *B.* tu nasum *reliqui* 311. SEI, *2 etiam* P, T, E, L, *A.* Si *reliqui* MOUERO *A.* moueo *FZ* SEÇARI *A* secare censeor *B* 312. LYSIMACHE *(vel* —I*) A* em auctor sum uti *(*uti *cum Camerario) scripsi.* auctor sum ut *libri cum A.* sum auctor ut *Ritschelius, Bentleius* Tibi Lysimache auctor sum *Muellerus Pros. Pl. p. 687* AMANDOENI- *(vel* E*)*CES *A, idem CDFZ.* amando hic ē *B, unde* amando hic enices *Camerarius, Ritschelius:* secando enices *Niemeyerus Herm. vol. XIV (a. 1879) p. 449, Ussingius* 313. UNQUAM *A, idem D.* inquam *C* uidistis *B cum A.* uidisti *reliqui* em *B cum A, suspectum Ussingio.* hem *reliqui* 314. PLANE *A.* uetulus *reliqui: cf. v. 291* DECREPITUS *A Cf. Niemeyerus de Plauti fab. rec. duplici p. 53 sq.* 315. TANTIDEST *A.* Tam idem est *B.* tantidem est *reliqui.* Tantundem est *Pylades* quasi sit] asi s *e corr. C.* quasi si *Acidalius p. 511, Goellerus in Trin. 407* pictumin *C* 316. MECREDO *A* 317. TE *A* succenseas *FZ* 318. Facere *B* ALIEISPECTATIUIREI *A.* alii spectate *(corr. m. 1 ras.)* uiri *B.* alii spectati uiri *reliqui, nisi quod* alii *om. F* 319. 320. *Hunc v. cum talem* Humanum amarest, humanum autem ignoscere est *BCDFZ exhibeant (nisi quod* amare si *B,* amare est *F,*

Ne sís me obiurga: hoc nón uoluntas me ímpulit. 321

LYSIMACHVS

Quin nón obiurgo.

DEMIPHO

At né deteriorém tamen
Hoc fácto ducas.

LYSIMACHVS

Égon te? ah, ne di síuerint.

DEMIPHO

Vide sís modo etiam.

LYSIMACHVS

Vísumst.

DEMIPHO

Certen?

LYSIMACHVS

Pérdis me.
Hic homo éx amore insánit. numquid uís?

DEMIPHO

Vale. 325

LYSIMACHVS

Ad pórtum propero: nám ibi mihi negótiumst.

DEMIPHO

Bene ámbulato.

---

amarē *D), A haec dat:* HUMANUMAMARE*(vel* I)STATQ·I*(vel* E, T, P,)DUE *(minus prob.* I *vel* T)I*(vel* E, T)O . . . . . IT*(vel* TI)DE*(vel* I)UM*: videtur exstitisse quod Gertzius coniecit:* atque id uei obtingit deum*: pro quibus* atque id magnum habet deum *Ussingius. Cogitavit Ritschelius de novo versu, cuius exitus cum priore coaluerit in A, quem fortasse non Demiphonis fuisse sed Lysimachi: idem monet praestare* ignoscere*: a Ritschelii lectione profectus* atque id ut potest, incanulum *Bugge coniecit Op. ad Madvigium p. 155* Iam quod ego amo *supplens* 321. NESISME *A, Scioppius Susp. lect. I 21.* Nescis me *B.* nescis ne *reliqui.* Nescis? ne *Camerarius.* Ne sis ne *Palmerius p. 874, Gulielmius, Acidalius* OBIURGA *A.* obiurgare *B* hoc *cum* obiurga *iungit Z: quod placuit Handio Tursell. III p. 96.* huc *Bothius, ut illud interpretabantur Gulielmius, Acidalius* MI*(minus prob.* E)IMPULIT *A* inpulit *C* 322. Quin *Pylades.* Qui *libri* 323. egone *libri* ah ne di siuerint *Camerarius: nisi* at *praestat.* athene desiuerint *BDF.* athene dessiuerint *C.* athenae desciuerint *Z Post h. v. fuisse qui de lacuna cogitaret adnotat Ritschelius* 324. Vise *Z* et iam *B* uisum st *B.* certon *F.* certem *Z* Perdisme *BC* 325. examore *C* nunc quid *F* Vat *B* 326. negotium ē *BD.* negocium est *reliqui*

LYSIMACHVS

Béne uale.

DEMIPHO

Bene sít tibi.

Quin míhi quoque etiamst ád portum negótium:
Nunc ádeo ibo illuc. séd eccum meum gnatum óptume
Video: híc opperiar hóminem. hoc nunc mihi uíso opust, 330
Huic pérsuadere quó modo potís siem,
Vt íllam uendat néue det matrí suae:
Nam ei dóno aduexe audíui. praecautóst opus,
Ne hic íllam me animum adiécisse aliqua séntiat.

---

## CHARINVS. DEMIPHO

CHARINVS

Homo mé miseriór nullus ést aeque, opínor, 335
Neque áduorsa quoí plura sínt sempitérna.

---

327. uale *Guyetus, Bentleius.* ualete *B.* ualeto *reliqui* Et bene sit tibi *vel* Et tibi sit bene *Muellerus Pros. Pl. p. 369* 328. etiamst *CD.* etiam si *B.* etiam est *FZ* negocium *CDFZ* 329. 330. sed eccum meum gnatum optume ‖ Video: hic opperiar *Ritschelius.* sed optume gnatum meum ‖ Video eccum opperiar *libri, nisi quod* set *C,* optime *FZ,* optum ec natũ *B,* operiar *BF* nunc *del. Ritschelius* uiso opust *Acidalius.* uisost (uiso st *B,* uiso est *FZ)* opus *cum libris Ritschelius, ubi* usu est *cum Scaligero Scriverius* 331. persuadere $D^2FZ$. persuade $BCD^1$ quomodo *BC* potis siem *Camerarius, Bentleius.* potis sim (sum *F*) *libri.* potis siem *quomodo defendi possit dicit Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 36: idem proponit* potis sim, mihi, *pro quo* potis sim dolo *vel* dolis *suasit Studemundus ibidem.* nunc potis siem *Ritschelius* nunc *ex v. 330 huc adsciscens* 332. ille uendat ne uendat matri *B, ubi* illam *m. 1 corr.* sue *C* 333. nam idoneo *B* dono *ex* domo *D* praecautost opus *Ritschelius.* sed praecautost opus *libri, nisi quod* praecaustost *D,* precauto est *F,* praecauto opus *Z.* sed çautost opus *Bentleius.* sed praecauto opust *post Pyladem Acidalius.* id praecautost opus *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 454* 334. ad *pro* hic *Z* illam *def. Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 50 adn. 7.* ad illam *Ritschelius,* illo *Muellerus Pros. Pl. p. 369 adn.*

*Act. II Scaen. 3* CHARINVS ADOLESCENS · DEMIPHO SENEX *BC.* CHARINVS. DEMIPHO *D* *'Versuum in hoc cantico descriptionem plane talem servavi qualis in B est. A qua quae discrepant Reizii, Hermanni, Lachmanni temptamenta ms., consulto tacui omnia. Nec magis alia, quorum mihi usus esse nullus videretur, am-*

Satin, quícquid est, quam rem agere óccepi,
Propriúm nequit mihi esse id quód cupio?
Ita míhi mala res aliqua óbicitur,
Bonum quaé meum conprimit cónsilium. 340
Míser amicam míhi paraui ánimi causa, prétio eripui,
Ratús clam patrém meum me eám posse habére:
Is résciuit ét uidit ét perdidít me.
Neque ís quom rogét, quid loquár, cogitátumst:
Ita ánimi decem ín pectore íncerti cértant. 345
Nec quíd corde núnc consilí capere póssim,
Sció: tantus cúm cura meóst error ánimo,
Dum sérui meí perplacét mihi consílium,
Dum rúrsum haud placét nec patér potis uidétur
Indúci, ut putét matri ancíllam emptam esse íllam. 350

---

*bitiosius commemoranda putavi, velut quod primum versum (ut nihil dicam de Bothii in hoc genere portentosa imperitia) sic Reizius dimetitur:* Homó me misérior nullúst aeque opínor' *Ritschelius: a quo tamen in nonnullis dissentio Cf. Spengelius 'Reformvorschläge' p. 376 sq.*

335. Homo secum *D* est ęque *C.* est atque *B.* aeque est *Lachmannus Reizio (et Bentleio) assentitur Spengelius* 336. aduersa *FZ* cui *libri* sint plura *Camerarius V. 337—340 anapaestos esse coluerunt Brixius Nov. ann. vol. 91 (a. 1865) p. 72, Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 674, idem 'Reformvorschläge' p. 376, Muellerus Pros. Pl. p. 91: eosdem artificiosius tractat Studemundus de cant. p. 44, 45, 48. Cf. praeterea Seyffertus de bacch. p. 44. Ritschelius bacchiacos discripsit non sine vi* 337. quincquid *C* si quam *Ritschelius.* ut quam *Camerarius* ego agere *Ritschelius* occepit *B* 338. nequid mihi *BFZ.* nequit mihi *CD.* mihi nequit *Ritschelius* esse id *scripsi.* euenire *libri, nisi quod e corr. C.* dari *Spengelius* l. s. s. id quod *Ritschelius* 339. mi ex improuiso *exempli causa Ritschelius* obiicitur *FZ* obicitur aliqua *Camerarius* 340. bonum quę *C.* bonum que *D.* bonumque *Z* comprimit *CD* mihi consilium *cum Hermanno et Lachmanno Ritschelius* quae statím comprimit meum *idem Lachmannus alio tempore* 341. *Dimetros librorum def. Muellerus Pros. Pl. p. 91* paraui, animi *distinguit Spengelius l. s. s.* p̃recio *C.* precio *D* eripui *om. Camerarius* 342. clam] c *e corr. C.* dam *D* me meum *Bentleius, Weisius, Spengelius l. s. s.* me eam *add. Ritschelius: om. libri* 344. Nequis *B* cum *libri* cogitat unde est *B* 345. inpectore *C.* in pectori *D.* pectori *F.* pectore *Z Ceterum nugantur qui de hoc v. dixerunt Palmerius et Gulielmius* 346. nequid *Z* consilii *libri* 347. Sció *Muellerus Pros. Pl. p. 212* meost error *CD.* meus terror *B.* meo est error $D^2F$. meus est error *Z.* est error meo *Ussingius* Scio, tantus error meost cum cura animo *Spengelius l. s. s.* 348. serui mei *B.* mei serui *reliqui* 349. potius *Z*

Nunc sí dico ut rés est, atque íllam mihí me
Emísse indicó, quem ad modum éxistumét me?
* * * * * * * * *
Atque íllam abstrahát, trans mare híne uenum aspórtet.
Sció saeuos quám sit, domó doctus díco. 355
Hócinest amáre? arare máuelim quam síc amare.
Iam hinc ólim me inuítum domo éxtrusit áb se:
Mercátum ire iússit: ibi hóc malum ego inuéni.
Vbi uoluptatem aégritudo uíncat, quid ibi inést amoeni?
Nequíquam abdidi, ábscondidi, ábstrusam habébam: 360
Muscást meus patér, nil potést clam illum habéri,

---

356. *Hunc versum Ussingio imitatus videtur esse (quo de dubito) Martialis IX 21, 4:* Artemidorus amat, Calliodorus arat

---

351. se$^{i}$ *D* ut//// *D* res $^{e}$st *D* ut est res *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 307.* uti rest *Spengelius l. s. s.* mihimet me *Ritschelius in adn.* m$^{i}$ m$^{e}$misse *D* 352. *cf. 351* quem admodum *libri.* leuem admodum *Scaliger* existũ et *B.* existimat *F* *Intercidisse dicit Ritschelius huiuscemodi aliquid:* Malis uerbis multis multum obiuriget me: *quem contra vide quae exponit Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654* 354. A me *Ussingius sine lacuna* extrahat *F* transmare *BC* 355. seuos *B.* seuus *CD.* saeuus *Z.* seruus *F* domo ductus *D.* homo durus *F.* homo et durus *Z: cf. Sciopp. Susp. lect. III 11* dico *Studemundus Stud. vol. 1 p. 85.* igitur *libri* Igitur hoc est amáre *tetrametri initium esse Hermannus voluit*

*V. 356—372 qui exstiterunt in pag. Ambros. 469A, fere non legi potuerunt. Eruit Loewius haec versuum initia: v. 356—358 (qui initio paginae exstitisse videntur) nihil, v. 359* VBIVOLV *(extrema littera incerta), v. 360* NEQVIQV, *v. 361 nihil, v. 362* NECSACR *ut vid. (finis proprium videtur occupasse versum), v. 363* N, *v. 364* QVID, *v. 365* SOLLICITV, *v. 366* ME *(videtur fuisse* MEUSPATER*): exitus videtur proprium versum occupasse, v. 367* UNDEI, *v. 368* ITAUOLO, *v. 369* N, *v. 370 nihil, v. 371* PERMAR *(sequi videtur* EUTU*), v. 372* MAGISOPINOR# *(sequi videtur* ID*)* 356. *Cf. v. 355* Hoc inẽ *B.* $^{h}$ocinę est *D.* hoccine est *CFZ* ma uelim *B* *Ceterum h. v. et v. 359 addubitat Muellerus Pros. Pl. p. 73 adn.* 357. is hinc *Spengelius l. s. s.* holim *D* me *add. Ritschelius: om. libri. Cf. Studemundus de cant. p. 47* extruxit *B* sese *Camerarius* 358. ire iussit ibi *C.* ire iussi tibi *B.* iussit ire ibi *DFZ* ego *om. Camerarius* ibi hoc damnum inueni *Spengelius l. s. s.* 359. *Cf. v. 356* Nam ubi *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654* egritudo *CD* animi *Z* 360. nequicquam *FZ* abscondidi *B.* abscondi *reliqui* abstruxsam *B.* abstusam *C* 361. Muscast *B.* Musca est *reliqui* pater meus *C* nihil *libri*

Néc sacrum nec tám profanum quícquamst, quin ibi ílico adsit.
Néc qui rebus meís confidam, mi úlla spes in córdé certast.

DEMIPHO

Quíd illuc est, quod sólus secum fábulatur fílius?
Sóllicitus mihi néscio qua de ré uidetur.

CHARINVS

Áttatae, 365
Méus quidem hic pater ést, quem uideo. ibo, ádloquar. quid fít, pater?

DEMIPHO

Vnde incedis? quíd festinas, gnáte mi?

CHARINVS

Recté, pater.

DEMIPHO

Íta uolo. sed istúc quid est, tibi quód commutatúst color?
Númquid tibi dolét?

CHARINVS

Nescio quid méo animost aegré, pater.
Póste hac nocte nón quieui sátis mea ex senténtia. 370

DEMIPHO

Pér mare ut uectú's, nunc oculi térram mirantúr tui.

CHARINVS

Mágis opinor.

---

362. nectam *B* quicquamst *D*. quicquam st *C*. quicquam si *B*. quicquam est *FZ* quid *B* assit *CD* 363. mihi *libri* in corde certast *B*. est in corde *C*. in corde est *DFZ* 364. *Super* Quid *m. 2 scr.* secum *D* est *B: om. reliqui* quid *Z* · solũ *B* fabulatur *B*. fabuletur *reliqui* 365. qua de re *Luchsius Hermae vol. 6 (a. 1872) p. 268.* quare *libri.* qua re nunc *Ritschelius Numeros paullo concinniores esse hos:* Sollicitus nescio qua re nunc mihi uidetur *adnotat Ritschelius* Attatae *Ritschelius.* Atate *CD.* At tace *B.* At at *FZ.* attate *Palmerius p. 873, Bentleius in And. IV 5, 15*

366. Meus quidem hic pater est *CDFZ, nisi quod* qidem *C.* Meus pater hic quidem est *B: cf. A.* Pater hic quidem meust *Ritschelius* ibo *om. B* alloquar *CDFZ* 367. *Dem. pers. om. C* 368. quidest *CD* quod] quid *B* commutatust color *BCD*[1] commutatus est *D*[2]*F.* commutatus color est *Z* 369. meo animo st *CD*[1]. meo animo est *BD*[2]. animo meo est *Z* egre *BCD* 370. Poste *B.* Postea *reliqui. Cf. Ritschelii Op. phil. vol. II p. 544* ac *D*[1]. hac *D*[3] mea *D*[3], *Camerarius.* me *BCD*[1]. *om. FZ* *V. 371 sq. damnat Ussingius* 371. mare *ex* amare *ras. B* uectus *libri* *V. 372 (?)—389 (sine v. 375)*

DEMIPHO

Íd est profecto: uérum actutum abscésserit.
(Vsquen ualuistí?

CHARINVS

Perpetuo récte, dum quidem illíc fui.
Vérum in portum huc út sum aduectus, néscio qui animus míhi dolet.

DEMIPHO

Naúsea edepol fáctum credo: uérum actutum abscésserit.) 375
Érgo edepol pallés: si sapias, eás ac decumbás domi.

CHARINVS

Ótium non ést: mandatis rébus praeuortí uolo.

DEMIPHO

Crás agito, peréndie agito.

CHARINVS

Saépe ex te audiuí, pater:
Reí mandatae omnís sapientis prímum praeuortí decet.

DEMIPHO

Áge igitur: nolo áduorsari tuam áduorsum senténtiam. 380

---

*videntur exstitisse in pag. 479A misere lacerata. Eruit Loewius haec: V. 372. 376—380 nihil (occupaverunt septem versus. 1 ut videtur = exitus v. 372; dubia vestigia litter.* C *et* R abscesserit *vocis ut vid.: 2 = 376 ut vid.: 3 = 377 ut vid: 4 = 378 ut vid.: 5 = 379 ut vid.: 6 et 7 = 380 ut vid.: at omnia (maxime num v. 5 = 379 sit) dubitationis plena, v. 381* IDES *in fine, v. 384 et 385 nihil, v. 386 in fine* NT *ut videtur, v. 382 in fine* TSCIO *ad modum pallida, v. 383 nihil, v. 387 in fine* NCMEA (MOLIOR *videtur proprium v. occupasse), v. 388 nihil, v. 389 ad finem* Q (= QUID) *et dubia vestigia litterarum* UIDUEL, *v. 373 in fine* MILLICFUI, *v. 374 sub finem* OQUIANI, *paullo antea* N *dubia (*nescio*): exitus videtur primum versum insequentis paginae occupasse* 372. mirantur tui ‖ Magis. Cha. Opinor. *Gulielmius: quem debuisse saltem* mirantur magis. ‖ Cha. Itast, opinor *annotat Ritschelius. Verba* Magis opinor *Demiphoni continuant, cetera Charino adsignant Weisius et Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 478: sed obstat v. 375 parallelus, nisi forte v. 375 Charino continuamus* opino *Bothius tertia V. 373—375, in libris post v. 389 positos, huc revocavit Ritschelius, ut quos appareat prorsus parallelos esse versibus 369—372. Cf. quae dixi Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 261 sqq.* 373. Usquen *Ritschelius.* Usque *B.* Usquene *reliqui: cf. Ritschelii Opusc. phil. vol. II p. 557* 374. inportum *C* quia nimis mihi *B* 375. Nause *B* 376. palles *B.* palle *CD om. FZ* 377. preuorti *C.* preuorti *D* 378. Cras agiopere die agito *B* Sepe *BCD* exte *C* 379. Rei] ei *F* mandate *C.* mandate *BD* 380. tuam aduorsus *Z.* aduorsus tuam *cum Bothio Ritschelius*

CHARINVS

Sáluos sum, siquidem ísti dicto sólida et perpetuást fides.
Rés adhuc quidem hércle in tutost. nam húnc nescire sát scio
Dé illa amica: quód si sciret, ésset alia orátio.

DEMIPHO

Quíd illuc est, quod ille á me solus se ín consilium séuocat?
Iám non uereor né me amare hic pótuerit rescíscere: 385
Quíppe haud etiam quícquam inepte féci, amantes út solent.
Quín ego hunc adgrédior de illa?

CHARINVS

Quín ego hinc me amólior?
Éo ego, ut quae mandáta mihi sunt, ádministrem.

DEMIPHO

Immó mane:
Paúcula etiam scíscitare príus uolo.

CHARINVS

Dic quíd uelis.

---

381. Saluus *(a e corr.) C.* Saluus *DFZ* dicito *B* perpetua est *FZ* *V. 382—386 hoc ordine collocavit Ritschelius: quos sic 384—386. 382. 383 collocant libri* 382. *Char. pers. praem. libri* hercle *om. F* intuto st *BCD* huc *B* 383. Deilla *BC* illa *(i s. a) D* quid *Z* 384. *Versus sine causa ab Osanno Anal. p. 201 sq. sollicitatus propter v. 364* ille a me *Angelius.* illa me *CD.* mea me *B.* ille *FZ* sed *B* inconsilium *C* se uocat *BC* 385. Iam *del. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654* illam *servans* uereo *CDF* ne me amare *scripsi.* ne illam meam are *B.* ne illam me amare *reliqui.* ne eam me amare *cum Guyeto Ritschelius* rescistere *B* 386. aut *BCD.* haud *FZ* faciã ante ut *B* 387. *Dem. pers. praem. libri* agredior *C.* aggredior *DFZ* 388. Ego eo *D* ut quę *C.* ut que *BD.* atque *Camerarius* mandata mihi sunt administrem. Dem. *Ritschelius: cf. Opusc. phil. vol. II p. 400.* mandata amicũ amicis tradã. De. *B.* mandata amicus amicis *(ex* amicus *D)* tradam. Dem. *reliqui, nisi quod* mandat *Z.* mandata amice amicis tradam *Ussingius* 389. Pauca *C* suscitare *B.* scisscitare $D^1$. sciscitare $D^3$. sciscitari *potius dubitari posse num poeta scripserit annotat Ritschelius* *Secuntur in libris v. 373—375* *V. 374 exitus. 375. 390—406 exstiterunt in pag. 475, ubi haec versuum initia Loewius expiscatus est: v. 374 nihil, 375* N, *390* SEDQUIDAI, *391* ADUEXEI*(vel* T, D*)*‖Q, *392* UTMORATAST‖NUL, *393* MIHIQUIDEMEDE *(exitus videtur proprium v. occupasse), 394* UID, *395* Q, *396* NIHI, *397* LIGN *et post spat.* umca *litt.* E, *398* QUAEH, *399* HORUNCILL, *400* EACAUSSAEQUID, *secuntur haec initia:* PAU *et paullo post* A, *ita, ut probabile sit A habuisse* Paulatim labefacto, NEDU, *404* NEQ·

DEMIPHO

Séd quid ais? ecquám tu aduexti tuae matri ancillám
Rhodo? 390

CHARINVS

Adꝫexei.

DEMIPHO

Quid? ea út uidetur múlier?

CHARINVS

Non edepól mala.

DEMIPHO

Vt moratast?

CHARINVS

Núllam uidi mélius mea senténtia.

DEMIPHO

Míhi quidem edepol uísast, quom illam uídi —

CHARINVS

Eho, an uidistí, pater?

DEMIPHO

Vídi. uerum nón ex usu nóstrost neque adeó placet.

CHARINVS

Quí uero?

DEMIPHO

Quia ením non nostra fórmam habet dignám domo. 395
Níhil opust nobís ancilla, nísi quae texat, quaé molat,

---

ILLAMMAT, *405* NEQ·SINAM#QUIUERO#Q, *406* FLAGITIUMSITSEI 390. Dem. *om. libri* Quid ais? ecquam tu aduexisti *a Plauto profectum esse putat Ritschelius, adiectum autem* Sed, *postquam huc irrepserunt v. 373—375 De A cf. supra.* adexti *D.* aduexit *B.* aduexi *C F Z* tuę *C.* tue *D* matri tue *F* ancillam ancillam *C D* rohdo *B.* erhodo *C.* e rhodo *D Z.* e rhodio *F* 392. morata est *D F Z* mea quidem sententia *Bentleius* sentencia *C* 393. Mihi quidem edepol *libri cum A.* Mihi quoque ita pol *Ritschelius.* Sic quidem edepol *Pylades, Acidalius.* Mihi quidem item pol *Bugge 'Tidskrift for Philol.' VI p. 6 et Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 454* uisa est *B C* cum *libri* uidi. Ch. Eho *(Eo B Z)* an uidisti *libri.* uidi. Ch. Eho uidistin *Bothius, Ritschelius.* uidi. Ch. An uidisti *Guyetus.* úideo. Ch. An uidisti *Bothius alio tempore* 394. exusu *C* nostro sine que *B.* nostro est neque *C* 395. Quia enim non *(vel* Quia noenu*) Ritschelius.* Quia non *libri.* Quia haec non *Guyetus.* Qui? quia non *Bothius.* non? Dem. Quia non *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654* nostra//// *(m eras.) B* 396. opust *Ritschelius.* opus *libri* quę texat quę *C.* que texat que *B D*

Lígnum caedat, pénsum faciat, aédis uorrat, uápulet,
Praéhibeat cottídianum fámiliae coctúm cibum.
Hórunc illa níhilum quicquam fácere poterit ádmodum.

CHARINVS

Eá causa equidem illam émi, dono quám darem matrí meae. 400

DEMIPHO

Lábefacto paulátim. uerum quód praeterii dícere,
Né duas neu te áduexisse díxeris — di me ádiuuant —:
Néque illa matrem sátis honeste tuám sequi poterít comes,
Néque sinam.

CHARINVS

Qui uéro?

DEMIPHO

Quia illa fórma matrem fámilias 405
Flágitium sit seí sequatur, quándo incedat pér uias.

---

397. *Nonius p. 271, 23:* Caedere .... Lucilius lib. XXVII: 'Lignum ..... uapulet' *Idem p. 420, 7:* uerrere ... Lucilius lib. XXVII: 'Lignum ... uapulet' *'Vix dubitandum videtur, quin Plautina verba commemoraverit Lucilius: nisi forte errorem iam fuisse in ipsis adversariis grammatici putaveris' Ritschelius. Cf. adn. L. Muelleri*

---

397. cedat *CD cum Nonio* pensum f. *om. Non. p. 420* pensim *Z.* pinsum *Visscringius Quaest. Pl. I p. 105* ędis *C.* aedes *cod. Nonii aliquot* uorrat *L. Muellerus in v. Luciliano:* uarrat *cod. G Nonii.* uerrat *BCD*². ferrat *D*¹ uertat *Z* ac uapulet *Non. p. 420* 398. Praehibeat *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 400.* Quae (Quę *C.* Que *D)* habeat *libri cum A.* Quaeque habeat *Pylades* quottidianum *Z.* quotidianum *F* familię *C.* familia *B* 399. Horunc illa *CD cum A.* Horum ancilla B. horum illa *FZ* nihil umquã *B*, *'unde facile efficiat quispiam* nil quicquam umquam' *Ritschelius* 400. EACAUSSA *A.* Eacausa *C* emi] mi *B* dono *e* domo *B* darem q· matri *D* meę *BC* *V. 401. 403 (402 intercidisse putaverat Ritschelius) ita collocat A, de quo cf. supra: inverso ordine reliqui, Ritschelius* 401. *De A cf. supra* Labe facto *CD* pręterii *C* 403. Dem. *praem. libri* Neduas *C.* Ned^e//////s *D.* Netuas *B.* Ne de *FZ.* Ne duis *Camerarius* neu *Camerarius.* neue *libri* Ne duas neu te aduenisse dixeris. Cha. Di me adiuuant *uno integro versu concludunt BCDFZ proximum (401) tribuentes Demiphoni. 'At is unde tandem labefactari filium colligit? de quo ne sic quidem ei constiterit, si* di me adiuuent *dixisse Charinum censueris. Ergo aut plus intercidit aut certe hemistichia duo' Ritschelius adnotat nil transponens: quam sententiam refellit Spengelius T. Macc. Plaut. p. 26 omnia Demiphoni tribuens* 406. Flagitium sit *B cum A.* Flagitiumst *D.*

Cóntemplent, conspíciant omnes, nútent, nictent, síbilent,
Véllicent, uocént, molesti sínt, occentent óstium:
Ímpleantur élegiorum meaé fores carbónibus:
Átque ut nunc sunt máledicentes hómines, uxorí meae 410
Míhique obiectent lénocinium fácere. nam quid eóst opus?

CHARINVS

Hércle qui tu récte dicis ét tibi equidem adséntior.
Séd quid illa nunc fíet?

DEMIPHO

Recte: ego émero matrí tuae
Áncillam uiráginem aliquam nón malam, formá mala,
Vt matrem addecét familias, aút Syram aut Aegýptiam. 415
Éa molet, coquét, conficiet pénsum, pinsetúr flagro:

---

flagiciumst *C.* flagitium est *FZ* ṢEI *A.* si *reliqui* incedit *Z*

*V. 407—424 ut videtur fuerunt in pag. 476 (olim 470B), ubi hos exitus extricavit Loewius: 407* IBILENT, *408 nihil, 409* NIBUS, *410* UXORIMEAE, *411* AMQUIDEOSTOPUS, *412* ADSENT — *(spatia male conveniunt cum Palatinorum scriptura, quamvis ne* equidem *quidem commendent), sequuntur in v. proximo haec in fine* SAT *(vel* E, I, P,*)* — *(num* satis?*) quae non possunt convenire cum Palatinorum versu, 414* F.... MALA, *415 nihil, 416* O, *417* TI *(?), sequitur v. ubi nil legit Loewius (418?), dein* NUMEGENTIUM *(421),* LIST...PUS-*(*PUS *incertum; 422),* EM *(incertae; 423),* AUOLO *(*AUO *incertissimae: 419), 420 duos versus occupasse videtur, 424 perdubia vestigia vocis* uendere

407. om̃s *B: om. reliqui* nuteat *C* nictent $D^3F$. nectent $BD^1$. nectet *C.* niterit *Z* 408. nocent molestis innocent *B* hostium *FZ* 409. elogiorum meae fores carbonibus *Bothius (cf. A).* meae fores carbonibus elegeorum *BCDFZ, nisi quod* mee *B,* elegiorum $D^3$, elogeorum *F: pro quo* eclogiorum *Lambinus,* elogiorum *Turnebus Adv. VII 15.* elegeorum *def. Fleckeisenus Nov. ann. vol. 93 (a. 1866) p. 9* 410. meę *C* 411. Mihi que *B* obicient *B.* obiiciant *Acidalius* lenocinium *C.* lenocium *D* eost *ABCD.* est *FZ* 412. qui *libri: def. Fleckeisenus Krit. Misc. p. 29.* quin *Pylades, Ritschelius* dices *B* tibi equidem adsentior *Ritschelius Prol. Trin. p. 173.* tibi adsentior *B: cf. A.* tibi assentior *CDFZ.* tibi ego assentior *Pylades.* tibi assentior ego *Camerarius.* tibi adsentor ego *Bothius.* tibi hoc adsentior *idem alio tempore.* ego assentior tibi *Lingius de hiat. p. 50* 413. *Verba* Sed — Recte *aliena ab hoc loco censet Ritschelius, pro quibus haec exstare potuisse:* Nisi quod matri non est quod dem: *at declinat pater et pergit ut filium prorsus in suam sententiam trahat* Sed *(ex* Set *m. rec.) D* fiaet *C* Recto *D* tuę *C* *(Cf. A et v. 418 Ritschelii)* 414. uiracinem *B* 415. Vtmatrem *C* ssram *C* ęgyptiam *(*ę *ex* e *m. rec.) D.* egyptiam *FZ.* egipciam *C.* cypiam *B* 416. coquet *om. CDFZ* confitiet *B* pinsetur *Scutarius.* pensetur *libri*

Néque propter eam quícquam eueniet nóstris foribus flágiti. 417
Múlto edepol, si quíd faciendumst, fácere damni máuolo, 419
Quam óbprobramentum aút flagitium múliebre exferrí domo. 420

CHARINVS

Quíd, si igitur reddátur illi, unde émptast?

DEMIPHO

Minume géntium.

CHARINVS

Díxit se redhibére, si non placeat.

DEMIPHO

Nihil istóc opust:
Lítigari nólo ego usquam, tuam aútem accusarí fidem.
Mé tibi illam pósse opinor lúculente uéndere.

CHARINVS

Dúm quidem hercle né minoris uéndas quam ego emí, pater. 425

DEMIPHO

Táce modo: senéx est quidam, qui áliquam mandauít mihi
Vt emerem ad istanc fáciem ancillam.

---

417. Neque *superiori versui continuant CDFZ* propteream *B.* Propteream *C* quic quam *C* nxris *D* flagiti *B et, ut vid., A.* flagitii *D*[1]. flagicii *C.* flagitium *D*[2]*FZ* *Secuntur in B postea erasa:* minime gentium *omissa v. 421* *Versum 418 talem supplevit Ritschelius:* Sed quid illa nunc fiet? recte ego emi atque argentum dedi*: om. libri: cf. v. 413 et A* *V. 419. 420 hoc loco posui duce Ritschelio quos libri cum A post v. 423 exhibent: eosdem delet Ussingius* 419. edepol *C* siquid *BC* faciendum est *BCD.* faciundum est *FZ* face *F* dampnima uolo *C* 420. obprobrandum *ante corr. D* exferri *B.* ecferri *CD.* efferri *FZ.* inferri *Guyetus, Ritschelius. Lachmannus* afferri *Pistoris* 421. siigitur *C* empta est *libri* *Cf. A* Minime gentium *CDFZ: om. hoc loco B: cf. v. 417* *V. 422—423 inverso ordine ponit Ritschelius* 422. redhibere *CDFZ.* adhibere *B* placeat *CDFZ.* placet *B* opust *CDFZ.* opus *B* 423. Litigari *BCD.* Litigare *FZ, Ritschelius* nolo ego usquam *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 431.* nolo ego uos quam *libri.* ego nolo uos qua *Ritschelius cum Bothio, vulgo constructum cum* mauolo *v. 419.* nolo ego uos *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654.* nolo ego neque *Muellerus Pros. Pl. p. 32 post Acidalium* 424. *Pers. om. libri* Nam me tibi illam *Ritschelius in adnot.* 425. ercle *C* neminoris *C* ego mi pater emi *F* 426. aliquam *Ritschelius.* illam *libri.* olim *Acidalius.* ancillam *Boxhornius.* ut illast *Schoellius* 427. ancillam *add. Ritschelius. om. libri* At etiam *Muellerus p. 581* quidam *ex* quidem *D* adolescens *CDFZ*

CHARINVS

At míhi quidam adulescéns, pater,
Mándauit, ut ád illam faciem, ita út illaec est, emerém sibi.

DEMIPHO

Víginti minís opinor pósse me illam uéndere.

CHARINVS

At ego si uelím, iam dantur séptem et uigintí minae. 430

DEMIPHO

At ego —

CHARINVS

Quin ego, ínquam —

DEMIPHO

Ah nescis quíd dicturus sím: tace.
Trís minas accúdere etiam póssum, ut trigintá sient. 432

CHARINVS

Quó uortisti?

DEMIPHO

Ad íllum qui emit.

CHARINVS

Vbinamst is homo géntium? 434

DEMIPHO

Éccillum uideó: iubet quinque me áddere etiam núnc minas. 435

---

428. Mandauid *C* *Post* Mandauit *eras.* m̄ *in D* ut ad illam faciem *Ussingius.* ad illam (adillam *B*) faciem *libri.* aliquam itidem ancillam *Ritschelius* ita ut illaec est *Muellerus Pros. Pl. p. 581.* ita ut illa est *libri, Ritschelius* est mulierem emerem *Camerarius* illast ut emerem *Fleckeisenus Nov. annal. vol. 61 (a. 1851) p. 23* 429. minas $D^1$ 430. siuelim *C* dentur *Ritschelius in adnot.* minę *C.* mine *DB* 431. *Post* inquam DE *exhibent* Ah *BC: pro quo rasuram* $D^1$, *sup. scr.* hac $D^2$. at *FZ, quod fortasse rectius esse adnotat Ritschelius* sim *F, Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 219 et Fuhrmannus Nov. ann. v. 105 (a. 1872) p. 630.* sum *reliqui, Ritschelius* 432. Trismina saccudere *C.* Tres minas accudere *B* trigintasient *C, post quae interrogandi signum alii posuerunt Hic Ritschelius intercidisse Charini fere haec verba (v. 433) suspicatur:* Videor pro illo posse quinque etiam addere adulescentulo. *Contra Spengelius Plaut. p. 23 sqq. hoc v. et 435 personas mutat. Mihi nil mutandum videtur* 434. CH. *et (ab initio versus)* DE *om. CD* uertisti *F.* uortis te *Ussingius* At illum *D.* Adillum *C* Vbinamstis $CD^1$. Vbi nastis *B.* Vbinam est is $D^2FZ$ gencium *C* 435. Ecce illum *B, Henricus Schenkl l. ad v. 524 exscripto p. 619.* Eccum illum *Camerarius* quoque *B* adere eciam *C* quinque addere etiam me minas *Ritschelius.* quinque addere me etiam nunc minas *Bothius*

CHARINVS

Hércle qui illunc di ínfelicent, quísquis est. ibidém mihi
Étiam meus adnútat: addam séx minas.

DEMIPHO

Septém mihi.
Númquam edepol me uíncet hodie.

CHARINVS

Cómmodis poscít, pater.

DEMIPHO

Néquiquam poscít: ego habebo.

CHARINVS

At íllic pollicitúst prior.

DEMIPHO

Níhili facio.

CHARINVS

Quínquaginta póscit.

DEMIPHO

Non centúm datur. 440
Pótine ut ne licitére aduorsum méi animi senténtiam?

---

436. Hercle qui illunc di infelicent *Fleckeisenus Misc. crit. p. 31.* Hercle illunc *(*illunt *C.* illuc *B)* di *(*dii *BZ)* infelicent *(*felicent *B.* infoelicitent *Z) libri, ubi* Hercule *Scaliger,* illum infelicitent di *Ritschelius,* infelicitent *etiam Scaliger: quam formam falsam esse et Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 655 et Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 433 demonstraverunt, quorum ille* Hercle di illunc *vel* illunce *vel* illum hominem *proposuit, hic* Quin hercle illunc*: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 6* ibidem mihi *scripsi.* DEM. Ibidem mihi *libri.* itidem mihi *Ritschelius.* totidem mihi *Acidalius* Dem. Hercle *et* Char. Ibidem *Spengelius l. s. s.* 437. Etiam meus *Ritschelius.* Etiam *(*Et iam *B,* eciam *C)* mihi *libri.* Dem. Etiam meus *Acidalius* innutat *Lambinus* DEM. Addam *Ritschelius, Spengelius l. s. s.* DEM. Septem *scripsi.* Char. Septem *cum libris Ritschelius, Spengelius l. s. s.* mihi] meus *Loewius* Char. Septem minis *(scil.* commodis*) Ussingius sequentia Charino continuans* 438. *Demiphoni et Charino distribuit Guyetus, totum Charino libri continuant, item Spengelius l. s. s.* Nunquam *CD* edepol *C* me uincet hodie commodis *B.* me uincet hodie me uincet hodie commodis *CD.* me uincet hodie inueniet hodie commodis *FZ. Vbi* inueni hunc qui commodius *'ex priscis exemplaribus' Pius affert.* me uincet. hic commodius *Pylades 'partim ex codd. ant.'* pater poscit *C* 439. Nequicquam *FZ* poscet *Ritschelius* habebo $CD^2F$. habeo $BD^1Z$ pollicitus est *B* 440. Nihil *B* quinquaginginta *C* Noncentum *C* dantur *Z.* dātur *ex* datur *m. rec. in D* 441. Potinne *B* utne *C.* ut *B* licitere *Camerarius.* liceret *B.* litigere *CDF.* letigere *Z* aduersum *B* mei animi *Scaliger, Bothius: cf. v. 597.*

Máxumam hercle habébis praedam: ita íllest, quoi emitúr, senex.
Sánus non est éx amore illíus: quod poscés, feres.

CHARINVS

Cérte edepol aduléscens ille, quoí ego emo, efflictím perit
Eíus amore.

DEMIPHO

Múlto hercle ille mágis senex, si tú scias. 445

CHARINVS

Númquam edepol fuít neque fiet ílle senex insánior
Éx amore, quam ílle adulescens, quoí ego do hanc operám, pater.

DEMIPHO

Quiésce, inquam: ístanc rem ego récte uidero.

CHARINVS

Quid aís?

DEMIPHO

Quid est?

CHARINVS

Nón ego illam mancúpio accepi.

DEMIPHO

Séd ille illam accipiét: sine.

CHARINVS

Nón potes tu lége uendere íllam.

DEMIPHO

Ego aliquid uídero. 450

---

444. Efflictim *hinc transiit in gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Op. II p. 243*

---

animi *libri.* animi mei *Acidalius, Bentleius* 442. Maximam *BCDZ* predam *B* ille est *libri: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 581 (*ita insanust*)* qm̃ mentitur *B.* cui emitur *reliqui* 443. nonest *C* examore *C* 444. Certo *CDFZ: cf. Langenus p. 26* adolescens *CDFZ* cui *libri* efflectim *B.* efflictum *D ante ras.* 445. si *sup. scr. D* situ scias *C.* situscias *B* 446. siet *'alibi legi' Pius dicit* 447. Examore *C* ille *s. v. D*[2] adolescens *CDFZ* cui *libri* pater *s. v. D* 448. *Vers. damnat Muellerus Nachtr. p. 30* Quiesce *def. Fleckeisenus Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 75.* Hem quiesce *et* egero *pro* uidero *Ritschelius, qui negat placere* istanc rem ego uidero *expuncto* recte ais *Dousa fil., Lomanus p. 53.* agis *libri* Quidest *CD* 449. *Sic personis distinxit Acidalius.* accepi. sed ille illam accepit. DE. Sine *libri* accipiet *Scaliger, Bothius.* accipit *Taubmannus* 450. potest *ante ras. B* tulege *C*

CHARINVS

Póst autem communis mihi illast cum álio quodam. quí scio,
Quíd sit ei animí, uenirene eám uelit an nón uelit?

DEMIPHO

Égo scio uelle.

CHARINVS

Át pol ego esse crédo aliquem, qui nón uelit.

DEMIPHO

Quíd id mea refért?

CHARINVS

Quia illi suám rem esse aequomst ín manu.

DEMIPHO

Quíd ais?

CHARINVS

Quicum míhi communist ílla, is hic nunc nón adest. 455

DEMIPHO

Príus respondes quám rogo.

CHARINVS

Prius tú emis quam uendó, pater.
Néscio, inquam, uélit ille illam nécne abalienárier.

DEMIPHO

Quíd? illi quoidam, quí mandauit tíbi, si emetur, túm uolet:
Sí ego emo illi quí mandauit, túm ille nolet? níhil agis.
Númquam edepol quisquam íllam habebit pótius, quam ille
quem égo uolo. 460

---

451. communis mihi illast *cum Pylade Ritschelius coll. v. 455, qui 'quamquam etiam* communist mihi illa *licebat' addit.* . communis est illa mihi *CDFZ.* communest illa mihi *B: quod non credo spectare ad ea de quibus cf. ad Amphitr. v. 537* quodam *Ritschelius: om. libri. 'Neque enim probabiliter Bothius* communist illa cúm alió mihi' *Ritschelius* quid *Z* 452. uenire ne *(ne ex* me *ras. D) libri* non uelit] non *sine* uelit *B* 454. id mea *CDFZ.* deme *B.* mea id *cum Pylade Ritschelius* rem suam *B* aequom st *B.* equumst *CDF.* aequum est *Z* in naui *B* 455. *Sic sanandum putavit versum Ritschelius, qui interpolatus e v. 451 talis est in libris:* DE Quid ais CHA communis mihi illa est cum illo is nunc hic non adest*: nisi quod* illast *et* hic nunc *B. Vbi* alio *pro* illo *Camerarius* 457. NESCIO *A* ille *om. A* nec ne *C.* nec me *B* ab aliena *cum lacuna C V. 458 sq. tales prodierunt ex A, nisi quod ab initio* SEDILLIQUIDAMQUI *(pro 1 etiam* I, T, *pro 6* E, I, P, T *legi posunt) exstat (*Sed illi quoidam *Bothius): pro quibus unum hunc reliqui exhibent* De. Quid illic quidam qui mandauit cum ille nolet nihil agis, *nisi quod* mandaui *Z,* tum *pro* cum *B* Si ego emi ei, mihi qui mandauit *Ritschelius in adnot.* 460. edepol quisquam *BC.* EDEPOLQUISQUAM-

CHARINVS

Cértumnest?

DEMIPHO

Censén certum esse? quín ad nauem iam híne eo:
Íbi uenibit.

CHARINVS

Vín me tecum illo íre?

DEMIPHO

Nolo.

CHARINVS

Nón places.

DEMIPHO

Méliust te, quae súnt mandatae rés tibi, praeuórtier.

CHARINVS

Tú prohibes.

DEMIPHO

At me íncusato: té fecisse sédulo.
Ád portum ne bítas, deico iám tibi.

CHARINVS

Auscultábitur. 465

DEMIPHO

Íbo ad portum. ne híc resciscat, caúto opust. non ípse emam,
Séd Lysimacho amíco mandabo: ís se ad portum deíxerat
Íre dudum. mé moror, quom heic ásto.

CHARINVS

Nullus sum: óccidi.

---

EDEPOL *A*, edepol priusquam *D*. edepol prius quisquam *FZ* quaem ego *C* 461. CERTUMNEST *A*. Cha. Certum est *BCDFZ* CENSEN *A* Censes certum esse. De. Quin *Z*. Certumst. Ch. Censen certum id esse? *Lachmannus* NAUEM *A*, *B* nauim *reliqui* hinc] nunc *F* EO *A* 462. places *CDFZ cum A*. placet *cum ras. unius litt. post eam vocem B*. placeo '*alibi legi*' *Pius scribit. Vni Demiphoni* nolo: non placet. Meliust *continuabat Acidalius: quod non malum esse dicit Ritschelius* 463. MELIUSTE *A*. Melius itē *B* quę *C*. que *B* tres *B* mandatę *C* praeuotier *C* 464. MEINCUSATO *A*. tu excusato *CDFZ*. tu excusatio *B* FECISSE *A* sedulo *om. Z* 465. NEBITAS *A*, *Camerarius*. ne uitas *B*. ne bites *CD*. ne ibis *F*. ne ires *Z*: ne bites *iam Scutarius* DEICO *A*. dico *reliqui* IAM *A* 466. PORTUMNE *A*. portum et ne *reliqui* OPUST *A*, *Z*. opus est *reliqui* 467. lysimacho *B*. lysimăho *C*. lisimacho *D* is *(s e corr.)* se *C*. esse *B* adportum *C* DEIXERAT *A*. dixerat *reliqui* 468. memoror *CD* QUOMHEIC *A*. cum hic *(ic D) reliqui* assto *C*. adsto *Z* occidō *D*

## CHARINVS. EVTYCHVS

CHARINVS

Péntheum dirípuisse aiiunt Bácchas: nugas máxumas
Fuísse credo, prae út quo pacto égo diuorsus dístrahor. 470
Qúr ego ueiuo? qúr non morior? quíd mist in uitá boni?
Cértumst, ibo ad médicum atque ibi me tóxico mortí dabo:
Quándo id mi adimitúr, qua causa uítam cupio uíuere.

EVTYCHVS

Máne, mane obsecró, Charine.

CHARINVS

Quís me reuocat?

EVTYCHVS

Eútychus,
Túos amicus ét sodalis ét uicinus próxumus. 475

CHARINVS

Nón tu scis, quantúm malarum rérum sustineám.

EVTYCHVS

Sció.
Ómnia ego istaec aúscultaui ab óstio: omnem rém scio.

CHARINVS

Quíd id est quod scis?

---

*Act. II scaen. 4* CHARINUS EUTÉYCHUS *A.* CHARINVS · EUTICVS · ADOLESCENTES ·II· *B.* CHARINVS EUTYCHVS ADVLESCENTES B. II. C. *C.* CHARINVS EVTYCHVS *e ras. D* 469. DIRIPUISSE *A* AIIUNT *(3 etiam* E, P, T *esse potest) A.* aiunt *reliqui* bachas *DF.* bâhas *C* maximas *BZ cum A* 470. prẹut (preut *D)* quo *CD.* prae quo *Ritschelius: at cf. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 655* ẹgo *A* prae quo pacto ut ego *Lachmannus* ego hic *vel* ego nunc *Muellerus Pros. Pl. p. 582* DIṢTRAHOR *A* 471. QUREAGO *(4 etiam* T, P, *minus prob.* I*) A.* Cur ego *reliqui* UEIUO *A.* uiuo *reliqui* QUR *A.* Cur *reliqui* QUID# *vel* QUUD *ut vid. A* MIHIESTIMUITA *A.* mihist in uita *CFZ et* in *sup. scr. et* ita *e corr. D.* mihi sustinuit *B* 472. CẹRTUNST *A.* Certum est *BCD* me ibi *B* 473. mihi *libri cum A (*MIHI*)* ADIMIṬUR *A* CUPIO *A* 474. OPSECRO *A* QUIS *A, Ritschelius.* Qui *reliqui* eutichus *D.* eutihus *(c s.* i*) C* 475. Tuus *libri cum A* SOḌALIS *A* ETUICINUS *A.* simul uicinus *reliqui: cf. Proleg. p. 145* 476. Non] Nam *Lambinus codd. ant. commemorans* SUSṬINEAM *A* 477. Omi *B* ego *om. F* IṢTAEÇ *A.* istec *D.* iste *C* AUSCULṬAUI *A* hostio *FZ* OMNẹMREṂ *A*

EVTYCHVS

Túos pater uolt uéndere —

CHARINVS

Omnem rém tenes.

EVTYCHVS

Túam amicam —

CHARINVS

Nímium multum scís.

EVTYCHVS

tueis ingrátieis.

CHARINVS

Plúrumum tu sceís. sed qui sceis méam esse amicam illám?

EVTYCHVS

Tatae, 480

Túte heri ipsus míhi narrasti.

CHARINVS

Sátin ut oblitús fui

Tíbi me narrauísse?

EVTYCHVS

Hau mirumst fáctum.

CHARINVS

Te nunc cónsulo:

Résponde, quo léto censes me út peream potíssumum?

EVTYCHVS

Nón taces? caue tu ístuc deixis.

---

478. TVVS *A cum reliquis* PATER *A* uult *BFZ* REMTENES *A* 479. *Vide ad v. 181* *Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 705 sqq.* NIMIUMMULTUMSCIS *A* TUEISINGRATIEIS *A*. Tuis ingratiis *BC*. Tuis *(vel* tu is*)* ingratus *D ante corr. FZ* 480. Plurimum *libri cum A (*PLURIMUM*)* TUSCEIS *A*. tu scis *reliqui* SED *A* QUISCEIS *A*. qui scis *reliqui* MEAMESSEAMICAMILLĀ *A: quo servato addidit* Tatae *Ritschelius, quamquam etiam aliis interiectionibus locum esse concedit (*Scio *vel* Quia *add. Kienitz de QUI p. 538 not. 2).* esse amicam illam meam *reliqui* 481. eri *D* IPSUS *A* MIHI *A* narrasti *B*. NARRAUISTI *sine pers. spat. A. om. reliqui* OSATINE *in A exstare videtur, sed litteris praeter* o *incertissimis.* Satin *B*. Statim *reliqui* OBLITUS *A* 482. TIBI *A* NARRAUISSE *A* HAUMIRUM*(minus prob.* N*)*STFACTUM *A*. haud mirum factumst *(*factum est *BD²Z) reliqui* TE *A* 483. quo uolet occenses me *B* loeto *CD* CENSES *A* ME *vel* NE *A* UTPEREAM *A* interimam *Muellerus Nachtr. p. 132* ut peream censes me *Lachmannus* potissimum *libri cum A* 484. tu *AB. om. reliqui* istic *D¹* DEIXIS *A*.

CHARINVS

Quíd ueis me igitur deícere?

EVTYCHVS

Vín patri sublínere pulcre me ós tuo?

CHARINVS

Sané uolo. 485

EVTYCHVS

Vísne eam ad portúm?

CHARINVS

Qui potius quám uoles?

EVTYCHVS

Atque éximam

Múlierem pretió?

CHARINVS

Qui potius quam aúro expendas?

EVTYCHVS

Vnde erit?

CHARINVS

Áchillem orabo, aurum út mihi det, Héctor qui expensús fuit.

EVTYCHVS

Sánun es?

CHARINVS

Pol sánus sei sim, nón te medicum mi éxpetam.

---

dixis *reliqui, nisi quod* dixeris *Z* QUIDUEIS *A*. Quid uis *reliqui* DEICERE *A*. dicere *reliqui* 485. Vim *BD* SUBLINERE *A*. sublinere *CD*². sublimere *D*¹. sublinire *(ex* subliniire *ras. B) BFZ, Scioppius Susp. lect. I 12* PULCHRE *A*. pulchre *BC. idem, sed* u *e corr. D* me os *Camerarius.* MEOS *A*. meos *B*. os *reliqui* 486. Vis neeam *B* adportum *C* Qui potius *(*pocius *C) BCD: cf. Muellerus Nachtr. p. 34 adn.* quid potius *FZ, cod. Pyladis, Ritschelius.* QUINPOTIUS *A* eximiam *Z* 487. precio *CDF* QUIPOTIUS *A, reliqui, nisi quod* pocius *C: cf. Dousa Expl. III 15.* Quid potius *Pylades, Ritschelius* UNDEERIT *A*, *Guyetus, Bentleius.* unde ateritis *BCDF*. unde atteritis *Z*. unde autem erit id *'prisca exemplaria' Pii.* unde id erit *Saracenus.* unde at id *Pylades, Acidalius.* unde? Ch. ab Atridis *et* unde aderit id *et* unde? Ch. at erit aes *triplici conamine Bothius. Non magis simplicem veritatem Handius Turs. I p. 443 vidit* 488. Achille *(*morabo*) B*. Achille *D*¹. Achillv̄ *D*². Ego Achillem *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 656.* Achilleum *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 435.* Achilem *Bothius olim* AURUMUTMIHIDET *A*. aurum mihi det *BCD*. aurum mihi ut det *FZ*. ut aurum mihi det *Ritschelius* HECTORQUI*(vel* QUE*)*EXPENSUSFUIT *A* 489. SANUNESS..POL *(*ESS‡ *vel* ESSEI*) A* SANUS *A* SEI *A*. si *reliqui* ñ, *sed ut* p̃ *esse videri possit D.* prae *FZ* MEDICUM *A*. medicinum

EVTYCHVS

Tánti quanti póscit, uin tanti íllam emi?

CHARINVS

Auctorárium 490
Ádicito, uel mílle nummum plús quam poscet.

EVTYCHVS

Iám tace.
Séd quid ais? unde érit argentum quód des, quom poscét pater?

CHARINVS

Ínuenietur, éxquiretur, áliquid fiet.

EVTYCHVS

Énicas.
Iám istuc 'aliquid fíet' metuo.

CHARINVS

Quín taces?

EVTYCHVS

Muto ímperas.

CHARINVS

Sátin istuc mandátumst?

EVTYCHVS

Potin ut áliud cures?

---

*p. 622. Cf. Langenus p. 50. Nihil profecisse annotat Ritschelius Handium Turs. IV p. 189* male *DZ* 693. NISUMPTU *initio A* et iam *B* 694. DECEMSE *(vel* SI*) initio et in fine* OS *ut vid. A* si ad se uocasset summatis *Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 675.* si ad cenam *(*siadcenam *C.* si ad coenam *Z)* uocasset summos *libri.* si ad cenam summos uocitasset *Ritschelius.* uocasset si ad cenam summos *Pylades.* si ad cenam uocasset summatis *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 656.* si ad cenam ucasset summatis *Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 686. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 95* 695. NIMIUM . . . . . A *(dubia)* . . . . . *(ubi* uitsedcoqus *aptum)*Q . . . . . R *(dubia). A* opsonauit *C* coquos *(*co *s. v.) D* 695. SOLETHORTATOR . . . . GESHOR . . . . ER *(dubiae) A* *De* Solēt *cf. Proleg. p. 184.* Solitust *Pylades.* Solet olim *Acidalius, Guyetus* horitator *Scaliger in Lycophr. Cassandr. p. 87, abusus Diomede I p. 382.* aegeator *ex glossariis Loewius Prodr. p. 285* remigies *Z* *V. 697—713 (?) occupabant Ambrosiani p. 478, ubi nihil Loewio apparuit nisi haec:* 1. M *dubia in fine (697?),* 2. *nihil (v. 698?),* 3. S *dubia initio (699?),* 4. 5 *nihil (titulus?),* 6. FUIT *in fine (700),* 7. *nihil (701?),* 8. ENDESUIRO *in fine (702),* 9—13. *nihil (703—707?),* 14. MIHI *in fine (708),* 15. *nihil (709?),* 16. RDUINT *in fine (710),* 17. *nihil (711?),* 18. QUIDNUNC *initio et sub finem:* NISIUTIADEAM. . . . ADLOQUAR *(v. 712),* 19. B *initio, dein post circa 10 litt. spat.* S *dubia, dein paullo post* O . . . . U *dubiae, quae si ad v. 713 spectant, apparet initio v. alia in A exstitisse atque in Palatinis* 697. ego met *C* conduxit *Z* coquã *BCD*[1]. coquum *D*[2]*Z* 698. Sed eum *BD.* Sedñ *C.* Sed eccum *Z.* Sed quom *F* 699. Sed quis nam *Ritschelius.* Sed quinam hinc *libri.* Sed qui hinc nam *Camerarius.* Quinam hinc *Ussingius.* St, quinam? anobis *C* *Act. IV scaen. 3* DORIPPA MVLIER . LISIMACHVS SENEX SYRA ANVS *B: item, nisi quod* LYSIMACHVS, *C.* DORIPPA M̄ LISIMAC' *(*SENEX SIRA AN' *erasa) D*[2]. *om. D*[1] 700. Misereor *B* 701. hei *Ritschelius* miserę *(ex* miserere *m. 2) D*

Em, quoí te et tua quae tu hábeas commendés uiro.
Em, quoí decem talénta dotis détuli,
Haec út uiderem, ut férrem has contumélias.

LYSIMACHVS

Perii hércle: rure iám rediit uxór mea. 705
Vidísse credo múlierem illam in aédibus.
Sed quaé loquatur, éxaudire hinc nón queo.
Accédam propius.

DORIPPA

Vaé miserae mi.

LYSIMACHVS

Immó mihi.

DORIPPA

Dispérii.

LYSIMACHVS

Immo equidem hercle óppido perií miser:
Vidít. ut te omnes, Démipho, di pérduint. 710

DORIPPA

Pol hóc est, ire quód rus meus uir nóluit.

LYSIMACHVS

Quid núnc ego faciam, nísi ut ad eam adeam atque ádloquar?

---

702. Hem *FZ* cui *libri* tua quae (quę *C.* que *D*) tu *BCD.* tua quae *F.* tu quae *Z: quod fraudi fuit Schneidero gramm. lat. I p. 145*
703. Hem *FZ* quoi *'vetusta exemplaria' Pii.* qui *nostri libri* talentã *BC* 704. Hęc *C.* Hoc *F* inderem *C* 705. rure rediit uxor iam *Muellerus Pros. Pl. p. 73.* rure rediit huc uxor *Brugmanus p. 41* mea uxor *Z* 706. credo *libri.* eam credo *Camerarius* mulierem *ex* milierem *D* illam *Ritschelius. om. libri.* illi *Ussingius.* hanc *Pylades.* hic *Kampmannus de IN praep. p. 2* in edibus *D.* inedibus *C* 707. Sedquę *C.* Sed que *D* non queo *Pylades.* non quo *BCD.* nequeo *FZ* 708. Ve *CD* miserere *C.* misere *D* mihi *libri* Vae mihi miserae *Brugmanus p. 41* 709. Immo equidem *scripsi.* Equidem *libri, Ritschelius.* Et quidem ego *Muellerus Pros. Pl. p. 652.* Ego equidem *Pylades.* Ego quidem *Camerarius. Cf. Fleckeisenus Exerc. p. 20* her cle *ex* hei cle *D* 710. Vidit ut te omnes *CD*[1]. Vidit ut omnes *B.* Vt di te omnes *D*[2]*FZ.* Vtinam di te omnes *Pylades.* Vidit. ut omnes te *Camerarius* di perduint *Camerarius: cf. A.* di perdiunt *CD.* di pdunt *B.* perdiunt *Z: unde* perduint *Pius.* disperdiunt *F.* disperduint *Pylades* 711. DO. *om. B* 712. LY. *om. B* ego nunc *F: cf. Kellerhoffius de verb. colloc. p. 55* ad eam *Langenus p. 103. om. libri.* ad eam *deleto* ut *Muellerus Pros. Pl. p. 538 inter alia* (accedam *vel* conloquar). eam *Guyetus, Ritschelius*
*De A cf. supra* alloquar *CF.* eloquar *Z*

Iubét saluere súos uir uxorém suam.
Vrbáni fiunt rústici?

DORIPPA

Pudícius
Faciúnt quam urbani quí non fiunt rústici. 715

LYSIMACHVS

Numquíd delinquont rústici?

DORIPPA

Ecastór minus
Quam urbáni: et multo mínus mali quaerúnt sibi.

LYSIMACHVS

Quid aútem urbani déliquerunt? díc mihi:
Cupio hércle scire.

DORIPPA

Síc tu me temptás sciens?
Quoia ílla mulier íntust?

LYSIMACHVS

Vidistíne eam? 720

DORIPPA

Vidí.

LYSIMACHVS

Quoia ea sit, rógitas?

DORIPPA

Resciscám tamen.

LYSIMACHVS

Vin dícam quoiast? ílla — illa edepol — uaé mihi:

---

713. *De A cf. supra* saluare *B* suus *libri* 714. Puditius *BD*. Pudicicius *FZ* 715. Faciunt pol *Ritschelius* quam urbani *scripsi*. quam illi *libri*. illi quam *Camerarius*. quam illisce *Muellerus Pros. Pl. p. 751* 716. Num quid *B*. Nunquid *reliqui*. Numquid = Numquam quidquam *Bugge Tidskrift for Philologi vol. VII p. 34*. Numquam *Ritschelius*. An non *Lambinus*. Num non *Guyetus* delinquon *B*. delinqunt *C*. delinquunt *reliqui* delinquont? DOR. Rustici ecastor *Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 676* '*Quaerit num propter delictum aliquod a servis ruri commissum in urbem venerit*' *Ussingius* 717. urbani delinquunt et *F* malum *Z* queř *C*. querunt *D* 718. autem minus urbani *F* deliqueř *C* 719. 720. 721 *hoc ordine Bothius*. 720. 721. 719 *libri* 719. *Vers. del. Ussingius* scire. Dor. Sic tu *Bothius*. scire sed tu *libri* tentas *FZ* 720. Dor. *praem. libri* Quoia *Gulielmius*. Quia (= Cuia) *libri* intus st *B*. intus est $D^2FZ$ Vidisti neeam *B* 721. Cui aea *B*. Cuia ea *reliqui* cogitas *FZ* Resiscam *B* 722. Vindicam *BCD* cui est *B*. cuia est *reliqui*. DOR. Quoia est *Beckerus Studemundi Stud. vol. I*

Nescío ego quid dicam.

DORIPPA

Haéres.

LYSIMACHVS

Haud uidí magis.

DORIPPA

Quin dícis?

LYSIMACHVS

Quin si líceat —

DORIPPA

Dictum opórtuit.

LYSIMACHVS

Non póssum, ita instas: úrges quasi pro nóxio. 725

DORIPPA

Si innóxiu's —

LYSIMACHVS

Audácter quamuis dícito.

DORIPPA

Dic ígitur.

LYSIMACHVS

Dicam.

DORIPPA

At pól qui dicundúmst tamen.

LYSIMACHVS

Illást — etiam uis nómen dicam?

DORIPPA

Níhil agis.

Manufésto teneo in nóxia.

---

*p. 285* illa *libri.* LYS. Illa *Beckerus l. modo scr.* cuia est illa? illa edepol *F.* cuia est illa? edepol *DZ* ue *CD* 723. Nescio ego *(vel.* Nescio pol*) Muellerus Pros. Pl. p. 723.* Nescio *libri, Ritschelius* DOR Haeres *(*Heres *CD).* LIS Haud *libri.* DOR. Haeres? Haud *Bothius.* DOR. Haeres: haud *Ritschelius. Cf. Rostius Opusc. p. 262 sq.* uidi magis] demagis *ascripsit Scaliger Cf. v. 739* 724. *Pers. Dor. initio del. Bothius, Ritschelius* 725. Nonpossum *C* insta surges *BC.* instas *(ex* insta *m. 2)* surges *D* noxia *F* 726. Si innoxiu's — Lys. Audacter *scripsi.* Scio innoxius *(parva rasura ante* inn. *in B)* Lys. Audacter *libri.* Si innoxiu's audacter *cum Bothio Ritschelius* quam uis *BC.* quiduis *F.* quid uis *Z* 727. Dicamne *Ritschelius* Ego dicam *Camerarius* At pol qui *scripsi.* Atqui *DFZ, Ritschelius.* At qui *C.* At quid *B* dicendum est *B.* dicundum est *reliqui* 728. Illa est — etiam *Bothius.* Illa sunt etiam *BD (ubi* sint *m. 2) et, nisi quod* funt, *C.* illa scin ut etiam *Z.* illa sicut etiam *F.* Illa est, num etiam *Camerarius* uin etiam *Muellerus Pros. Pl. p. 653 adn.* nihil magis *FZ V. 729—734 sic transposuit Ritschelius: 731. 730. 729. lacuna duorum versuum.*

LYSIMACHVS

Qua nóxia? 729

Istaéc quidem illast —

DORIPPA

Quaé illast?

LYSIMACHVS

Illa —

DORIPPA

Ohe, iám satist: 730

Non tú scis quae sit íllaec?

LYSIMACHVS

Immo iám scio.

Tam, sí nihil usus ésset, iam non dícerem. 734

De istác sum iudex cáptus.

DORIPPA

Iudex? iám scio: 735

Huc tu ín consilium istam áduocauistí tibi.

LYSIMACHVS

Immó sic sequestro míhi datast.

DORIPPA

Intéllego.

737. *Festus p. 339 de* sequestro *agens:* et Pla[utus Mercatore: 'Immo] sic sequestro mihi data [est

*734* 729. Manifesto *F.* Manufestum *Ritschelius coll. Men. 594. Bacch. 696* in noxia *coll. Cas. II 8, 71 Dousa fil., quod in vetustis editionibus esse falso testatur Kampmannus de IN praep. p. 15.* innoxia es *libri (*in noxia es *FZ)* Quia *C* *Huic versui submittit v. 734 Weisius* 730. Istaec quidem illa est *Bothius.* Ista quidem illa est *libri.* Ista quidemst illa *Ritschelius.* Ista est quidem illa *Guyetus* Quae *(*Quę *C.* Que *B)* illa est *libri* Ohe, iam satist *Ritschelius.* iohia *BCD*[1], *Ussingius.* io illa *D*[2]*FZ.* iod io *Guyetus.* io hias *Bothius* *V. 731. 734 hoc ordine (sine lacuna) Acidalius: inverso libri* 731. *Dor. pers. praem. libri* que *D* illaec *Bothius.* illa *libri* iam] etiam *Z, Ritschelius* *V. 732. 733 tales fuisse censet Ritschelius:* Dor. Etiam rogas? ne nunc dissimula diutius. ‖ Lys. Etsi uno uerbo potis sum expurigare me *e. q. s. Mihi si quae interciderunt, de qua re dubito, certe alia videntur intercidisse* 734. Tam *(h. e.* Tamen*) Bothius.* Iam *libri.* Nam *Ussingius* sinihil *C* 735. Deistac *C* 736. Huc *Gruterus.* Nunc *libri.* Nempe *Dousa fil.* consilium *(*um *e corr.) C* aduocauisti *B.* aduocasti *CDFZ* 737. Immo sic] Immo haec *Ritschelius.* Immo *Camerarius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 257*

LYSIMACHVS

Nihil hércle istius quícquamst.

DORIPPA

Numero púrigas.

LYSIMACHVS

Nimiúm negoti répperi. enim uero haéreo

* * * * * * * * * * *

---

## COCVS. LYSIMACHVS. DORIPPA. SYRA

COCVS

Agite íte actutum: nám mihi amatorí seni
Coquénda cenast. átqui quom recógito,
Nobís coquendast, nón quoi conductí sumus.
Nam quí amat, quod amat sí habet, id habet pró cibo.
[Videre, amplecti, ausculari, adloqui.] 745
Sed nós confido onústos rediturós domum.
Eite hác. sed eccum quí nos conduxít senex.

---

data est $D^2$ 738. LY. *om. Z* quicquam est *BCDF*. quicquam *Z* DO. *om. Z* nunc numero *F* purigas *Ritschelius.* purgas *libri.* purgitas *Pylades* 739. *Hunc v. post v. 723 ponit Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 478* negotii *B.* negocii *FZ* hereo *libri* *Post haec versum intercidisse censet Ritschelius (740) talem:* Quos esse hos dicam qui huc recte adueniunt uia*: quem contra disputat Ladewigius l. modo exscripto* *Cf. ordinem superscriptionis scaenae 4 in BC*

*Act. IV sc. 4* LISIMACHVS · DORIPPA · COCVS *B.* LY SIMA CHVS COCVS EIDEM *C. om.* $D^1$. COCVS LYSMAC' DORIPPA SIRA $D^2$ 741. mihi] iam *Ritschelius.* illi *Schoellius* amatori *(prior* a *s. v.)* *D* 742. Coquenda coena est *Bothius.* Coquendast *(*Coquenda st *B.* Coquenda est $D^2F$*)* cena *libri* atqui *Ritschelius.* atque *libri.* at belle *(et* cena*) vel* at mecum *dubitanter Muellerus Pros. Pl. p. 8* q̃m *B.* cum *reliqui.* equidem cum *Camerarius* recogito *B.* regito *CD.* cogito *FZ*

743. coquenda est *(ex* coquendast *m. 2) D* non cui conducti *Camerarius.* non ducti *libri.* non ei cui ducti *Pylades.* non cui ducti *'antiqui codd.' Pii* 744. quiamat *B* si id habet, id habet *Camerarius* 745. *'Insiticius habendus, quamquam defensus a Lingio p. 17' Ritschelius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 532* amplectier *Camerarius* ausculari *CD.* auscultare *B.* osculari *FZ.* oscularier *Camerarius* alloqui *libri* 747. Eite *B.* Ei te *D.* Fite *C.* Ite *FZ*

LYSIMACHVS

Ecce aútem perii: cóquos adest.

COCVS

Aduénimus.

LYSIMACHVS

Abeí.

COCVS

Quid, abeam?

LYSIMACHVS

St, abei.

COCVS

Abeam?

LYSIMACHVS

Abeí modo.

COCVS

Non éstis cenatúri?

LYSIMACHVS

Iam saturí sumus. 750

Intérii.

DORIPPA

Quid ais tu? étiamne haec illí tibi
Iussérunt ferri, quós inter iudéx datu's?

COCVS

Haecíne tuast amíca, quam dudúm mihi
Te amáre dixtei, quom óbsonabas?

LYSIMACHVS

Nón taces?

*De interpunctione cf. Langenus p. 5* 748. coquus *libri* 749. Abei] Abii $B^1$. Abi *B ex ras.* Abi *reliqui* St, abi *Camerarius.* Stabi $BD^1$. Staui *C.* abi $D^2FZ$ abeam? Lys. Abei modo *Ritschelius.* Abeam? Lys. Abei *C.* Abeam. LYS. Abii $B^1D^1$. Abeam. LYS. Abi $B^2D^2FZ$. Abeamne? LYS. Abi *Camerarius. Licuisse etiam* St abi. Abeam. Abi abi modo *annotat Ritschelius. Non recte iudicavit Lachmannus in Lucr. III 941: qui olim* abeamusne *pro* abeamne *correxerat. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 629* 751. Interii *Pareus.* Sed interii *libri.* St, interii *Acidalius* 752. interii iudex *B* datus *libri V. 753—790 sciendum est in A nihil apparuisse nisi quod disertis verbis testor* 753. HAECINE (E *ultima incerta), dein post spatium maius quam pro scriptura Palatinorum* SSETQUAMDUDUMMIHI (S *prior et* ET *incertissimae) A* Hęcintua est *C.* Hec intua est *B.* Hecin tua est $D^1$. Hecine tua est $D^2$. Hęcine tua est *FZ* 754. TEAMARED.....(IXTEI *quadrat), dein* Q *dubia (*QUOM*) et suo loco* ABAS (AS *dubiae) A* dixti *Camerarius.* dixisti *BCDFZ* qm̃ *B.* cum *CDFZ* Nontaces *C*

COCVS

Satis spíssum filum múlieris: uerum hércle anet. 755

LYSIMACHVS

Abín dierectus?

COCVS

Haúd malast.

LYSIMACHVS

At tú malu's.

COCVS

Scitam hércle opinor cóncubinam hanc.

LYSIMACHVS

Quín abis?

Non égo sum, qui te dúdum conduxí.

COCVS

Quid est?

Immo hércle tu istic ípsu's.

LYSIMACHVS

Vae miseró mihi.

COCVS

Nempe úxor rurist túa, quam dudum deíxeras 760

---

755. *Cf. Loewii Prodr. p. 271, ubi glossae afferuntur*

---

755. SATIS.....*(quadrant* sceitum *et* spissum*)*FILVMMULIERIS-UERUMHERCLEANET *A* spissum *Ritschelius (cf. Opusc. phil. vol. II p. 402)* scitum *libri (fortasse e v. 757): nisi quod* situm *Z.* scitum *def. Langenus p. 118* filum *Pius.* filium *BCDFZ* uerum hercle anet *A, Ritschelius, Octavius Ferrarius Elect. II p. 281.* uerum hercle an et *CD.* uerum hercle amet *B.* uerum hercle aut haud *F.* uerum hercle auet *Z.* uirum hercle auet *Gulielmius. Alia aliis ineptiora Aldus, Meursius, Palmerius, Colvius, Gruterus* 756. MALA *(incertissima lectione) suo loco et* UMALUS *in fine A* LYS. *om. F* Abindie rectus *BC.* Abin *(*i *s.* i*)* di////rectus *D.* Abi indirectus *F: ubi* Abin hinc *Muellerus Nachtr. p. 97* mala st *B.* malast *(*e *s.* a *post. m. 2) D.* mala est *Z* Attumalus *C* malus *libri* 757. SCITAM-HERCLEOPINORCONCUBINAMHANC#QUINABIS *(*QUIN *incerta lectione) A* hercle opinor sane *BCDF.* hercle opinor satis *Z.* hercle opinor *recte Guyetus.* hercle sane *Ritschelius* hanc *om. Z* Non abis *(*Nonabis *C) BCDFZ* 758. QUITEDUDUM *et* QUID*)*— *in fine A* quite *C* conduxi *libri. cf. Luebbertus Stud. gramm. I p. 46.* conduxim *Ritschelius.* conduxit *Acidalius* 759. UCIPS *(*U *dubia), dein dubia* E *(*UAE*) et in fine* MIHI *A* istic *Pylades, Acidalius.* istuc *BCDFZ* ipsus *libri* Ve *BCD* misero misero *F* 760. .....UXORRURI*(vel* RE*)*STTUAQUAMDUDUMDEIXER— *A* rurist *Z.* rure st

Te odísse atque anguis.

LYSIMACHVS

Égone istuc dixí tibi?

COCVS

Mihí quidem hercle.

LYSIMACHVS

At íta me amabit Iúppiter,
Vxór, ut ego illud númquam deixi.

DORIPPA

Etiám negas?
Palam ístaec fiunt té me odisse.

LYSIMACHVS

Quín nego.

COCVS

Non nón te odisse aiébat, sed uxorém suam: 765
Et suam aútem uxorem rúri esse aibat.

LYSIMACHVS

Haéc east.
Quid míhi molestu's?

---

*B, Buechelerus de decl. p. 62.* rus est *CDF* dixeras *BCDFZ* 761. AEQU *suo loco et* TU (ISTUC) *A* Odisse te *Fleckeisenus Philologi vol. II (a. 1847) p. 90, Ritschelius.* Ted odisse *Bothius. cf. Muellerus Pros. Pl. p. 653* atque *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 455.* aeque *B. idem A ut vid. propter spatia.* aeque atque (ęque *C.* eque *D) reliqui, Ritschelius. Cf. Langenus p. 20* anguis *BFZ.* angis *CD.* anguem *Hermannus* Ego neistuc *C* istuc tibi *deleto* dixi *Bothius, Ritschelius* 762. ...IQUIDEMHERCLE#ITAMEAMABITIUPPITER *A* Mihi tu *Ritschelius.* Pol mihi *Fleckeisenus l. s. s.* At ita me *Fleckeisenus l. s. s.* Ita me (Itame *C) libri.* Ita me ille *Muellerus Pros. Pl. p. 653 inter alia* amabat $C^1$ iupiter *F* 763. UXORUTEGOILLUDNUMQUAMDEIXI#ETIAMNEGAS *A* nunquam *D* dixi *BCDFZ* Dor.] Co. *Z* 764. 765. *Hoc ordine A, Pistoris: inverso BCDFZ* 764. PALAMISTAECFIUNTTEMEODISSE#QUINNEGO *A* DO. *praem. BCDFZ* istęc *C* 765. NONNONTE(TE *incertae)*ODISSEAIEBATSED(SED *incertissimae)*UXOREMSUAM *A* CO. *om. F.* LYS. *Z* Non non te odisse aiebat uxorem uerum suam *B et, nisi quod* Non *semel CDFZ et* uerum *s. v. C, reliqui.* Non non *defendit Umpfenbachius Mel. Pl. p. 41 coll. Phorm. II 1, 73, ubi* noenum *Ritschelius Nov. exc. p. 40, fortasse recte.* Non ted odisse, uerum uxorem aibat suam *Bothius, Ritschelius.* Non te se odisse, uerum uxorem aibat suam *Spengelius Plaut. p. 228* 766. ETSUAMUXOREMRU.....AIEBAT#HAECEAST *A* Et suam autem uxorem *Ritschelius.* CO. Et uxorem suam *BCDFZ* aibat *Ritschelius.* aiebat *BCDFZ* Hęc *C.* Hec *B* ea est $D^2FZ$ *V. 767—792 varias sententias excitaverunt: Ladewigius Philol. v. 17 (a. 1861) p. 479 v. 773—778 = 768—770 ex altera recensione repetit, v. 771 sq. post v. 792 ponit: quem contra ipse Act. soc. phil.*

Cocvs

Quía nouisse mé negas.

Nisi métuis tu istanc —

Lysimachvs

Sápio: nam mihi únicast.

Cocvs

Vein me éxperirei?

Lysimachvs

Nólo.

Cocvs

Mercedém cedo.

Lysimachvs

Cras pétito: dabitur. núnc abi.

Dorippa

Heu miseraé mihi. 770

Lysimachvs

Nunc égo uerum illud uérbum esse experiór uetus,
Aliquíd mali esse própter uicinúm malum.

Cocvs

Qur heíc astamus? queín abimus? Sí tibi

---

*Lips. vol. VI p. 242 sqq. v. 767—772 post v. 778 ponebam: denique Ussingius v. 773—778 tollit* 767. 768. *Hoc ordine libri: inverso Ritschelius* 767. QUIDMIHIMOLESTUS#QUID*(vel* QUIA*)*NOUISSEME..GA. *(*GA *dubiae) A, unde Loewius quae supra* molestus *B.* molestus es *reliqui* Quia me non nouisse *(*nonnouisse *B)* ais *(*aif *C) BCDFZ, Ritschelius* 768. NISIMETUIS*(vel* ES*)*TUISTANC#SAPIONAMMIHIUNICAST *A* Nisi metuis tu istanc — *scripsi ex A.* Ni metuis tu istanc *reliqui.* Nempe metuis tu istanc *Ritschelius.* Num metuis tu istanc *Camerarius, Langenus p. 130.* Ne metuis *(*= Metuisne*)* tu istanc *Meursius.* Nimirum odisti hanc *Bugge 'Tidskrift f. Phil.' vol. VII p. 3* unica est $D^2$ 769. UEINMEEXPERIREI#NOLO#MERCEDEMCEDO *A* Coc. Vin *BCDFZ* experiri *BCDFZ.* expediri *Palmerius* Volo *BCDFZ: corr. Camerarius* cedo *B.* dabo *CD.* dato *FZ* 770. CRA.....ODABITURNUNCABI#HEUMISERAEMIHI*A* abi. DO. Eu *(*Heu *FZ)* miserae *(*miserę *C.* miserę*ę* *D)* mihi *BCDFZ.* abi. heu misero mihi. *Aldina: prob. Acidalius et (*ei*) Ritschelius* 771. NUNCEGOUERUMILLUDUERBUMESSEEXPERIORUETUS *(*UETUS *incertae) A Pers. Lys. add. Pylades. om. libri* Nuc *C* uerum ego *Lachmannus* Nunc ego illud uerum uerbum esse *Brixius Nov. annal. vol. 123 (a. 1881) p. 54* 772. *Ita A, nisi quod* MALUM esset *B* 773. *Exspectari potius Lysimacho continuata haec verba* Cur hic astatis? quin abis *adnotat Ritschelius* QURHEICASTAMUSQUEINABIMUSINCOMMODI *A* Cur hic *BCDFZ* Quein abimus? si tibi

Quid sécus euenit, íd non est culpá mea.

LYSIMACHVS

Quein me éxradicas míserum.

COCVS

Scio iam quíd ueleis: 775

Nempe me hínc abire ueís.

LYSIMACHVS

Volo inquam.

COCVS

Abíbitur:

Drachumám dato.

LYSIMACHVS

Dabitur.

COCVS

Iám darei ergo seís iube:

Darei pótest interea dum íllei ponunt.

LYSIMACHVS

Quín abis?

Potine út molestus né seis?

---

*scripsi Act. Soc. phil. Lips. vol. VI p. 244.* quin abimus (habimus *B*) incommodi *BCDFZ.* Lys. Quin. abis? Coc. Incommodi *cum Bothio Ritschelius* 774. SIQUIDSECUSTIBIEUENITIDNONESTCULPAMEA *A* Quid secus euenit *scripsi l. s. s.* Siquid tibi euenit (eueniet *F*) *BCDFZ.* Si euenit quid tibi *Ritschelius.* Si tibi quid euenit *Guyetus* id] at *Gronovius, refutatus a Rostio Opusc. p. 166* nonest *C* *Cf. Geppertus Stud. II p. 93* 775. QUEINMEERX(*pro* X *minus prob.* R *et* A: *corruptela pro* exradicas?)ADICASMISERUM#SCIOIAMQUIDUELEIS *A* Quin *BCDFZ* mera dicas *C.* me radicas *BDFZ: corr. Aldina* miserum *ex* miseram *C* uelis *BCDFZ* 776. NEMPEMEHINCABIREUEIS#UOLOINQUAM#ABIBITUR *A* Nempe (m *s. v.*) *C* me hic *B.* hinc me *Camerarius: non recte Geppertus Stud. II p. 90* uis *BCDFZ* Adibitur *B* 777. DRACHMAMDATO#DABITUR#DAREIERGOSEISIUBE *A* Drachmandato *B.* dragmam dato *CD.* drachmam dato *FZ.* Drachumam da *Ritschelius.* drachumam dato modo *idem Opusc. II p. 472, et alio tempore* drachumam dato. (Dabitur. Darier). *cf. ibidem* iam darei *Ritschelius.* dari *BCDFZ* sis *BCDFZ* 778. DAREIPOTESTINTEREADUMILL .....(*quadrat* EIPONU)NTQUINABIS *A* dari potest *BCDFZ.* Potest *Pareus, Hermannus, Ritschelius* illi *BCDFZ* Quin (i *s. v.*) *C.* Qui $D^1$. Quin $D^2$ 779. POTINEUTMOLESTUSNESEIS#AGITEAPPONITE *A*

COCVS

Agite appónite
Opsónium istuc ánte pedes illí seni. 780
Haec uássa aut móx aut crás iubebo abs té peti.
Sequíminei.

LYSIMACHVS

Fortasse íllum mirarí coquom,
Quod uénit atque haec áttulit. dicam íd quod est.

DORIPPA

Non míror sei quid dámnei facis aut flágiti,
Nec pól ego patiar, seíc me nuptam tám male 785
Meásque in aedeis seíc scorta obductárier.
Syra, eí, rogato meúm patrem uerbeís meeis,
Vt uéniat ad me iám semul tecum húc.

SYRA

Eo.

---

ne sis *CDFZ.* nesis *B* opponite *Lambinus* 780. OPSONIUMISTUC-ANTEPEDESILLISENI *A* Obsonium *BCDFZ* 781. HAEQUASSAAUT-MOXAUTCRASIUBEBOAB*(minus prob.* P)STEPETI *A* Hęc *C.* Hec *B* uasa *BCDFZ* nox *Bothius* iubebo (b *post. s. v.) C* abste *BC* pet///// *C* 782. SEQUIMINEI#FORTASSETEILLUMMIRARIÇOQUM *A* Sequimini *BFZ.* Sequiminin *CD, Ussingius* illum mirari coquom *Guyetus.* te illum mirari coquom (coquum *CDFZ) libri, ubi* istum *Camerarius.* illum te mirarier *Ritschelius.* fortasse illum miraris coquum *Hermannus.* (fors sit *vel* fuat) te illum mirari coquom *reicit Ritschelius in adn.* 783. QUODUENITATQ·HAECATTULITDICAMIDQUID-EST *A* adque *C* atulit *D.* adtulit *Z* id quod est *Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 245, Geppertus Stud. Pl. II p. 94.* quid (qui *C)* est *BCDFZ.* quid est *Ritschelius* 784. NONMIROR-SEIQUIDDAMNEIFACISAUTFLAGITI *A* miñor *D* si *BCDFZ* damni *BFZ.* dāpni *CD* flagitii *BFZ* 785. *Sic A, nisi quod* NUPTAMTAMMALE Neo *C* sic *BCDFZ* patiar. sic me n. t. male! *Ritschelius* 786. MEASQ·INAEDEISSEIÇSCORTAOBDUCTARIER *A* Meas quae *B.* Meas (que *add. m. 2) D. Praestare* Meas *adnotat Ritschelius* inaedis *DFZ.* in ędis *B.* inędis *C* sic *BCDFZ* adductarier *F* 787. *Sic A, nisi quod* SYRAI ei *B.* i *CDF. om. Z* uerbis meis SY Eo *B.* meis uerbis *CDFZ. corr. Camerarius* 788. UTUENIATADMEIAMSI*(minus prob.* SE)MULTECUM#EO *A* ad me iam *om. F* me] te *CD* simul tecum huc *Pylade duce Camerarius:* simitu tecum *Ritschelius in adnot.* semul tecum *libri, nisi quod* simul *Z.* simulde *mirifico invento Bothius.* simul tecum una *Muellerus Pros. Pl. p. 629 inter alia* SY. eo *om. hoc loco B: cf. v. 787*

LYSIMACHVS

Nesceís negoti quíd sit, uxor. óbsecro:
Concépteis uerbeis iám ius iurandúm dabo, 790
Me númquam quicquam cúm illa — iamne abiít Syra?
Perii hércle. ecce autem haec ábiit. uae miseró mihi.
At té, uicine, dí deaeque pérduint
Tuá cum amica cúmque amatiónibus.
Suspícionum impléuit me indigníssume: 795
Concíuit hostem dómi mi uxorem acérrumam.
Ibo ád forum atque Démiphoni haec éloquar,
Me istánc capillo prótracturum esse ín uiam,
Nisi hínc abducit quó uolt ex hisce aédibus.
Vxór, heus uxor, quámquam tu iratá's mihi, 800
Iubeás, si sapias, haéc hinc intro auférrier:
Eadém licebit móx cenare réctius.

789. NESCEISNEGOTIQUIDSITUXOROB(*vel* P)SECRO *A* Nescis *BCDFZ* negotii *BCD*. negocii *FZ* 790. CONCEPTEISUERBEISIAMIUSIURANDUMDABO *A* Conceptis uerbis *BCDFZ* iusiurandum *BCD* 791. quic quam *C*. quicquam (c *s. v.*) *D* iam ne *BC* 792. hęc *C*. hec *D* abit *Z* ue *CD* 793. Atte *C* uicinae *B* dideęque *C*. di deeque *D* perduint *Pylades*. perdunt *B*. perdunt *C*. perdiunt *DFZ* 794. Tua cum *Camerarius*. Cum tua *libri*. Cum tuad *Ritschelius Nov. exc. p. 68*. Cumque tua *Muellerus Pros. Pl. p. 707*. Cum tua hac *Pylades* 795. Suspicionum *Dousa fil.* Suspitionibus *B*. Suspicione *CDFZ* indignissime *BDFZ* 796. Conciuit hostem domi mi uxorem acerrumam *Ritschelius*. Conciuit hostis domi uxor acerruma st *libri, nisi quod* azerrumast *D*, acerrima ẽ *Z*. *Quae interpungunt vulgo post* hostes. *Post quam vocem* domi uxor est acerrima *Camerarius*, uxor est acerruma *sine* domi *Guyetus*, dum uxor est acerruma *cum proximo versu constructa Bothius*. Conciuit litis mihi cum uxore acerrumas *Muellerus Pros. Pl. p. 174*. Conciuit hostis domo mi uxor acerrumas *placuit Ussingio* 797. adque *C* Demiphoni haec *Pylades*. haec (hęc *C*. hec *B*) demiphoni *libri* 798. istac *B* protacturum *B*. pertracturum *Z* esse (*ex* sese *m. 2*) *D* inuiam *C* 799. uoltex *B*. uult ex *FZ* his caedibus *B*: *cf. ad v. 129* 800. irata es *libri* 801. sapeas *B* hęc *C* hinc intro *Ritschelius*. intro *libri*. intro hinc *Pylades* auferrier (*alt.* r *s. v.*) *C*. auferier *FZ*

# ACTVS V

## SYRA. EVTYCHVS

SYRA

Era quó me misit, ád patrem, non ést domi:
Rus ábiisse aibant. núnc domum renúntio.
Ecástor lege dúra uiuont múlieres 805
Multóque iniquióre miserae quám uiri.
Nam sí uir scortum dúxit clam uxorém suam,
Id sí resciuit úxor, inpunést uiro:
Vxór uirum si clám domo egressást foras,
Viró fit causa, exígitur matrumónio. 810
Vtinám lex esset éadem, quae uxoríst, uiro.
Nam uxór contentast, quaé bonast, unó uiro:
Qui mínus uir una uxóre contentús siet?

*Act. V Scaen. 5 de tralaticia fabulae distributione: contra quam novum hinc actum ordiendum putavit Ritschelius* SYRA ANCILLA · EVTICVS *(*H *s. v. additum in C)* ADOLESCENS *BC.* SYRA EVTICHVS $D^2$ 803. qm̃ me *B.* quę me *Z.* quem me *auctore Saraceno Camerarius* adpatrem *C* nonest *C* 804. abisse *BCD* aibant *Guyetus.* aiebant *libri* demum *F* renuncio *C et Pii 'prisca exemplaria'.* renunciat *Z* *V. 805—817 huc transposuit Ritschelius suasore Bothio: quae in libris post v. 829 collocata novam scaenam efficiunt actus IV sextam,* SYRA *nomine inscriptam* 805. durauiu//////unt *(erasae* ol *litterae) B.* dura uiuunt *reliqui* 806. iniquiores *DFZ* miserae *sic collocatum Plautinum esse negabat Ritschelius, pro quo* iure *Bergkius Ind. Hal. a. 1858/59 p. 6* 807. uir si *Bothius, Ritschelius* 808. Inpune st *BD.* Impune est *FZ* 809. Vxor uirum *Pareus.* Vxor uiro *BCDZ. om. F* Vxor domo si clam modo *Langenus p. 230* egressa est *libri* 810. Vxor uiro fit *F* cassa *'felicissima emendatio venerandi senis Ludovici Dorleans in suis notis ad Tacitum': Pareus* matrumonio *C.* matrumonio *ex* matrimonio *D.* matrimonio *BFZ* 811. 812. quę *C.* que *B* uxori est *libri* uno uiro *B, omissis quae media sunt* uiro. Nam . . . . bona est contenta est *et* bona est *libri* q, *C* 813. uir minus *Ritschelius*

Ecástor faxim, si ítidem plectantúr uiri,
[Si quís clam uxorem dúxerit scortúm suam,] 815
Vt illae éxiguntur quae ín se culpam cómmerent,
Plurés uiri sint uídui, quam nunc múlieres.

EVTYCHVS

Deféssus sum urbem tótam peruenárier:
Nihil ínuestigo quícquam de illa múliere.
Sed máter rure rédiit: nam uideó Syram 820
Astáre ante aedis. Sýra.

SYRA

Quis est qui mé uocat?

EVTYCHVS

Erus átque alumnus túos sum.

SYRA

Salue, alúmne mi.

EVTYCHVS

Iam máter rure rédiit? respondé mihi.

SYRA

Sua quídem salute ac fámiliai máxuma.

EVTYCHVS

Quid istúc negotist?

SYRA

Túos pater bellíssumus 825

---

815. *Versum iteratum esse e v. 807 vidit Osannus p. 204* 816. illa *BCD* exiguntur *ex* exiguntuntur *D* que insculpam conuenirent *B* 817. uiri sunt *C.* sint uiri *Z* 818. Defessum urbem *B.* Defessus su urbem *C* peruenariaer *C.* percunctarier *Z, corr. iam a Scutario* 819. inuestigio *C.* inuenisti g̊ *B* deilla *C* 820. Sedmater *C* 821. asstare *D* ędis *C* sẙra *D* Quisest *C* me nominat *Z* 822. alumnũ *C* tuus *libri* alumne mi *Pylades.* alumne *libri* 823. responde *ex* respondit *ut vid. C* 824. Sua quidem salute ac familiae *Camerarius: quando non licuit Latinis ut σύν γε τύχῃ Graecis.* Cum quidem salute a familia *(*afamilia *BC) libri.* Cum quidem salute familiai *Bothius (*familiai *iam Bentleius).* Sua quidem salute familiaeque *Guyetus.* Et quidem salute sua et *(vel* ac*)* familiae *Muellerus Pros. Pl. p. 134* maxima *C* 825. negotii st *B.* negoti est *CD.* negocii est *FZ* Tuus *libri* bellissumus $D^2$. bellisumus $D^1B$. bellissumus *ex* belissumus *C.* bellissimus *FZ*

Amícam adduxit íntro in aedis.

EVTYCHVS

Quó modo?

SYRA

Aduéniens mater rúre eam offendít domi.

EVTYCHVS

Pol haúd censebam istárum esse operarúm patrem.
Etiám nunc mulier íntust?

SYRA

Etiam.

EVTYCHVS

Séquere me.

CHARINVS

Límen superumque ínferumque sálue, simul autém uale. 830
Húnc hodie postrémum extollo meá domo patriá pedem.
Vsus, fructus, uíctus, cultus iám mihi harunc aédium
Ínteremptust, ínterfectust, álienatust. óccidi.
Dí penates meúm parentum, fámiliai Lár pater,
Vóbis mando, meúm parentum rém bene ut tutémini. 835

832 sq. *Nonius p. 449, 20:* Interfici et occidi . . . . . Plautus Mercatore: 'mihi . . . . . interfectus est'

826. inędis *C.* in edis *B* Quomodo *BCD* 828. *Cf. Langenus p. 104* 829. Et iam mulier nunc *B* intus est *libri* Et iam *B* *Subiciunt his vulgo scaenas illas a novicio homine factas, quas primum addidisse Pium monstravit Ritschelius Op. vol. II p. 56 sqq. 'Non inepti imitatoris Plautini' Scaligero visas esse non possumus satis mirari Cf. v. 805—17*

*Act. V scaen. 1* CHARINVS *B.* CHARINVS ADOLESCENS *C.* CARINVS ADOL *D*[2]*: om. D*[1] 830. superumque *Ritschelius.* superum *CDFZ.* superam *B.* superorum *Lachmannus* uabe *C.* salue *B* 831. me a *DFZ* 832. Vsufructus *'sunt qui legant' Pius* harum *FZ, Nonius* ędium *C.* edium *cod. aliquot Nonii* 833. interemtu st. *B.* inter emtust *D*[1]. inter emtus est *D*[2]. interitus *Nonius* interfectu st *B.* interfectus est *Nonius* alienatu st *B* 834. dii *FZ* familiai *Bentleius ante Bothium et Goellerum in Trucul. p. 104 et Lachmannum in Lucr. p. 159.* familiae (familię *CD*) *libri.* familiaeque *Camerarius* 835. uttutemini *C*

Ego mihi alios deós penatis pérsequar, aliúm Larem,
Áliam urbem, aliam cíuitatem: ab Átticis abhórreo.
Nám ubi mores déteriores íncrebrescunt ín dies,
Vbi qui amici, qui ínfideles sínt nequeas pernóscere,
Vbique id eripiátur, animo tuó quod placeat máxume, 840
Íbi quidem si régnum detur, nón cupitast cíuitas.

---

## EVTYCHVS. CHARINVS

EVTYCHVS

Díuom atque hominum quaé spectatrix átque era eadem es hóminibus,
Spem ínsperatam quom óbtulisti núnc mi, tibi gratés ago.
Écquis nam deúst, qui mea nunc laétus laetitiá fuat?
Dómi erat, foris quod quaéritabam. séx sodales répperi: 845

---

837. abatticis *C.* ab athicis *F* 838. ibi *F.* uiri *Z, corr. a Scutario* deterio res *C* indies *D.* indies *ex* indes *C* 839. Vbi qui *duce Pio Palmerius, item Scioppius Susp. lect. II 21.* Vbique *BCDZ.* ibique *F* sint *Camerarius.* sient *BCDF.* fient *Z* nequeas *C*

840. Vbique id eripiatur *post Scioppium Gruterus.* Vbi qui deripiatur *B.* Vbiquid eripiatur *C.* Vbi qui *(ex* que*)* deripiatur *D.* Vbi quid eripiatur *F et, nisi quod* erripiatur, *Z* placet *Z* matume *C.* maxime *BZ* 841. cupitast *Weisius, Ritschelius.* est cupita *CDFZ.* est cupida *B, defensum a Salmasio.* est lubita *Muellerus Nachtr. p. 39* ciuitas $D^2$. cyuitas $D^1$

*Act. V scaen. 2* EVTICVS · CHARINVS · *B et addito* ADVLECENS *C.* EVTICVS CARINVS $D^2$*: om.* $D^1$ *V. 842—850 addubitat Weisius V. 842. 843 et hic et supra post v. 598 exhibent libri. Illo loco (quem additis circulis signamus) delebat Acidalius, hoc Bothius*

842. Diuom *(Z).* Diuom *(D).* Diuvm *(C).* Diuum *C.* Diuum *DF(F)Z.* Dium *B(B), Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 284* adque (t *s.* d) *C* quę *C (C).* que *B (B)* speratrix *BCD (BCD).* imperatrix *Ussingius.* regnatrix *Guyetus* erã *(D)* eadem *om. (B)*

843. Spem insperatam quom *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 773.* Spemspera tamquã *B.* Spem sperat aequom *(B).* Spem sperata cum *(C).* Spem speratam quam *CDFZ.* Spem speratam cum *(DFZ).* Spem speratam quom *Ritschelius.* Spem speratam quoniam *Camerarius* optulisti *(B)* nunc mihi, tibi *Ritschelius.* hunc mihi tibi *(BCDFZ).* hanc mihi *sine* tibi *BCDFZ* 844. Ec quisnam *B.* Ecquisnam *D.* Eoquis nam *C* deust *Pylades.* deus est *libri* lętus lętitia *C.* letus letitia *B* fuat *Camerarius, Bentleius in Adelph. V 4, 1.* fiat *CDFZ.* fiet *B* 845. Domi id

Vítam, amicitiám, uoluptatem, laétitiam, ludúm, iocum.
Eórum inuentu rés simitu péssumas pessúm dedi:
Íram, inimicitiám, maerorem, lácrumas, exilium, ínopiam,
Sólitudinem, stultitiam, exítium, pertináciam.

* * * * * * *

Dáte di quaeso cónueniundi mi éius celerem cópiam. 850

CHARINVS

Ápparatus sum, út uidetis. ábicio supérbiam:
Égomet mihi comés, calator, équos, agaso sum, ármiger:
Égomet sum mihi ímperator, ídem egomet mi oboédio:

---

*Ritschelius. Hiatum defendit Lachmannus in Lucr. p. 195* erat, foris *Muellerus Pros. Pl. p. 708 inter alia (*Domi mi*).* erat *libri.* erat id *Guyetus* queritabam *C.* queritabam *ex* qteritabam *D.* querit abiam $B^1$. querit abi.i *cum ras.* $B^2$. quaeritabam: ibi *Camerarius.* foris quaeritabam *Acidalius* 846. amititiam *B.* amiciciam *FZ.* amicam *Guyetus* uoluptatem *Ritschelius dubitanter.* ciuitatem *libri, quod* = citatem *esse vult Kochius Nov. annal. vol. 103 (a. 1871) p. 828. Nec* salutem *nec* quietem *nec* aequitatem *nec* hilaritatem *placere annotat Ritschelius:* hilaritatem *Hermannus et Lachmannus* letitiam *C.* leticiam *B.* letitiam *D* locum *F* 847. Eorum inuentu res simitu *Bothius:* Eorum inuenturus simitu *C.* Eorũ inuentũrus simitu *D (*sim itu $D^2$*).* Eorum inuenturus sim ita *Z et, nisi quod* sum, *F.* Eorum inuentu st sim tu *B, unde recentissima demum manu* simitu *factum.* Eorum inuentu res decem simitu *Camerarius.* Eorum inuentu res decem une *(*una*?) Guyetus* pessimas *Z* pessum dedi *BC.* pessumdedi *D.* pessundedi *FZ* *V. 848 849 sic constitui ex CDFZ, ubi tales sunt:* Iram inimicitiam *(*a *ex* ti *D)* merorem lacrumas exilium inopiam solitudinem ‖ Stultitiam exitium pertinaciam, *nisi quod* inimiciciam *FZ,* moerorem *Z,* lacrimas *C,* lachrumas *F,* lachrymas *Z,* stulticiam *CF,* pertinatiam *CD: nec differt B, nisi quod priori versui tria vocabula ex posteriore inculcata sunt, ut bis exhibeantur:* Iram inimititiam stultitiam exitium ptinatiam merorẽ lacrumas exiliũ inopiã ‖ Solitudinẽ stultitiam exitiũ ptinatiam, *quorum nominum tribus extremis omissis Camerarius effecit quod vulgabatur. V. 849 talem esse voluit Ritschelius:* Pertinaciam stultitiam exilium solitudinem *Post hos autem versus vidit Ritschelius intercidisse, quibus ad Charini mentionem sermo traduceretur* 850. diqeso *C* conueniundi *BF.* conueniũndi *C.* conueniendi *(*u *s.* e*) D.* conueniendi *Z* mihi *BCD* 851. Cha. *om. Z* Apparatussum *C* ut ut *B* abiicio *FZ* 852. caltor *B.* clauator *Z, idque 'alibi legi' Pius dicit* equus *B.* equus *reliqui* agaso sum *Ritschelius.* agaso *CDF.* agasso *Z.* agas *B* ego equiso, ego agaso *Muellerus Pros. Pl. p. 681* armier *B.* armiger *(*g *s. v.) C* 853. sumihi *C* ego met *C* mihi *libri* oboedio *CD.* obedio *B.* obedio *FZ*

Égomet mihi feró quod usust. ó Cupido, quántus es.
Nám tu quemuis cónfidentem fácile tuis factís facis, 855
Eúndem ex confidénte actutum díffidentem dénuo.

EVTYCHVS

Cógito, quo nam égo illum curram quaéritatum.

CHARINVS

Cérta rest
Me úsque quaerere íllam, quoquo hinc ést abducta géntium,
Néque mihi ulla obsístet amnis néc mons neque adeó mare,
Néc calor nec frígus metuo néque uentum neque grándinem: 860
Ímbrem perpetiár, laborem súfferam, solém, sitim.

---

854. *Nonius p. 421, 20:* Cupidinem cum feminino genere dicimus, cupiditatem significamus . . . . . cum masculino, deum ipsum. Plautus Mercatore: 'Cupido quantus es' 859. *Nonius p. 191, 30:* Amnem masculino genere appellamus . . . . . feminino Plautus Mercatore: 'neque . . . . . mare' 860. *Nonius p. 200, 2:* Calor generis masculini . . . . . Neutri Plautus Mercatore: 'neque frigus neque calorem metuo' *Philargyrius ad Verg. Georg. II 344:* . . . Vt Plautus: 'neque frigus neque calor metuo . . . . . grandinem'

862. *Verba* quiescam usquam noctu neque diu *exstitisse apud Nonium p. 98, 19 suspicatur Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15*

---

854. Ego met *C* usu st *B.* usu est *(ex* usust *m. 2) D* o Cupido *Camerarius.* occupido *B.* cupido *CDF.* cupidus *Z. cf. Nonii test.* 855. quem uis *B.* quaẽ uis *C* 856. exconfidente *C* diffidentem *(alt.* f *s. v.) C* 857. *Person. om. Z* quonam *BCD.* quoniam *F* ego *B, Bentleius Adelph. IV 2, 30. om. reliqui. Fallitur Kampmannus de reb. mil. p. 34* queritatum *C* certa rest *Acidalius.* certarest *B.* certa res est *reliqui* 858. Meusque *B.* Mensque *Z.* Me usque quaque *Muellerus Pros. Pl. p. 559* querere *B.* quererę *C.* quo quo *C.* quoquod *Ritschelius Nov. exc. p. 80.* quoquomque *Bergkius Beitr. p. 76* hinc est abducta *Bothius.* hinc abductast *BCD.* hinc abducta est *FZ.* ea hinc abductast *Ritschelius.* est hinc abducta *idem Muellerus eodem loco* 859. ulla mihi *Nonius* obsistet *B.* opsistet *C.* obsistat *DFZ.* obstauit *Nonius* neque mons *Z* neque adeo] atque adeo *Nonius* 860. Nec calor nec frigus metuo *BCD*[1], *Buechelerus de decl. p. 7, Gandino Rivista di fil. VI p. 468 sq.* Nec calorem nec frigus metuo *D*[2]*FZ.* Neque frigus neque calor metuo *Philargyrius.* Neque frigus neque calorem metuo *Nonius: idem Gruterus et teste Rutgersio Var. lect. V 17 Scaliger.* Nec calor nec frigus: metuo *Mercerus, Parcus, Ritschelius: quam sententiam impugnat Bergkius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 43* Frigus neque calorem metuo *scribens.* Nec calorem ac frigus metuo *Ussingius.* Neque frigus neque aestum metuo *Guyetus* 861. imbrem *ex* imbem *D*

Nón concedam néque quiescam haud úsquam noctu néque dius
Príus profecto quam aút amicam aut mórtem inuestigáuero.

EVTYCHVS

Néscio quoia uóx ad auris mi áduolauit.

CHARINVS

Ínuoco
Vós, Lares uiáles, ut me béne iuuetis.

EVTYCHVS

Iúppiter, 865
Éstne illic Charínus?

CHARINVS

Ciues, béne ualete.

EVTYCHVS

Heus, ílico
Stá, Charine.

CHARINVS

Quí me reuocat?

EVTYCHVS

Spés, salus, uictória.

CHARINVS

Quíd me uoltis?

---

*(a. 1860) p. 440:* Diu pro die . . . . . Titinius . . . . Plautus Mercatore: '[quiescam . . . . . diu. idem Casina] *e. q. s.* 864 sq. *Nonius p. 476, 6:* Tutant. Plautus in Mercatore: 'inuoco . . . . . tutetis'

---

862. considam *Palmerius* quiescam haud usquam *Muellerus Pros. Pl. p. 570 inter alia (*neque noctu *vel* umquam hodie *vel* neque noctu umquam *vel* cessabo*).* quiescam usquam *BCF.* quiescamus quam *D.* conquiescam usquam *Z.* quiescam cusquam *duce Bergkio Beitr. p. 119 Ritschelius Opusc. vol. III p. 143* dius $D^1FZ$. dnis *C.* dius $D^2$. uis *B.* interdius *Camerarius.* diu *Bothius: cf. Bucchelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 440 et Nov. annal. vol. 95 (a. 1867) p. 68, Bergkius Beitr. p. 79* 863. inuestiga uero *C* 864. *Hinc usque ad finem fabulae personarum notas plerasque omnes omittunt* $CD^1$, *quod in singulis versibus rarius notabo* cuia uox *CDFZ.* cui nox *ras. ex* cui noxa *B* ad auris *B.* adaures *C.* ad aures *DF.* ad aurem *Z* mihi *libri* 865. Lares *hic om. Z, collocat post* tutetis diales *Z, Nonius* bene iuuetis *Camerarius.* bene uiuetis *B.* bene tutetis *CDFZ, Nonius* bene *omisso* 866. Est ne *C* ille *FZ* *Inter* bene *et* ualete *spatium C.* bene ualete ciues *Guyetus* Heus ilico *Bothius.* Ilico *cum libris Ritschelius.* Isti ilico *Muellerus Pros. Pl. p. 653* 867. Quis *Ritschelius*

EVTYCHVS

Íre tecum una.

CHARINVS

Álium comitem quaérite.
Nón amittunt hí me comites quí tenent.

EVTYCHVS

Qui súnt ei?

CHARINVS

Cúra, miseria, aégritudo, lácrumae, lamentátio. 870

EVTYCHVS

Répudia istos cómites atque hoc réspice et reuórtere.

CHARINVS

Síquidem mecum fábulari uís, subsequere.

EVTYCHVS

Sta ílico.
Nám amicus tibi béneuolenti aduénio multum béneuolens.

CHARINVS

Mále facis, properántem qui me cómmorare: sól abit.

EVTYCHVS

Si húc item properés ut istuc próperas, facias réctius. 875
Húc secundus uéntus nunc est: cápe modo uorsóriam.
Híc fauoniús serenust, ístic auster ímbricus:
Híc facit tranquíllitatem, iste ómnis fluctus cónciet.

---

868. Iretecum *B* EV Spes *D: idem error v. 869 et 871: cf. v. 867* tecum una *vel* tecum. Char. Immo *Muellerus Pros. Pl. p. 653.* tecum Ch. *libri (cf. D)* aliuni *C* querite (ite *e corr.) C.* querite *D* 869. admittunt *Z* hi//// (c *eras. ut vid.) B, unde* his *Ritschelius.* hi *reliqui* Quisunt *C* ////me *B* ii *F* 870. miseria (i *post. s. v:) C* lacrume *D.* lachrume *F.* lachrymae *Z.* lacrum uel *B.* lacrime *cum spatio C* 871. hoc (*i. e.* huc) *libri.* huc *Lambinus* reuertere *C* 872. sub sequere *C* *Post* Sta *spatium C* 873. *Huc revocavit Ritschelius, qui in libris post v. 887 collocatus est talis:* Sta ilico (Studio *C)* amicus at uenio (atuenio *CD.* aduenio *FZ)* multum bene uoles (beneuolens *Z), ubi* beneuolens. Cha. Quid est *de suo Camerarius et* Nam *Ritschelius.* sta ilico *errore iterata sunt e fine superioris versus* *Cf. v. 887* tibi beneuolenti *addidit Ritschelius, qui adnotat, alia posse excogitari ut* tibi opitulatum 874. Malifacis *Z* commemorare *C ante ras.* solabit *BC* 875. Sihuc *C* properas *D* ut *om. Z* 876. Huc] Nunc *Z.* Hinc *F* *Ante* Cape *spatium BCD* 877. fauonius serenust istic *B.* serenus fauonius est hic *reliqui* *Post* auster *spatium C* imbricus (c *s. v.) C* 878. *Versum glossema esse antecedentis suspicatur Ladewigius Philol. vol. XVII (a.*

Récipe te ad terrám, Charine, huc: nám dextrorsum quíd uides?
Nímbus ater ímberque instant. spíce nunc ad sinísteram: 880
Caélum ut est splendóre plenum, nón ex aduorsó uides?

CHARINVS

Réligionem mi óbiecisti: récipiam me illúc.

EVTYCHVS

Sapis.
O Charine, cóntra pariter fér gradum et confér pedem.
Pórge bracchiúm.

---

*1861) p. 479* coniciet *B* *V. 879—881 restitui ut potui: quos corruptissimos sic B exhibet:*
Recipite adterram charine huc non me exaduorso uides
Nubisater inberque instat aspiciae non adsinistram atque detis
Celum ut ē splendore plenum exaduorso uides
*A quibus in his reliqui discrepant:* 879. Recipite $D^1$. Re///spite $D^2$. Respue *F*. Respice *Z*, '*nonnulli libri mss.*' *Lambini*. Recipe te *Camerarius*
ad terram *(x add. m. 2) D*. ad dextram *FZ*. ad dexteram *eidem illi Lambini* non ne *CDFZ* exaduerso *C*. ex aduerso *D* Respice ad dextram, Charine: nonne ex adu. u. *Ritschelius* 880. Nubis ater imberque *CD*. Nubis atra ĩberque *FZ*. Nubis ater imber ut *Guyetus*. Nubs ut atra atque imber *Ritschelius olim* aspice non at sinistera *C*. aspice ñ ad sinisteram *D*. aspice nunc ad sinistram *Z*. aspice ad sinistram *F*. iam ad sinistram respice *Guyetus*. nunc sinistrorsum aspice *Ritschelius olim* atque ut detis *CD (=* at que uidetis*? cf. v. 879)*. atque uides *FZ*. atque uide sis *Scioppius Susp. lect. III 11*. atque uidebis *Bothius octonarios procudens* Nubis atrae ut imber instat? spice nunc ad sinisteram *Ritschelius: cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 286*. Nubes? ater imber instat. aspice nunc sinistera *Ussingius* 881. Cęlum *CD* ut splendore est *CDFZ* ex aduorso *(r s. v. C)* uides *huc illapsa ex v. 878 versus exitum expulisse, eiusque partem in fine v. 879* atque ut detis *servatam esse suspicatur Ritschelius (*uide sis atque innubilum*): qui iisdem verbis neglectis olim cogitabat de tali versu:* Caelum ut est splendore plenum, rursum ex auorso uides: *ubi* auorso *Bothius praeiverat.* atque claritudine *exitum esse voluit Ussingius. Ceterum duos versus Acidalius hos edolabat:* Recipe te retro, Charine, huc: non ex aduerso uides? Nubis atra imberque instat: coelum hic plenum splendoris est 882. *Personam om. DFZ: add. Saracenus* Relligionem *ex* Religionem *C*. Relligionem *DFZ* mi obiecisti *Ritschelius*. ilicobiecit *B*. illi obiecit *reliqui, nisi quod* obicit *Z*. obiecit illic *Bothius, pro quo debuisse cum saltem* illic mi obiecit *Ritschelius adnotat* illuc sapis *Z*. cui illuc sapis *F: corr. Saracenus* 883. garine *BC* etconfer *C* 884. *Vers. damnat Weisius*
Porge *Ritschelius, Bentleius*. Porrige *libri* brachium *CDFZ* *Charini pers. inserit Ritschelius: om. libri* Prehende *Pylades*. prende *(*pende *B) libri*. en prende *Ritschelius*. cedo *(vel* ecce*)* prende *Muellerus p. 630* Eu. Teneo *Ritschelius*. Cha. Teneo *libri* Cha. Tene *Rit-*

CHARINVS
Prehende. iám tenes?

EVTYCHVS
Teneó.

CHARINVS
Tene.

EVTYCHVS
Quó nunc ibas?

CHARINVS
Éxulatum.

EVTYCHVS
Quíd ibi ut faceres?

CHARINVS
Quód miser. 885

EVTYCHVS
Né pane: restítuam iam ego te in gaúdio antiquo út sies.
Máxume quod uís audire, id aúdies.

CHARINVS
Quid ego aúdiam?

EVTYCHVS
Túam amicam —

---

*schelius.* Eu. Tene *libri, pro quo* Tu dic *excogitavit Ussingius mira arte* 885. *Eut. pers. add. Ritschelius: om. libri* Quod *B ante ras. CD* Quid ibi *B.* Quitibi *CD.* Quid tibi *FZ* ut faceres *Muellerus Pros. Pl. p. 654.* facer his *CD.* facere uis *BFZ.* facere is *Gruterus.* faceres *Lachmannus, Ritschelius.* facere *Bentleius* Quot *BD.* Quid *Z* miser *ex* miserst *rasura B.* miser st *C.* miserest *D.* miser est *FZ* 886. iam] tibi iam *D* in gaudio antiquo ut sies *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1874) p. 106 sq.* in gaudiantiq, ut sis *D.* ingaudi antiq, ut sis *C.* ingaudiantq, ut sis *B.* in gaudium utique ut sis *FZ, cum* maxime *iungentes.* in gaudia antiqua ocius *Ritschelius: cf. Opusc. vol. II p. 560.* in gaudia, antequam is. Cha. eo *Camerarius.* in gaudia antiqua ut sies *Pareus.* in gaudium antiquom et uetus *Kochius Em. Pl. p. 14.* in gaudia atque lubentias *Bugge Tidsskrift for Philologi vol. VI p. 9: cf. Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 562.* in gaudia antiqua, ut scias *Ussingius* 887. Maxime quod *B.* maxime *(in fine versus cum* ut sis *iunctum)* Quod *CD.* maxume. Cha. Quod *F et, nisi quod* maxime *et* Quid, *Z* it *C. om. B* audies *Camerarius.* audis *libri* Cha. Quid ego audiam *Ritschelius.* quod gaudeas *libri Eutycho continuantes Sequitur in libris, quem post v. 872 cum Ritschelio inseruimus: eundem talem huic loco vindicat Ussingius: (*quod gaudeas*)* Studiose adportans amicus uenio multum beneuolens 888. Eut. Tuam amicam *Camerarius (post* Cha. Quid est? *a se addita).* Tuam amicam *cum* beneuole(n)s *iungentes libri Cf. v. 181* Quid meam amicam? *Muellerus Nachtr. p. 105 abiectis eis quae Pros. Pl.*

CHARINVS
Quid méam amicam?
EVTYCHVS
Vbi sit, égo scio.
CHARINVS
Tune óbsecro?
EVTYCHVS
Sánam et saluam.
CHARINVS
Vbi eám saluam?
EVTYCHVS
Id quoque égo scio.
CHARINVS
Ego me máuelim.
EVTYCHVS
Pótin ut animo sís tranquillo?
CHARINVS
Quíd, si mi animus flúctuat? 890
EVTYCHVS
Égo istum in tranquilló quieto túto sistam: né time.
CHARINVS
Óbsecro te, elóquere propere eam úbi sit, ubi eam uíderis.

---

*p. 176 adn. 653 coniecerat.* Quid eam *(*Quideam *B.* Quidem eam *F) libri, Ritschelius* Quid eam? ubi ubist? Eu. Ego scio *Bergkius Ind. Hal. 1858/59 p. XIII* ubi sit] *'fort.* ubi ea sit' *Ritschelius* tune obsecro *ras. ex* tuine obsecro *ut vid. B.* tume atumne obsecro *D.* tu me atumne obsecro *C (=* tu me at tumne *ut vid.).* Tune? autuma, obsecro *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 461: at cf. Muellerus Pros. Pl. p. 654.* tu meam tune obsecro *F.* tun. eam tunc obsecro *Z.* tun. autem, obsecro *Bothius* 889. etsaluam *C* Id quoque ego *scripsi.* Quo ego *B, Ritschelius.* Ego *CDFZ.* Quo ego *codicis B suspectum esse annotat Ritschelius, intellegi posse negat Muellerus Pros. Pl. p. 654* mauelim *FZ.* mauetim *CD.* malim *B.* mauolim *Ritschelius* 890. tranquillo *ex* tranquillã *ras. B.* tranquillã *CD* si mi animus *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1861) p. 443. idem vel* sin animus *Bergkius Beitr. p. 120: idem denique tertius Bugge Tidsskrift for Philologi vol. VII p. 4: cf. Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 562.* sint antimus *B.* sintantimus *C.* sint an//imus *D.* si animus *FZ.* si autem animus *Bothius, Ritschelius* fluctuant *BCD* 891. tibi istunc *cum Acidalio Ritschelius* in tranquillo quieto tuto sistam *Seyffertus Stud. Pl. p. 21.* intranquietu osistam *B.* in transquieto *(*intrans quieto *C)* tuto sistam *(*sis tam *C) reliqui.* in tranquillo et tuto sistam *cum Camerario Ritschelius.* in quieto tuto sistam *(et* tibi istunc*) Bugge Tidsskrift f. Phil. vol. VII p. 4 et Philol. vol. 31 (a. 1872) p. 248* netime *BC* 892. eloquere propere ea ubi *Ritschelius, quem*

Quíd taces? dic: énicas me míserum tua reticéntia.

EVTYCHVS

Nón longe hinc abést a nobis.

CHARINVS

Quín commostras, sí uides?

EVTYCHVS

Nón uideo hercle núnc, sed uidi módo.

CHARINVS

Quin me ut uideám facis? 895

EVTYCHVS

Fáciam.

CHARINVS

Longum istúc amantist.

EVTYCHVS

Étiam metuis? ómnia
Cómmostrabo. amícior mihi núllus uiuit átque is est
Qui íllam habet: nequést, quoi magis me mélius uelle aequóm siet.

---

eam *ponere debuisse docet Beckerus loco infra scripto.* loquere ubi *libri.* propere eloquere ubi *Ussingius.* loquere nunc ubi *Camerarius.* eloquere amicam ubi sit *Beckerus Studemundi Stud. p. 174* uederis *C*

893. dic] dic cur *F* dicenicas *et* memiserum *B* reticentia *Z.* recentia *reliqui.* tacentia *Muellerus Nachtr. p. 67 dubitanter* 894. abesta ////// nobis *cum unius vel duarum litterarum rasura B.* abest *(e s. v.)* anobis *C.* abest *sine* a nobis *Camerarius* quin commonstras si uides *Guyeto duce Bothius.* quin ergo commonstras si tu uides *Z, et nisi quod* commostras, *F.* quin ergo comõstras set ut uides *D.* quin ergo comõstrasset *(sequitur spatium)* ut uides *C.* Cum ergo cõmostrasset ut uides *B* 895. sed uidi modo *FZ.* sit uidim *(*uidin *ex* uidim *ras. D)* modo *CD.* siuidit modo *B.* set modo uidi *Ritschelius* Quin me ut *Ussingius.* Quem ego *BCDZ.* Quin ego *F.* Quin me *Kienitz de part. QUIN p. 5 duce Kellerhoffio.* Ergo ego quin *Ritschelius* uideam *FZ.* uidea *D.* uideo *BC* 896. Faciam. Cha. Longum istuc *Pareus.* Faciamlon Cum istunc *B, (ubi* longin Cum *man. Camerarii), et nisi quod* cum, *CD cum lacuna.* Faciam. Ch. Longinquum istuc *FZ* *Eut. pers. om. B relicto spatio*

Et iam *B* metuis? omnia *Lambinus.* metuis omnia *B.* metuis? Ch. omnia Eu. *Acidalius.* emutuis omnia *CD.* emutis omnia *FZ* 897. Cõmonstrabo *Z.* Cõmostrabo *F.* Conmonstrabor *CD.* Cha. Cum monstrabor *B* atque ut *D* 898. neque est *libri* quoi *Pius.* qui *CDFZ.* cum *B* me melius uelle *Guyetus.* me uelle me melius *BCD.* me uelle melius *FZ* equom *CD.* aequum *FZ* sient

CHARINVS

Nón curo istunc: dé illa quaero.

EVTYCHVS

Dé illa ergo ego dicó tibi.

CHARINVS

Díc igitur, ubi illást?

EVTYCHVS

In nostris aédibus.

CHARINVS

Aedís probas, 900
Sí tu uera dícis, pulcreque aédificatas árbitro.
Séd qui ego istuc crédam? uidisti án de audito núntias?

EVTYCHVS

Égomet uidi.

CHARINVS

Quís eam adduxit ád uos?

EVTYCHVS

Hem quid íd rogas?

---

*BCD* 899. *Char. pers. om. B* Non curo istunc: de illa *Ritschelius.* Nunc curam de istuc ulla *B.* Non curã deistuc ullã *CDZ.* Non curam de istuc illam *F.* de istoc ullam *e* '*codd. ant.*' *affert Pius.* Non curo istuc: illam *Camerarius.* istunc *iam Acidalius commendabat* quero *CD* Deilla *BC* *Sequitur in libris quem Ritschelius suasore Acidalio post v. 921 traiecit: quem talem olim huic loco vindicabat Ritschelius:* Sane hoc non in mentem uenit dudum ut reperirem tibi*: pro quibus Ussingius haec commendat:* Sane hoc non in mentem uenit dudum ut obicerem moram*: delet Weisius. De libris cf. infra* 900. illa est *libri* Innostris *BC* edibus nostris *F* aedibust *Bothius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 54* Euge aedis *Lachmannus* 901. Situ *C* pulcreque *Camerarius.* pulchre *libri.* et pulchre *Pylades* arbitro *BC.* arbitrio $D^1$. arbitror $D^2EZ$ *Cf. de hoc v. Muellerus Pros. Pl. p. 559* 902. qui *Pylades.* quid *libri* uidisti? an de audito *Guyetus.* uidistis ante audito *BCD.* uidistin an tu audito *F.* antu audito *etiam Pii* '*prisca exemplaria*'. uidistin? an tu: audio *Z.* uidistin? an de auditu *Camerarius: ubi* audito *Gruterus* nuntias *F.* nuncias *Z.* inocias *B.* inotias *CD* 903. Egomes $CD^1$ ad *B,* '*prisca exemplaria Pii*'. *om. reliqui* EV *ex* CHA *B* Hem quid id *scripsi.* Inique *libri.* Em, inique *Ritschelius.* Ah inique *Brixius Emend. in Capt. p. XVII.* Vt inique *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 443.* Enim inique *Bothius.* Quis? inique *duce Acidalio Guyetus. Displicere* pol *vel* at inique *annotat Ritschelius.* Haud aeque *Schneiderus gramm. lat. I p. 568*

*Sequitur in libris, quem hinc semotum ab Acidalio post v. 911 posuit*

Quíd tua refért, quicum istuc uénerit?

CHARINVS

Dum istíc siet.

EVTYCHVS

Ést profecto.

CHARINVS

Opta érgo ob istunc núntium quiduís tibi. 905

EVTYCHVS

Quíd, si optabo?

CHARINVS

Deós orabo, ut éius faciant cópiam.

EVTYCHVS

Dérides?

CHARINVS

Seruáta res est démum, si illam uídero.
Séd quin ornatum húnc reicio? heus, áliquis actutum húc foras
Éxite, illinc pállium mi ecférte.

EVTYCHVS

Em, nunc tu míhi places.

CHARINVS

Óptume aduenís: cape, puere, chlámydem atque istic sta ílico, 910

*Bothius, damnavit Ussingius* 904. tua refert *FZ.* ima refert *CD.* amare fert *B.* amorem refert *Bothius.* id tua *Muellerus Nachtr. p. 42* qui cum *BC* istuc *Ritschelius.* istac *libri (quod sic* qui cum istac *Lachmannus tuebatur).* ista *Lambinus.* istaec *Acidalius.* ista huc *Muellerus Nachtr. p. 42 reiectis eis quae Pros. Pl. p. 722 dixerat* uenerit. Cha. dum *Camerarius.* uenerit dum *libri* istic siet *Acidalius.* istuc siet *Camerarius.* istuc sit *BCDF.* istuc sic *Z* 905. Eut. *Camerarius.* Cha. *B personas permutans etiam in proximis duobus versibus. om. FZ* obta *CD* ob istuc *BD.* obistuc *C* nuncium *CD* quid uis *BD* 906. si] sit *CD* orabo *Aldina, Acidalius.* orato *libri, nisi quod* ortato *C* faciat copia *BCD.* faciat copiam *F.* faciant copia *Z* 907. Deridis seruata *BCD* illa uideor *BCD* 908. quin] cum *B* reiicio *FZ* heus aliquis *Pylades, Acidalius.* heus aliquis est *(vel ẽ) libri.* heus aliquis heus *Camerarius* actutum *ex* actuum *(t s. v.) C* hunc *BCD* huc actutum *sine* foras *F* 909. mihi *libri* ecferte *Scioppius Susp. lect. II 21.* haec *(ha///c B.* hęc *C.* hęc *et* u *s.* ę *m. 2 D)* ferte *BCD.* huc ferte *FZ* Hem *libri* mihi *Acidalius.* mihi ut *libri* 910. Optime *Z* aduenis *Acidalius.* adueniens *libri* cape puere *Bothius.* puere *(puer Z)* cape *libri.* puere em cape *Muellerus Nachtr. p. 132* clamidem *BCD* atque *Bothius.* atque haec *(hęc BD) libri* istic *F, Acidalius, Handius Tursell. III p. 208.* istinc *libri*

Vt, si haec non sint uéra, inceptum hoc ítiner perficere éx-
sequar.
Véra dicis?

EVTYCHVS

Níl, Charine, té quidem quicquám pudet.
Nón mihi credis?

CHARINVS

Ómnia equidem crédo, quae dicís mihi:
Séd quin intro dúcis me ad eam, ut uídeam?

EVTYCHVS

Paulispér mane.

CHARINVS

Quíd, manebo?

EVTYCHVS

Témpus intro eúndi non est.

CHARINVS

Énicas. 915

EVTYCHVS

Nón opust, inquám, nunc intro te íre.

CHARINVS

Respondé mihi:
Quá causa?

EVTYCHVS

Operae nón est.

CHARINVS

Cur?

EVTYCHVS

Quia nón est illi cómmodum.

---

sta *Camerarius.* sat *BCD.* sine *FZ: quod decepit Handium p. 464* 911. hęc *C* sit *B* incoeptum *C.* incęptum *D* itinere *BCD* exequar *CDFZ* * *V. 912 huc reposuit Bothius in libris collocatum post v. 903: post v. 936 collocabat Acidalius* Cha. Vera *BFZ* Nihil *libri (pers. om. D)* carine *B* quidem *om. FZ (habent etiam Pyladis codices)* quic quam *C* 913. EV Non *BD* ęquidem *B* quae dicis *Z.* que edicis *F.* quia edicis *BCD* tibi *B* 914. quin] cum *B* introducis *BD* adeam *et* utuideam *C* 915. Quin *F* intro eundi non est *Ritschelius.* non est intro eundi *(*introeundi *B) libri* 916. opus est *libri* intro te ire Ch. Responde *(m. 2 ex* intro te ire res Cha. sponde*) D.* intro te ire res *(sequitur spatium)* ponde *(*d *s. v.) C.* introi re *(ex* introire *ras.)* res Cha. Ponde *B* 917. Eu. *eras. initio B* Eu *ex* Cha *corr. B* opere *Z* commodi

CHARINVS

Ítane? commodum ílli non est, quaé me amat, quam ego
cóntra amo?
Ómnibus me lúdificatur híc modis. ego stúltior,
Quí isti credam, quóm moratur. chlámydem sumam dénuo. 920

EVTYCHVS

Máne parumper átque hoc audi.

CHARINVS

Cápe sis, puer, hoc pállium.

EVTYCHVS

Sáne hoc non in méntem uenit dúdum ut tibi concréderem.
Máter iratást patri ueheménter, quia scortúm sibi
Ób oculos addúxerit in aédis, dum ruri ípsa abest:
Súspicatur íllam amicam esse ílli.

CHARINVS

Sonam sústuli. 925

EVTYCHVS

Eám rem nunc exquírit intus.

CHARINVS

Iám machaerast ín manu.

---

*BCD* 918. nonest *C* quę *C* contra amo *FZ.* contra iam *B.* contraham *CD* 919. me ludificatur hic *Gulielmius.* hic ludificatur *(sequitur spatium in C)* me *libri* Omnimodis hic ludificatur me. Sed sumne ego stultior *Muellerus Pros. Pl. p. 54* dolis *FZ* stultitior *B* 920. Qui *B, Pius.* Quid *reliqui* istic redam *B.* istic reddam *CD* quom moratur *Ritschelius.* commoratur *libri.* qui moratur *Ritschelius in adnotatione.* commoratori *Ussingius correpta ut ait prima syllaba* clamidem *BCD* 921. hoc *Z.* hęc *BCDF* puere *Muellerus Nachtr. p. 140* 922. *Hic repositus de sententia Acidalii, in libris post v. 899 collocatus Eut. pers. om. libri* inmentem *C* ut tibi concrederem *Ritschelius.* ut tibi *B.* ut ob *CDFZ.* ut obeo *'codd. antiqui' Pii.* ut oblitum *Saracenus.* ut urbem obambulo *Pylades.* ut tibi dicerem *Camerarius: cf. v. 899* 923. mater *DFZ.* Mane *B. om. C* irata est *libri* 924. ob oculos *Z.* Oboculis *BC.* Ob occulis *D.* ab oculis *F* abduxerit *F* inaedis *C* 925. *Pro personarum notis in hoc et proximo versu spatia vacua B* Ch. Zonam *Pio Saracenoque ducibus Pylades.* Sonam *BCDZ.* Senam *F* 926. Eu. Eam *Pio Saracenoque ducibus Pylades.* Eam *libri Post* exquirit *spat. C, quod ante* Iam *deest* Iam machaerast *Z.* Iam macharast *CD.* Iam macharest *B.* Iam macherast *F*

EVTYCHVS

Núnc eo si te íntro ducam —

CHARINVS

Tóllo ampullam atque híne eo.

EVTYCHVS

Máne, mane, Charíne.

CHARINVS

Gerrae: síc me decipere haúd potes.

EVTYCHVS

Néque uolo edepol.

CHARINVS

Quín tu ergo itiner éxsequi meum mé sinis?

EVTYCHVS

Nón sino.

CHARINVS

Egomet mé moror. tu púere, abi hinc intro ócius. 930
Iam ín currum conscéndi, iam lora ín manus cepí meas.

---

929. *Nonius p. 482, 15:* Itiner dictum pro iter . . . Plautus in Mercatore: 'quin tu . . . sinis' *Priscianus VI 36 (Gr. l. II p. 229, 1):* dicimus . . . huius itineris, quamuis antiqui et 'hoc iter, iteris' et 'hoc itiner, itineris' dixerunt. Plautus in Mercatore: 'quin tu . . . sinis' 930. *Priscianus VII 17 (Gr. l. II p. 301, 1):* Notandum tamen, quod Plautus a 'puer' nominatiuo uocatiuum 'puere' dixit in Mercatore: 'egomet . . . ocius'

---

927. *Eut. pers. om. B* Nunc eo si te *Ritschelius.* Nam scio te *B.* Nam si eo te *reliqui.* Nam si eo te nunc *Camerarius.* Nam si eo ted *Bothius* introducam *BCD* ampullũ *B.* ampulam *Z* 928. Heus mane, mane Charine *Bothius.* Heus mane mane Charine, heus *Guyetus* charine *(ine m. 2 ex e) D* Gerrae: sic me decipere haud potes *Schoellius.* Erras: me decipere haud potes *(potest BC) libri.* Erras. me iam decipere haud potes *Guyetus.* Erras. me decipere non potes *alii teste Ritschelio.* Erras: me decipier haud potest *Ritschelius.* Erras: memet decipere hau potes *Niemeyer de Plaut. fab. dupl. rec. thes. III.* Ne erres: tu me *(vel* me hodie*)* decipere haud potes *Muellerus Pros. Pl. p. 655.* Erras: me decipere es haud potis *Bergkius Ind. Hal. 1858/59 p. VII*

929. uolo edepol *CDFZ.* edepol uolo *B* ego *Nonii cod. Paris. 7667 et Colbert.* iter *B* exequi *CDFZ* in eum ne *Nonii cod. Paris. 7667* meum *ex* metum *ras. B* meum me sine *Nonii cod. Colbert.* finis *D.* sines *editiones Nonii ante Quicheratum* 930. Nonsino *C* Egomet me moror *Bothius.* Egomet memor *Priscianus.* Ego me moror *BCDZ.* Egone moror *F* puere *CDF, Priscianus.* puer *BZ* 931. cursum *B* conscendi *FZ.* escendi *CD, Scioppius Susp. lect. I 21.* uescendi *B* iam hora *B.* lora iam *Lachmannus*

EVTYCHVS

Sánus non es.

CHARINVS

Quín pedes uos ín curriculum cónicitis
Ín Cyprum rectá, quandoquidem páter mihi exiliúm parat?

EVTYCHVS

Stúltus es. noli ístuc quaeso dícere.

CHARINVS

Certum éxséquist,
Óperam ut sumam ad péruestigandum, úbi sit illaec.

EVTYCHVS

Quín domist. 935

CHARINVS

Nam híc quod dixit, íd mentitust.

EVTYCHVS

Véra dixi equidém tibi.

CHARINVS

Iám Cyprum uení.

EVTYCHVS

Quin sequere, ut íllam uideas quam éxpetis.

CHARINVS

Pércontatus nón inueni.

EVTYCHVS

Mátris iam iram néglego.

CHARINVS

Pórro proficiscór quaesitum. múnc perueni Chálcidem.
Vídeo ibi hospitém Zacyntho: díco quid eo aduénerim: 940

---

inmanus *BC* cępi *CD* 932. incurriculum *C* coniicitis *FZ.* coicitis *Ritschelius: at cf. Rud. 769, Asin. 817, Beckerus Quaest. p. 26, Kampmannus de IN praep. p. 35, Lachmannus in Lucr. p. 188*

933. Incyprum *C.* In cyprȳm *D* quando quidem *C* mihi pater *Guyetus* exsulium imperat *Pareus* 934. quęso *C* dicere ei *Muellerus Pros. Pl. p. 24.* dicere. Cha. Ah *Ussingius* exsequi st *B.* exse quist *C.* exequi est *(m. 2 ex* exequist*) D.* exequist *FZ*

935. summa *Z* aduestigandum *B* sit illec *Z.* illec sit *F* *Eut. pers. et proximo v. Char. om. B sine spatio* domi st *B.* domi est *(ex* domist *m. 2) D* 936. hic *B.* id *reliqui* mentitum est *(ex* mentitust *m. 2) D.* mentitũ st *BF* dico *FZ* 937. uideãs *C* 938. Perconctatus *Scutarius.* Percunctatus *BCDZ.* Percunctatus est *F* negleglo *B.* negligo *F* 939. proficis cor *C.* proficiscar *Weisius cum aliis* quesitum *D.* q, situm *C* calcidem *CDF*

940. ibi *om. Z.* ubi *DF* zacynto *BC.* zacincto *D.* hiacyntho *F*

Rógito quis eam auéxerit, quis hábeat, si indaudíuerit.

EVTYCHVS

Quín tu istas omíttis naugas ác mecum huc intro ámbulas?

CHARINVS

Hóspes respondít Zacyntho fícos fieri nón malas.

EVTYCHVS

Níl mentitust.

CHARINVS

Séd de amica se índaudiuisse aútumat
Híc Athenis ésse.

EVTYCHVS

Calchas íste quidem Zacýnthiust. 945

CHARINVS

Náuem conscendó, proficiscor ílico: iam súm domi,
Iám redii de exílio. salue, mí sodalis Eútyche.
Vt ualuisti? quíd, parentes meí ualent? tam grátiast:

---

quideo *B*. qui deo *C*. quid ibi *F* 941. Rogito *Pius*. Cogito *libri* auexerit *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 434*. uexerit *libri* si indaudiuerit *Camerarius*. si ibi (siibi *D*. si Ibi *C*) inde audiuerit *libri*. si ibi inaudiuerit *Pylades* 942. Quintu *C*. Cum tu *B* naugas *C*. nugas *reliqui* 943. redit *corr. in* respondit *D* zacintho *(cum vacuo spatio circ. 4 litterarum ante eam vocem) B*. zacinto *D*. zazy̆no *C*. hiacyntho *F*. Zacynthi *Ussingius* 944. Eu. *om. etiam B* Nihil *libri* mentitus est *libri* *Pro* Cha *spat. etiam B* se indaudiuisse *Ritschelius*. se indaudiissẽ *D*. se inaudiissẽ *C*. se inaudisse *BZ*. se audisse *F*. sese inaudisse *Camerarius*. indaudisse se *Bothius, Fleckeisenus Exerc. p. 44* autumant *BCD* 945. *Pro* Eut. *spat. B* Hic *suspectum: nondum est Athenis* Calchas *Camerarius*. Calcas *BDF*. Callas *C*. Chalcas *Z*. Calcast *(et* Zacintius*) Bergkius Beitr. p. 32* zacyntiust *C*. zacyntu st *B*. zacinctiust *ex* zacinctust *D*. zacynthust *Z*. hiacynthust *F* 946. *Char. pers. om. etiam B* proficis cor *C* iam *FZ*. ea *BCD* 947. Eu. *praem. B* redii de exilio *Ritschelius*. redi exilio *libri*. redii exilio *Pylades et* Iam iam *geminans Bothius*. rediui exilio *coni. Camerarius*. redii ex exilio *cum Kampmanno de reb. mil. p. 33 Fleckeisenus Exerc. p. 11* CHA salue *B* salue, mi *Guyetus*. salue mihi *libri, Ritschelius: at cf. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 657* eutice *BCD* 948. quid, parentes mei ualent? tam gratiast: *Ritschelius*. quid parentis metuat mater dati *libri, nisi quod* parentes *FZ*, maẽ *CD*. quid parentes mei? ualent? tibi gratia est *Pylades*. quid parentes? quid tua mater? satin bene? *Pius*. quid, parentes mei ualent? coena dabitur *Camerarius*. quid parentes? mecum ad matrem cedito *Bothius*. quid, parentes mei ualent? Tu ad matrem adi *Weisius*. quid parentes mei? ualent mater pater? *Bugge Opusc. ad Madvig. p. 157*. quid parentes mei, tua mater et pater *(vel*

Béne uocas, benígne dicis. crás apud te, núnc domi.
Síc decet, sic fíeri oportet.

EVTYCHVS

Éia, quae mihi sómnias. 950
Híc homo non sanúst.

CHARINVS

Medicari amícus quin properás mihi?

EVTYCHVS

Séquere sis.

CHARINVS

Sequór.

EVTYCHVS

Clementer quaéso: calces déteris.
Aúdin tu?

CHARINVS

Iam dúdum audiui.

EVTYCHVS

Pácem componí uolo
Méo patri cum mátre: nam nunc éist irata —

CHARINVS

Í modo.

EVTYCHVS

Própter istanc.

---

quid parentes? uiuent mater et pater) *Redslobius Symb. crit. p. 6. 'Tamquam respondentem audire Eutychum Charinus sibi videtur: ipsa responsa non dantur' Ritschelius* 949. benignę dicis *CD.* benigna aedicis *B* eras *Z* nunc *Pius.* non *libri* 950. Sic *Pius.* Si *libri* (Sidecet *C)* fierit *B* Eia quae mihi somnias *scripsi.* Eloquenisomnias *B.* Eloque ni somnias *D.* Eloqueni somnias *C.* Eloque insomnias *F.* io. quę insomnia *Z.* Eho quae tu somnias *Camerarius: ubi* ehodum quae *Guyetus.* eloquere an tu somnias *Bothius.* Eho tu, quin tu somnias *Ritschelius.* Eia, quae mihi somnias *Ussingius.* Eho tu, loquere in somniis *Kochius Em. Pl. p. 14* 951. non sanust *Guyetus.* non sanus *CDFZ.* insanus *B.* non sanus est *Pylades.* insanust *Bothius* *Pro* Cha *spatium etiam B* amicis *F* properas mihi *Ritschelius.* properas *libri. Fortiore medicamento* amicus quin properas medicarier *Bothius, Hermannus* 952. Eu. *om. B* Sequere sis *F, Pius.* Seque res es *B.* Seque reses *C.* Sequereses *D.* Sequere scis *Z* quęso *C.* queso *BD* *De versibus 953—956 cf. quae disputavi Mus. Rhen. vol. 31 (a. 1876) p. 635 sqq.* 953. Audintu *C* *Ante* uolo *spatium C* 954. eist irata *Muellerus Pros. Pl. p. 655.* est irata *libri.* iratast ei *Ritschelius* Imodo *C.* modo *Z* 955. *Eutychi personam praemittunt B, Pylades. om. CDFZ* Quintu *BC* istanc modo *FZ*

CHARINVS

Í modo.

EVTYCHVS

Ergo cúra.

CHARINVS

Quin tu ergo í modo: 955
Tám propitiam réddam, quam quom própitiast Iunó-Ioui.

---

## DEMIPHO. LYSIMACHVS

DEMIPHO

Quási tu numquam quícquam adsimile húius facti féceris.

LYSIMACHVS

Édepol numquam: cáui ne quid fácerem. uix uiuó miser:
Nám mea uxor própter illam tóta in fermentó iacet.

DEMIPHO

Át ego expurigátionem habébo, ut ne suscénseat. 960

LYSIMACHVS

Séquere me. sed éxeuntem fílium uideó meum.

---

956. Eu. Tam *Z* propiciam *et* propicia *Z* quam *(4 litt. crasae)* ꝑpicia est *B*. quam cum propitia est *reliqui*

*Act. V sc. 3* DEMIPHO · LISIMACVS · SENES · II · *B et, nisi quod* LYSIMACHVS, *C*. DEMIFO LYSIMACVS II *D*². *om. D*¹ *'Ab initio Demiphonis et Lysimachi sermones haud adeo paucos intercidisse apparet: sed non tales quales adduntur vulgo' Ritschelius: quam sententiam impugnavit Spengelius Plautus p. 47, vix, opinor, recte* 957. Quasi si *vel* consimile *vel* huiusce *(cum Lachmanno) inter alia multa Muellerus Pros. Pl. p. 559 hiatum vitiosum remoturus* nunquam *CD* *V. 958 sq. hoc ordine Acidalius posuit: inverso libri* 958. LY. *om. libri* Ego pol *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 462, Kellerhoffius l. s. s. p. 70* nequid *BC* facerem. uix uiuo miser *Ritschelius, Brixius Emend. Pl. ed. a. 1854 p. 3.* facerem uix uiuum ser *CD*¹. facere multũ miser *B*. facerem. uix uiuus sum miser *D*²*FZ*. facerem. uix uiuus miser *vulgo*. facerem qui fierem miser *Ussingius* 959. *Lys. pers. praem. libri* propter ellam *D*². propte ellam *CD*¹. prope illam *B* toto *F* infermento *BC* 960. At ego *F*. At ꝯ *B*. At ergo *CDZ*. At ego eam *Camerarius*. Ast ego *Bothius, 'quod non debebam probare Parerg. p. 516' Ritschelius* expurigationem *Ritschelius*. expurgationem *libri* succenseat *Z*. subcenseat *F* 961. *Lys. pers. om. libri* exeuntem *C*

*Sequuntur in B quattuor versus vacui*

---

**EVTYCHVS. LYSIMACHVS. DEMIPHO**

EVTYCHVS

Ád patrem ibo, ut mátris iram síbi esse sedatám sciat.
Iám redeo.

LYSIMACHVS

Placét principium. quíd agis? quid fit, Eútyche?

EVTYCHVS

Óptuma opportúnitate ambo áduenistis.

LYSIMACHVS

Quíd reist?

EVTYCHVS

Vxor tibi placáta et placidast. cétte dextras núnciam. 965

LYSIMACHVS

Dí me seruant.

EVTYCHVS

Át pol tibi amicam ésse nullam núntio.

---

965. *Erant qui huc referrent Cledonii verba haec (Gramm. lat. V p. 59, 22):* [cedo] in plurali facit cette, ut Plautus in *(nomen fabulae intercidit)*: 'cette patri meo' *Eadem Plauto tribuit Pompeius (Gramm. lat. V p. 240, 23), Terentio Alcuinus p. 2118 P., non e Plauto adfert Nonius p. 84:* cette *e Plauto profert Phocas (Gramm. lat. V p. 436, 16), e Plauto et antiquis comoediographis Marius Plotius [M. Claudius] Sacerdos II (Gramm. lat. VI p. 490, 20: cf. Probus Gramm. lat. IV p. 38, 15), e veteribus Sergius Explan. in Donat. II (Gramm. lat. IV p. 551, 33)*

---

*Act. V scaen. 4* EVTICVS ADOLESCENS SENES IDEM · *B.* EVTYCHVS ADVLESCENS EIDEM C · *C.* EVTICVS ADOŁ CHA *D²: om. D¹* *V. 962 sq. hoc ordine Pylades et Acidalius: inverso libri* 962. E *praem. B,* EV *D²FZ* Appatrem *C.* Adpatrem *ex* Appatrem *D.* Ap patrem *Bergkius Ind. Hal. a. 1858/59 p. V* sedatam] securam *Camerarius* 963. EV Iam *B. pers. erasa D* credo *Z* LY] DE *B. om. FZ sine spatio* fiet *B* · eutiche *B.* eutice *CDFZ* 964. EV *eras. in B: om. CDFZ* Optimã *B.* Optima *reliqui* oportunitatem *BCD* aduenistis *Camerarius.* ut uenistis *B.* aut uenistis *CD.* autem uenistis *FZ.* atuenistis *Ritschelius* rei est *libri* 965. placata et placida est *Bothius.* placida et placatast *(*pacatast *D) libri* cette *Camerarius.* certe *libri: cf. testimonia. Nugatur Handius Turs. II p. 14* nunciam *Z.* nunc iam *reliqui* 966. *Aut* te *pro* me *hoc versu, aut proximo* me *pro* te *Acidalius* At pol tibi amicam *scripsi.* Tibi amicam *libri.* Tibi iam amicam *Ritschelius.* At tibi amicam iam *Muellerus Pros. Pl. p. 560* nullam esse *Z* Tibi uero esse nullam amicam *Lachmannus* nuncio *DZ*

DEMIPHO

Dí te perdant. quíd negotist nám quaeso istuc?

EVTYCHVS

Éloquar.

Ánimum aduortite ígitur ambo.

LYSIMACHVS

Quín tibi ambo operám damus.

EVTYCHVS

Quí bono sunt génere nati, sí sunt ingenió malo,
Suápte culpa dámnum capiunt, génus ingenio quom ím-
probant. 970

DEMIPHO

Vérum hic dicit.

LYSIMACHVS

Tíbi ergo dicit.

EVTYCHVS

Éo illud est uerúm magis.

Nám te istac aetáte haud aequom fílio fuerát tuo
Ádulescenti amánti amicam erípere emptam argentó suo.

---

967. Dite *C* qui *vitium Gronovianae* negotiiĉ *B.* negotii est *D.* negocii est *CFZ* queso *C.* queso *BD* 968. LY.] DE *B.* EV $D^2$ Quid *B* 969. LY *praem.* $D^2$ si sunt *Camerarius.* sunt *BC. om. DFZ.* si fiunt *Guyetus simul* genio *scribens* 970. damnum capiunt *Ritschelius,* genere *e v. 969 irrepsisse ratus.* genere capiunt *libri:* genere cedunt *vel (*Sua se culpa*)* genere excipiunt *Ussingius* ingenio cum *Ritschelius.* ingenium *BCDZ.* ingenuum *F.* ingenio si *(vel* ubi*) Ritschelius in adnot.* ingeniod *idem Nov. exc. p. 70* improbant *B.* [i]probant *C.* [in]probant *D*

Suapte culpa genere capiunt, genus ingenuum improbant *Camerarius. Vbi* cupiunt *Scaliger ascripsit (idem Camerarius*[2]*),* capiuntur *idem commendavit in Varr. rer. rust. II p. 242 ed. Steph.* Suopte culpam generi capiunt *Salmasius et* faciunt *substituto Guyetus:* geniumque ingenuum *idem,* genus ingenio *Lipsius. Alia aliis ineptiora alii: quorum honorificae mentioni Taubmannus consuluit: velut quod Colvius* degeneres absunt *scripsit, cuius sententiam, non verba probat Ussingius. Nihil viderunt Rostius Opusc. p. 130 sq., Lingius de hiatu p. 28* 971. dicit hic *Camerarius Eut. pers. inserunt* $D^2Z$ ergo] hercle *Ritschelius: cf. Langenus p. 239* DE. $D^2FZ$ illud est uerum *BCDF.* illud uerum est *Z.* id uerum est *Bothius.* uerum est *Guyetus. Longe a vero Lomanus p. 55 aberrat* 972. EV. *praem.* $D^2FZ$ aetatẽ *CD.* ętatẽ *B* equom *B.* ęquum *CD* filio fuerat *Bothius.* fuerat filio *libri* 973. Adolescenti *DZ* eripere emptam argento *Weisius, Ritschelius: 'quamquam* eripere argento emptam *cum Lachmanno vel* emptam eripere argento *licebat' Ritschelius.* emptam argento eripere *BCDZ.* emptam argento

DEMIPHO

Quíd tu ais? Charíni amicast ílla?

EVTYCHVS

Vt dissimulát malus.

DEMIPHO

Ílle quidem illam sése ancillam mátri emisse díxerat. 975

EVTYCHVS

Própterea igitur tú mercatu's, nóuos amator, uétus puer?

LYSIMACHVS

Óptume hercle: pérge porro: ego ádsistam hinc altrínsecus.
Quíbus est dictis dígnus, usque onerémus ambo.

DEMIPHO

Núllus sum.

LYSIMACHVS

Fílio suo qui ínnocenti fécit tantam iniúriam.

EVTYCHVS

Quém quidem hercle ego éxulatum quom íbat, reduxí domum. 980

DEMIPHO

Num íbat exulatum? an ábiit?

---

977. Altrinsecus *ex hoc loco profert gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 257*

---

redimere *F* 974. charini *B, Pius.* charine *CDZ.* charino *F* amicastilla *B.* atnicast illa *C* EV *ex* LIS *B* 975. matrie misse *C* 976. mercatus *libri* nouus *libri* 977. Cha. *praem.* $D^2FZ$ Optime *Z* perge porro *Ritschelius.* perge *libri.* perge perge *Guyetus* ergo (r *s. v.*) *C* assistam *FZ* altrinsecus *F, codd. Pyladis, gloss. Plaut.* alterin secus *B.* alter insecus *C.* alterinsecus *D.* alternis cęcus *Z* 978. oneremus *C* 979. *Lysimacho tribuit Camerarius, quem libri Eutycho: libros def. Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 478* *Ante* tantam *spatium C* Iniuriam *(non* iniuriam*) B* 980. EV *praem. solus* $D^2$*: reliqui Eutycho continuant: cf. v. 979* exulatum quom ibat *scripsi.* in exilium (inaexilium *C)* cum iret *libri: quod falsum esse docuit Luebbertus de Quom p. 89.* hodie peregre *(vel* peregre e patria*)* quom iret *Ritschelius exempli causa.* hodie e patria profugum *exempli causa Luebbertus l. s. s. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 757.* in exilium ne iret *exspectat Ussingius* redduxi *Ritschelius* *V. 981—983 sic reconcinnavi, qui tales sunt in B:*

Nam exibat exiliũ DE An abiit EV Et iam loquere larua
Temperare istac aetate istis decet te artibus
DE Fateor deliqui ꝑfecto EV Et iam loquere larua
Vacuum esse istac ętate diis decebat noxiis

EVTYCHVS

Étiam quaeris, ínprobe?

DEMIPHO

Fáteor, deliquí profecto.

LYSIMACHVS

Étiam loquere, lárua?
Témperare istác ted aetate hís decebat nóxiis.
Ítidem ut tempus ánni, aetatem aliam áliud factum cóndecet.
Nám si istuc iuus ést senecta aetáte scortarí senes, 985
Ýbi locist res súmma nostra pública?

DEMIPHO

Ei perií miser.

---

*A quo exemplo reliqui ita discrepant.* 1. Nam ibit exulatum *CD.* Nam ibat exulatum *FZ* EV Etiam *CDFZ.* LY. etiam *Gruterus* 2. aetate *D* decete *C* 3. DE *om. CD*[1] EV] *spat. CD*[1] Etiam *CDFZ* 4. te detate *C.* ted etate *D.* te etate *FZ* his decebat *DF.* his dicebat *C.* hic decebat *Z* *Quae ex his prodierunt:*

DE. Num ibat exulatum? an abiit EV Etiam * * * * * *
DE. Fateor deliqui profecto. EV. Etiam loquere larua?
Temperare istac aetate istis decet te artibus
Vacuum esse istac ted aetate his decebat noxiis

*Oculi a primo in secundum v. abierunt, ad tertium perrexerunt, denique secundum respexerunt. Praeterea haec adnotanda sunt:* 981. *Vitium in iteratis esse vidit Osannus Anal. p. 202 nihil ultra suspicatus* *Integrum librorum v. servat Ritschelius* 982. *Vers. delet Ussingius* *Verba* Fateor: deliqui profecto *Ritschelius ceteris abiectis post v. 986 ponit lacunam statuens, quam sic explet* quom redemi illam mihi Lys. Etiam *Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 478.* Eut. Etiam *BD*[2]*FZ* 983. *Duo versus in unum sicut feci contraxit Ritschelius.* Temperare istac aetate istis decebat te artibus *Pylades et* iis decebat *sine* te *Camerarius; cf. Bergkius Beitr. p. 40* Temperare istac aetated his *(vel* is*)* decebat noxiis *Ritschelius Nov. exc. p. 59 sq.: cf. p. 7. 31. 74: quem contra vide Muellerum Nachtr. p. 74 sq.* istac aetate te his *Umpfenbachius Melet. Pl. p. 44* *Sequitur apud Ritschelium v. 987 uncis inclusus* 984. aetate aliam *BD.* etate aliam *C.* aetatem aliam *FZ* condecet *Lachmannus in Lucr. p. 64.* conuenit *libri.* *Ceterum hunc v. damnat Guyetus* *Versum e duobus coaluisse velut talibus:* Itidem ut anni tempus [operam aliud aliam postulat, ‖ In hominum uita] aetati aliae aliud factum conuenit *suspicatur Ritschelius* 985. istuc iuus est *CD.* istu cuius est *B.* istuc iuuisset *FZ.* istuc iuus sit *Ritschelius* *Vocem* senecta *addubitat Niemeyerus de Plaut. fab. rec. dupl. p. 54, ubi* decrepita *vel* capulari *exspectat* senex *Z.* patres *Ritschelius* 986. locist res *Fleckeisenus Exerc. p. 17.* locis tres *BCD.* loci res *FZ et* est *addito Camerarius* loci siet summa *sine* nostra *Ritschelius* puplica *C* Eiperii *C.* Hei perii *FZ*

[Ádulescentes réi agendae isti mágis solent operám dare.]
Iam óbsecro hercle habéte uobis cúm porcis, cum físcina.

EVTYCHVS

Rédde filió.

DEMIPHO.

Iam eam ut uolt pér me sibi habeát licet.

LYSIMACHVS

Témpere edepol: quóniam ut aliter fácias non est cópia. 990

DEMIPHO

Súpplici sibi súmat quod uolt ípse ob hanc iniúriam.
Módo pacem faciátis oro, ut né mihi iratús siet.
Si hércle sciuissém siue adeo ióculo dixissét mihi,
Sé illam amare, númquam facerem ut íllam amanti abdúcerem.
Eútyche, ted oró: sodalis eíus es: serua et súbueni. 995

988. *Servius ad Georg. I 266:* . . . Plautus in Mercatore: 'uobiscum . . . fiscina'

987. *Cf. v. 983* Adulescentes (te *s. v.*) *C.* Adolescentes *Z* rei agenda est *B.* rei gerendae *Umpfenbachius Melet. Plaut. p. 45* *simul* magis uolent *scribens* opera *BCD* 988. *Dem. pers. praem. Camerarius, om. libri* hercle habete uobis *Acidalius.* hercle uobis habete *libri, nisi quod* habere *Z.* uobis hercle habete *Camerarius.* uobis cum habete *Servius* cum porcis cum fiscina *cum libris Servius.* sportis *duce Salmasio vel* porris *coniciebat Acidalius:* fuscina *Salmasius. Res obscura: cf. Schneiderus de proverb. Plaut. et Ter. p. 5*

989. *Versum sequenti postponit Ritschelius* EV Redde $D^2FZ$: *om.* $BCD^1$ filio. De. Iam eam ut *scripsi.* filio sibi (si *DFZ*) habeas EV Iam (iam *sine pers. et spat. CDFZ*) ut (*om. CDFZ*) *libri.* filio sibi habeat. Dem. Iam ut *Camerarius, Ritschelius, postquam* sibi habeat '*alibi legi*' *Pius dixit.* filio. D. Immo iam ut *Muellerus Pros. Pl. p. 743* DE. Per *FZ* pme *B* per me habeat *Guyetus, Ritschelius* 990. DE *praem.* $D^2$ Tempere edepol: quoniam *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 444.* Temper edepol quoniam *D.* Temper edepol quõ *C.* Temperare edepol quoniam *B.* Semper edepol. EV. Quoniam *FZ.* Temperi edepol, quoniam *Acidalius* *Ante* ut *et ante* facias *vacua spatia C* copia *Guyetus.* copię *CDZ.* copie *BF* 991. Supplicii *libri* sibi *om. CDFZ* sũma *Z* quod *Bothius.* quid *libri* uult *F* obhanc *B* 992. faciat isoro ut *C.* faciat misero ut *B* iratus siet *Pylades.* iratus est *BCD.* iratus *FZ* 993. hercle (h *s. v.*) *C* loculo *BCDF* uocula dixet mihi *S. J. Warren* '*Over de godsdienstige en wijsgeerige begrippen der Jaina's*' *ed. Zwoll. a. 1875 thes.* 994. Sed *C* nunquam *C* 995. Lys. *praem.* $D^2$, Cha. *Z* Eutiche *BCD* ted oro *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. p. 37.* te oro *libri.* oro te

Húnc senem pará clientem: mémorem dices bénefici.

LYSIMACHVS

Óra ut ignoscát delictis tuís atque adulescéntiae.

DEMIPHO

Pérgin tu autem? heiá, superbe inuéhere. spero ego míhi quoque
Témpus tale euénturum, ut tibi grátiam referám parem.

LYSIMACHVS

Míssas iam ego istas ártis feci.

DEMIPHO

Et quídem ego dehinc iam —

LYSIMACHVS

Níhil agis: 1000
Cónsuetudine ánimus rursus te húc inducet.

DEMIPHO

Óbsecro
Sátis iam ut habeatís. quin loris caédite etiam, sí lubet.

---

*Ritschelius edidit* eius esse rura et *B*. eius esse rua et *CD* sub ueni *C* 996. para *Guyetus, Bentleius in Andr. I 1, 17.* para me *libri, nisi quod* parame *in B cum* clientem *coaluit* benefici *CD*. beneficii *FZ*. EV bene fiet *B* 997. LYS. *Camerarius.* EV. *FZ. om. BCD* deliciis *BCDF* tuis] huius *Acidalius, Ritschelius.* eius *Bothius.* suis *Weisius* adulescentie *C*. adolescentiae *DZ* 998. DEM. *Camerarius.* LIS. *B*. CHA. $D^2FZ$ Pergintu *C* eia *Z*. hia *CD*. hya *F*. huc *B* *Ceterum* autem? heia, superbe inuehere. *Ritschelius abiectis eis quae Parerg. p. 454 sq. disputaverat.* autem, eia superbe, inuehere? *inde a Camerario vulgo.* autem in hunc superbe inuehere? *Bothius.* autem in me superbe inuehier *Ussingius.* '*Non videtur de* eheu *vel* ohe *vel* oiei *cogitandum*' *Ritschelius* 999. Tempus euenturum tale, ut gratiam *Hermannus: quem potuisse etiam* Tempus tale esse euenturum ut gratiam *Ritschelius annotat* 1000. LYS *Camerarius.* DEM. $D^2FZ$. *om. B* Missus *BCD* artis feci. DE. Et *Gruterus.* artificiet *CD*. artifici et *BFZ*. artes feci et '*prisca exemplaria*' *Pii,* '*codd. antiqui*' *Pyladis.* artes faciam. DE. Et *Camerarius* iam. LYS. Nihil agis *Lachmannus.* iam Nihil *(cum spatio)* $BCD^1$. iam. CH. Nihil $D^2$. iam. CHA. Nihil *FZ*. iam. LYS. Nihil *Camerarius.* iam. LYS. Nisi *Bothius cum proximis construens.* iam omisero. LYS. *Ritschelius olim. Nihil effecit Brixius Quaest. de Plauti et Ter. pros. p. 50* 1001. rursum *Ritschelius Opusc. vol. II p. 260* 1002. loris *ex* locis $D^1$. locis *FZ* cedite *CD* et iam *B* silubet *C*

LYSIMACHVS

Récte dicis: séd istuc uxor fáciet, quom hoc rescíuerit.

DEMIPHO

Níhil opust rescíscat.

EVTYCHVS

Quid istic? nón resciscet: né time.

Eámus intro: nón utibilist híc locus, factís tuis, 1005
Dúm memoramus, árbitri ut sint quí praetereant pér uias.

DEMIPHO

Hércle qui tu récte dicis. eádem breuior fábula
Érit. eamus.

EVTYCHVS

Híc est intus fílius apud nós tuos.

DEMIPHO

Óptumest. illác per hortum nós domum transíbimus.

LYSIMACHVS

Eútyche, hanc uoló prius rem agi quám meum intro referó pedem. 1010

EVTYCHVS

Quíd istuc est?

LYSIMACHVS

Suám quisque homo rem méminit. respondé mihi:

1003. *Lysimacho versum dant B, Camerarius, Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 479, Eutycho $D^2FZ$, Ritschelius dubitanter* qm̃ *B.* cum *reliqui* 1004. opus est *B* EVT. Quid istic? non *post Saracenum Camerarius.* CHA. Quid istic non $D^2FZ$ *et sine* CHA $CD^1$. LIS quid istic non *B.* EVT. quid istuc? non *Pylades: et* quid istuc *e suis codicibus Lambinus affert.* LYS. qui istuc? EVT. non *Bothius olim.* resciscat. quid istuc? *fuisse qui Demiphoni continuaret annotat Ritschelius* rescisset *C* netime *BC* 1005. Eamus *B, Pylades.* EVT. Eamus $D^2FZ$ utibilist *Ritschelius.* utibile si *CD.* ut si *B.* utibile *FZ.* utibilest *fortasse Nonii p. 224 exemplis defendi posse annotat Ritschelius* *An* utibilest hic loqui? factis] i *cum rasura C* 1006. memoranimus *F* arbitrium sint *B.* arbitri sint *Ussingius ante* arbitri *interpungens* peruias *C* 1007. DE *B, Saracenus.* CHA $D^2FZ$ Hercle (Her cle *C*) qui *libri, Fleckeisenus Misc. crit. p. 29.* Hercle quin *cum Pylade Ritschelius* breuior (io *e corr.*) *C* 1008. EV *B, Camerarius.* LY $D^2FZ$ est hic *F ante corr.* tuos *B.* tuus *reliqui* tuus apud nos filius *Engerus de pros. p. IX* 1009. Optume st *B.* Optume est *reliqui, nisi quod* Optime *Z* Eut. Illac *Ritschelius* illac portum *F* 1010. Eutiche *CD* rẽ magis *B.* agi rem *Bothius* introire fero *B* refero intro pedem *Muellerus Pros. Pl. p. 357* 1011. *Fortasse praestare* Suam quisque rem homo *adnotat Ritschelius* honorẽ *B* memini *ex* memint *C*

Cérton scis non súscensere míhi tuam matrém?

EVTYCHVS

Scio.

LYSIMACHVS

Víde modo.

EVTYCHVS

Vidí.

LYSIMACHVS

Sat habeo. séd quaeso hercle etiám uide.

EVTYCHVS

Nón mihi credis?

LYSIMACHVS

Ímmo credo: séd tamen metuó miser.

DEMIPHO

Eámus intro.

EVTYCHVS

Immó dicamus sénibus legem cénseo 1015
Príus quam abeamus, quá se lege téneant contentíque sint.

---

1012. Certonscis *B*. Certen scis *(c s. v.) C* succensere *FZ* 1013. *Sic scripsi.* LY. Vide. EV. Me uide. LY. Satis habeo. id quaeso *FZ: ubi* at *pro* id *Acidalius.* Video me fide. LIS Satis habeo id quęso *B et spatio pro* LIS *relicto CD (ubi* D *add. m. 2), nisi quod* id queso *D et* idque so *C.* Lys. Vide modo Eut. Me uide. Lys. Sat habeo, sed quaeso *Ritschelius. Cf. Balbachius p. 32 sq.* Vide. Eut. Do meam fidem. Lys. Sat habeo. sed quaeso *Langenus p. 277: at cf. Brixius Nov. annal. vol. 123 (a. 1881) p. 58 Hinc nova pagina in B incipit et simul promiscuus caerulei rubrique coloris in pingendis personarum notis usus, quem per partem maximam Pseuduli pertinere dixit Ritschelius praefatione eius fabulae p. XI. Quo accedit graecarum usus litterarum de quo cf. Ritschelius praef. Trin.*[2] *p. LV. Itaque v. 1014 et 1015 graecis notis caeruleis superpositae sunt rubrae latinae hoc exemplo:* EV *Γ vel* E *Γ,* LIS *A,* D *B* 1014. mihi *s. v. B* LYS] D $D^2$ miseriam *ascripsit Lachmannus* 1015. *Sic personis distinxit B, item Acidalius.* CHA. Eamus intro. EV. Immo $D^2F$. EV. Eamus intro. EV. Immo *Z.* EV. Eamus intro. immo *cum Pylade Camerarius* legem censeo. leges *A* Censeo *B.* leges censeo $CD^1$. leges. CHA. censeo $D^2FZ$. leges censeo *Camerarius Ceterum pristinam ipsius Plauti fabulam tali versu terminatam fuisse suspicatur Ritschelius:* Eamus intro. Ω Spectatores, bene ualete et plaudite 1016. *Γ praem. B* Priusquam habeamus *BC.* Prius habeamus *DFZ.* Prius quam eamus *Bugge Opusc. ad Madvigium p. 158.* Prius quam hinc intro abeamus *Ritschelius* qua se lege *Gulielmius.* quas elege *BCD.* quas leges *FZ.* qua se *Ritschelius* te neant *C Ante* sint *spatium C*

Ánnos gnatus séxaginta quí erit, si quem scíbimus
Seú maritum síue hercle adeo caélibem scortárier,
Cúm eo nos hac lége agemus: ínscitum arbitrábimur,
Ét per nos quidem hércle egebit quí suom prodégerit. 1020
Neú quisquam prohibéto post hac ádulescentem fílium
Quín amet et scórtum ducat, quód bono fiát modo.
Sí prohibuerit, clám plus perdet quám si praebuerít palam.
Haéc adeo addo ut éx hac nocte prímum lex teneát senes.
Béne ualete: atque, ádulescentes, haéc si uobis léx placet, 1025
Ób senum hercle indústriam uos aécumst clare plaúdere.

---

1017. EV. *praem.* $D^2FZ$: *om. Camerarius* natus *CFZ* quierit *ex* querit *(i s. v.) D.* querit *B* siquem *BC* 1018. siue *Pylades.* seu *libri* adō *C* siue adeo hercle *Braune Observ. gramm. p. 32* cęlibem *C.* celibem *D* scotarier *B* 1019. hac *Bothius.* hic *libri* 1020. *Hunc versum Pistoris et Ritschelius (*quasi qui *scribens, pro quo* ita qui *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 456) post v. 1023 collocant* hercle *(*h *s. v.) B* suum *libri* 1021. prohibeto post hac *Ritschelius in adnotatione, Muellerus Pros. Pl. p. 560 inter alia.* post hac prohibeto *libri.* posthac prohibessit *Ritschelius in adnotatione.* posthac prohibetod *idem Nov. exc. p. 102* adolescentem *DZ* filia *BCD* 1022. Qui *F* et scortum] scortumque *Guyetus.* quin scortum *Bothius* 1023. Si prohibuerit *Pylades.* Siquis prohibuerit *libri.* Si quis prohibeat *Guyetus.* Si prohibessit *Ritschelius in adnotatione et Opusc. vol. II p. 401 probante Luebberto Gramm. Stud. I p. 6* clam plus perdet *Bothius.* plus perdet clam *libri.* plus perdat *sine* clam *Guyetus* quam si praebuerit *Guyetus.* si prohibuerit *sine* quam *libri cum vacuo spatio post ea verba ex rasura vocis* Erus *orto B.* quam si praehibuerit *Camerarius.* quam praehibuerit *Scaliger.* quasi praehibuerit *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 455.* quam si prachibessit *Ritschelius in adnotatione: cf. Opusc. vol. II p. 401: probat Luebbertus l. s. s.* 1024. Hęc *BC* adeo addo ut *scripsi.* adeo *(*adō *C)* ut *libri.* admoneo ut *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 430.* adeo uolo *Ussingius.* adeo licet *(*ex *delens) Muellerus Nachtr. p. 132* Hoc addo unum ut *Kampmannus de DE praep. p. 21* exhac *BC.* ex hacce *Camerarius* adeo ex hac nocte primum lex uti *Bothius.* adeo edico ex hac nocte primum ut *Ritschelius* senes *ex* senex *F* 1025. adque *C* adolescentes *DZ* hęc *BC* 1026. Obsenum *CZ* iniuriam *Guyetus* aecum est *B.* equum est *CD.* aequum est *FZ* dare plaudere *D.* dare plaudite *FZ* PLAVTI MERCATOR EXPLICIT · *BCD*

# T. MACCI PLAVTI

# COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

---

TOMI II FASCICVLVS IV

STICHVS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIII

# T. MACCI PLAVTI

# STICHVS

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A GEORGIO GOETZ RECOGNITA

---

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI II FASCICVLVS IV

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIII

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEVBNERI

D · M

ET · PERPETVAE · MEMORIAE

CAROLI · REISIGI · THVRINGI

PRAECEPTORIS · DVM · VIXIT · DVLCISSIMI

POST · FLEBILEM · MORTEM · DESIDERATISSIMI

SACRVM · ESSE · VOLVIT

SALVBERRIMAE · DISCIPLINAE · ALVMNVS

PIENTISSIMVS

FRIDERICVS · RITSCHELIVS

# PRAEFATIO

De codice Ambrosiano haec scribit Loewius:

"Nulla — ut Ritschelii verbis utar — e Plautinis fabulis integrior in membranis Ambrosianis quam Stichus (postrema codicis fabula) habetur. Cuius praeter quattuor fere quae interciderunt membranas et superstites sunt reliquae partes omnes et lectionem, si non ita multa exceperis, cum facilem tum certam habent. Sunt autem hae:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 49. | 50 | = | argumentum. | didascalia *) | LXXXVI **) |
| 271. | 272 | = | 1— 10. | 10—30 | |
| 51. | 52 | = | 31— 58. | 59—73 | |
| 277. | 278 | = | 74— 89. | 90—103 | |
| 279. | 280 | = | 104—121. | 122—139 | |
| 65. | 66 | = | 140—155. | 156—174 | |
| 285. | 286 | = | 175—193. | 194—210 | |
| 67. | 68 | = | 211—230. | 231—249 | |
| 73. | 74 | = | 250—270. | 271—284 | LXXXVII |
| 273. | 274 | = | 285—301. | 302—315 | |
| 57. | 58 | = | 316—331. | 332—345 | |
| 53. | 54 | = | 346—360. | 361—377 | |
| 63. | 64 | = | 378—391. | 392—410 | |
| 59. | 60 | = | 411—429. | 430—448 | |
| 283. | 284 | = | 449—465. | 466—485 | |
| 75. | 76 | = | 486—504. | 505—519 | |

*) Cf. egregiam Guilelmi Studemund commentationem 'de actae Stichi Plautinae tempore' inscriptam et Commentationibus philologis in honorem Theodori Mommseni editis insertam p. 780 sqq. — Ceterum Geppertiana de Terenti si dis placet versibus in palimpsesti pagina 49 perscriptis prolata mera esse somnia a. 1876 cum Ritschelio communicavi.

**) LXXXVI quaternionis nota in paginae 68 imo margine scripta est: item LXXXVII (VII numeris perpallidis) p. 76, LXXXVIII p. 156.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 149. | 150 | = | 520—536. 537—551 | LXXXVIII |
| A. | a | = | [552—583] | |
| 167. | 168 | = | 583—597. 598—613 | |
| 169. | 170 | = | 614—630. 631—647 | |
| B. | b | = | [648—681] | |
| 155. | 156 | = | 682—693. 694—708 | |
| C. | c | = | [709—775] | |
| D. | d | | | |

Singularia nunc folia sunt p. 49/50. 67/68. 149/50. 155/156, reliqua ita, ut supra significatum est, cohaerent. Male habita maxime 155/156 (cuius praeter 1. 2. 17. 18. 19 versus omnes misere laceri) et 149/150 (cuius pars superior continuis lacunis pessum data). Eius modi in paginis ubicunque Palatinorum lectio spatium lacunarum apte explebat, pro singulis illius recensionis litteris puncta ita posui, ut etiam personae spatium (#) puncto notatum esse vellem. Puncta quod non nullis locis non posui, sed litteras puncto subscriptas, tolerari posse ipsique rei non nocere hanc inconstantiam iudico. Binarum paginarum tituli esse solent: PLAUTI | STICHUS, nisi quod eis carent omnino p. 49. 50. 271. 68. 73 (qua de re cf. Studemundus l. s. s. p. 9. 11) atque p. 293 (STICHUS) et 284 (PLAUTI) virgulae illae nunc resectae sunt.

Descripsi autem haec folia a. 1876 descriptaque huius ipsius anni mense septembri cum plagulis Goetzianis ex parte iterum contuli. Integrae fabulae denuo conferendae tempus quod concessum non habui maximo opere doleo. In apographo meo conficiendo accurate me rationem habuisse lectionum ab aliis, maxime a Ritschelio et Gepperto publicatarum, non est quod pluribus moneam: monebo contra examine quam religiosissime instituto ita me meas lectiones proposuisse, ut de aliorum sive discrepantia sive congruentia omnino tacerem. Restat ut addam quae in Mercatoris praefatione p. VIII dixi, ea de Sticho quoque dicta me velle."

His quae de Ambrosiano exposuit Loewius meus, paucissima de reliquis subsidiis addenda sunt. Atque eiusdem socii indefessi labori debetur collatio codicis Decurtati:

codicem veterem iterum contulit Hugo Hinck, codicem Ursinianum Augustus Mau. Codicis Lipsiensis et editionis principis scripturas ex Ritschelii editione petii. Denique moneo, me in recensenda fabula eandem rationem ingressum esse quam in Mercatore edita improbavit Ussingius: Ritscheliana commenta lubenti animo retinui, ubi retinenda esse mihi persuasi, mutavi quae mutationem flagitare visa sunt, ad codicum scripturam haud raro redii, addidi quae ab aliis prolata esse vidi: qua in re si quae non recte fecero, non deerunt qui moneant: si quae omisi, leniter me carpant: spem enim me omnia vel collegisse vel posse colligere paullatim abicere et doctus sum et didici. Multa tamen me omisisse vix credo.

Ex Ritschelii praefatione repetenda esse duxi haec:

„Ceterum insigni haec ipsa fabula documento est, quot quantasque Plautinae comoediae turbas cum post Ambrosiani codicis aetatem tum ante illam sint expertae: cuius rei notabiliora exempla nuper demum Bacchidum διόρθωσις praebuit v. 377 sq. 393 sqq. Nihil nunc dicam de lacunis: quarum in Sticho multitudo ex ipso Ambrosiano conspicua fidem facere poterit, non sine ratione in aliis fabulis etiam sine testimoniorum pondere de lacunarum vel frequentia vel amplitudine coniecturam fieri. Mitto alias vel interpolationes vel transpositiones, nunc demum clara certaque ut puto in luce positas, in duobusque subsisto perveteris διασκευάσεως exemplis designandis. Quorum alterum in decem illis versibus 48—57 cernitur, qui nec a verborum sententiarumque tenuitate ullam commendationem habent nec cum proxima scena apte coeunt et non minus post eos qui praecedunt sororum sermones, quam ante eos qui a v. 68 sequuntur, prorsus supervacanei sunt. Hos igitur versus, in quibus iam Scaligero offensioni fuit mira *paenitet* verbi constructio, omissos quidem illos in Ambrosiano codice, ego relictos esse e tali recensione huius fabulae coniicio, qua novae actioni scenicae aliquanto post Plautinam aetatem consuleretur. Quo consilio credibile est in eius cantici locum, a quo Plautina fabula ordiretur, iambicis senariis perscriptam scenam substitutam esse, ut quod genus numerorum plus

gratiae esset eis temporibus habiturum, quibus impeditiora canticorum metra prorsus non intellecta esse vel L. Cornelii Sisennae exemplo compertum est. De quibus rebus Parergon dissertatione III. et VI. dixi (p. 206 sqq. 375 sqq. alibi). Eiusque recensionis contagio, si quid video, etiam ad proximam scenam aliqua ex parte pertinuit, de cuius turbis aliquid significavi annot. ad v. 70, explicatius dicere nunc longum est, certo statuere difficile. Eodem spectat quod tetigi ad v. 441 sqq.

Latius etiam in aliam partem patent satis antiquae διασκευάσεως vestigia. Quod enim in nominibus fabularum factum est, quae mutata esse posterioribus temporibus docui Parergon I, p. 167. 203 sqq., id ad personarum quoque nomina pertinuisse longe luculentissimo argumento Stichus est Plautina. In qua sororum nomina feruntur PANEGYRIS et PINACIVM, pueri DINACIVM. Atqui nec per se probabiliter factum est Dinacium nomen: nec, si modo factum sit, brevem ab initio syllabam habiturum sit, qualem numeri requirunt v. 284. 334, commendant reliquis locis: nec ab ipsa memoria librorum fidem habet, cum pro illo et **A** et **B** Pinacium formam substituant, ut suis locis annotavi. Quodsi Pinacium nomen fuit pueri, satis illud cum in grammaticum tum in personam conveniens, consequens est non esse idem nomen eiusdem fabulae alii personae eique honestissimae mulieri a poeta impositum longe ineptissime. Id igitur cum ne fiat quidem in Ambrosiano codice, qui Pamphilam dicat quam reliqui libri Pinacium, ecquis dubitabit quin recte illud nomen Plautinae quidem fabulae restituatur? Cuius autem libri in alterius nomine mulieris fidem perspeximus, eiusdemne de sororis nomine testimonium reiiciemus? ut qui non PANEGYRIS et PINACIVM sed PHILVMENA et PAMPHILA nominibus primam fabulae scenam inscribat. Non meherele qui sapiat dubitabit quin haec sint vere Plautina nomina, per διασκευάσεως demum occasionem expulsa. Cuius διασκευάσεως non est mirum quaedam vestigia cum pristinae illibataeque fabulae memoria casu permista esse. Haec enim novae recensionis vis fuit ut, qui in scenae inscriptione Plauti manum

servaret, idem tamen liber in ipsis sermonibus novicio invento locum daret et *Panegyris* admitteret pro *Philumena* v. 247. 331. Quibus locis maioris opinor audaciae futurum erat tralaticium nomen patienter propagare quam praeter libros confidenter instaurare pristinum, quod quidem illius prosodiacam mensuram pari ratione aequat atque quae inter Pamphila et Pinacium formas intercedit.

Effecit autem huius rei evidentia, ut progrederemur longius et alius nominis integritatem primum addubitaremus, mox autem diligenter tota caussa pensitata fidem non habere firmiter nobis persuaderemus. Nam cum et exemplo destitutum et a ratione, si non prorsus reiectaneum, at satis mirum sit PAMPHILIPPVS nomen Epignomi fratri vulgo inditum, tum uno fabulae loco pro illo PAMPHILVS in ipso Ambrosiano apparet. Estque is locus ita comparatus, ut servata Pamphilippus forma vix ullo pacto rationi satisfiat. Quocumque enim modo versus 393 verba, qualia in Palatinis exstant:

Vidistin uirum sororis Pamphilippum? — Non adest
Immo *e. q. s.*

vel personis distribueris vel interpungendo distinxeris, aut sana sermonum concinnitas desiderabitur aut peccabitur in loquendi consuetudinem Plautinam. Contra sana atque expedita esse omnia senseris, simul atque duce Ambrosiano libro, in quo illius versus haec species est:

UIDISTINUIRUMSORORISPAMPHILUM NON NONADEST

sic colloquentium sermones dispertieris:

PHIL. Vidistin uirum sororis Pamphilum? PIN. Non.
PHIL. Non adest?
PIN. Immo *e. q. s.*

Non me fugiebat aliquanto difficilius e reliquis quinque fabulae locis insiticium nomen expelli: sed ut tamen intentius circumspicienti interpolationis vix ambigua vestigia quaedam facile apparerent. Ac primum animum advertebant versuum 506 sq. hae turbae:

Vt mihi uolup est, Pamphilippe, quia uos in patriam domum
Redisse uideo bene gesta re ambos, te et fratrem tuum.

Quorum alteri etiamsi legitimos numeros non improbabiliter sic restituas: *Video bene gestá re rediisse ambos*, tamen si semel concedendum est traiecta esse Plautina verba, non profecto multo maioris audaciae, quam *rediisse* verbum transponere post *gesta re*, hoc fuerit ut in priorem versum *uideo* verbum reiiciatur turbatique ordinis caussa e removendi *Pamphile* nominis consilio repetatur, cui percommodus in tali versuum illorum conformatione locus:

Vt mihi uolup est, quia uos uideo, Pamphile, in patriam domum

Bene re gesta rediisse ambos, temet et fratrem tuum.

Quam mutationem si qui forte hariolantis potius esse quam divinando emendantis putabunt, hoc cogitent quaeso, absque illa esset, facere me non potuisse quin aut planissimi testimonii veterem atque antiquam auctoritatem ignave spernerem aut unius in eadem fabula hominis diversis nominibus placide servatis duas quas discernere liceret recensiones mixtas relinquerem. Atque lenitur profecto violentiae si qua est offensio illius eo, quod tam est expedita reliquorum exemplorum tractatio quam huius esse disceptabilem sentio. Etenim versu 583:

Adgrediar hominem. o sperate Pamphilippe, o spes mea,
O mea uita, o mea uoluptas, salue:

quis tandem post *sperate* vocativum languidissima ferat *spes mea* verba? de quorum corruptela dubitatio non esset, etiamsi nomen hominis nihil quicquam controversi haberet. Poeta quid scripserit, satis docere similium comparatio potest:

Adgrediar hominem. o sperate Pamphile, o salus mea.

Huicine autem versui Plautinam nominis formam redderem, non redderem ei qui praecedit quantumvis alia offensione libero? Quem cum poeta talem, nisi fallor, emisisset:

Set uideon' ego Pamphilum cum fratre suo Epignomo?
atque is est:

una deleta *suo* vocula licuit noviciae recensionis auctori *Pamphilippum* suum invehere. Nec maiore opera quam in his duobus, qui quales in Ambrosiano exstiterint ne compertum quidem hodie est, in eis qui supersunt versibus 527.

596 vel ad inferendum suppositicium nomen olim opus fuit vel nobis opus est ad verum sic revocandum:

Set eccum fratrem Pamphilum [meum] incedit cum socero suo.

Quid ais, Pamphile? PA. Ad cenam [hodie] hercle alio promisi foras.

Quippe in exilium vocularum vel omissione vel accessione, cuius generis infinita est in Plautinis libris frequentia, omnis vertitur mutatio.

Praeter haec quae tractavi dubitationem facile moveat Sagarinus nomen insolenter correpta paenultima singulare. Quod cui servo inditum est, is cum v. 433 duobus nominibus prorsus absurde copulatis *Sagarinus Syrus* dicatur, non profecto inepte quispiam in veri Syrus nominis locum ab interpolatore demum Sagarinum esse substitutum, uno autem hoc loco Plautinae manus vestigium casu relictum opinaretur, nisi talem argumentationem illud everteret quod, nisi omnia fallunt, illo ipso versu *syrum* vel *sirum* nihil est nisi corruptum *feram* verbum.

Aliud est genus, in quo conclamatior Stichi sit quam aliarum fabularum condicio. Nam cum nominum notae illae, quibus singuli inter se sermones discriminati colloquentium actorum personis distribuuntur, nullae usquam in **A** sint, in sat multis scenis Plautinis scenarumve partibus nullae in **CD**, in Sticho quidem singulare hoc accedit quod easdem, idque constanter per totam fabulam, ne **B** quidem servavit. Itaque, quantumvis levis in hoc genere universo vel plane pleneque testantium librorum fides sit (cuius rei caussam Prolegomenis Trin. p. XXXVIII. significavi), tamen quo non spernendo ratiocinandi praesidio alibi uti licuit, ut in extremis Trinummi scenis, item in Bacchidum prima, eo in duabus potissimum Stichi partibus dolendum fuit nos prorsus destitui: quae sunt ab initio et in fine fabulae. In his igitur ubi ne **CD** quidem quicquam testarentur: quoniam **FZ** (ut l. s. s. p. L sq. commemoravi) non alio fonte nisi ipso **D** usi sunt: non potui quin prorsus e meo iudicio penderem nec unquam tralaticiam sermonum partitionem curans id sequerer solum quod rei probabilitas

suadere videretur. Quanquam haec ipsa optandi potestas deligendique libertas dici nequit quam fuerit plena dubitationis, cum et sententiarum ratio et personarum indoles haud raro diversissimos atque adeo contrarios dispertiendi modos admittat. Vt non diffitear eas rationes, quas vel Philumenae et Pamphilae vel Stichi et Sagarini sermonibus disponendis adhibui, aliquoties (ut ad v. 88. 682 dixi) necessitatem persuadendi minime habere.

Praeterea in orthographico genere aliquid novavi, de quo breviter esse commonendum video. In quo ut dies diem doceat, cum nuper expertus sum Musei nostri phil. t. VII, p. 318 sq., ubi *conisus conexus coniuent* formas firmavi quas Vergiliani quoque codices tuentur, tum in contrarii generis scriptura *nollo* pro *nolo* nunc intellexi. Quam receptam a me Stichi v. 631. 718. 733, servandam etiam Milit. 81 (*nollet*), non deberi casui Diomedes docet haec tradens I, p. 381 [386, 13]: 'ex hoc uerbo [*uolo*] composita sunt malo nolo. mendose qui (*f.* quidam) geminant *l* litteram et enuntiant mallo nollo: quoniam principale eorum unam habet *l*, uolo, et in compositione prima decidit syllaba, sequens non immutatur'. Vbi quid mendose fieri iudicet grammaticus, non est quod nos admodum curemus, qui satis *ἀναλόγως nonuolo* transire in *nollo* potuisse perspiciamus. Gravius hoc est, quod antiquos auctores habere hanc scripturam illinc discimus: quorum doctrinam non par esse putamus editorem Plauti obscurari pati. Quanquam ut nunc res est, non ausim equidem eandem ceteris quoque locis restituere praeter librorum vel testimonia vel vestigia. Etsi enim in genere orthographico ad certam constantiam revocando, qui posthac Plautum edent, nisi fallor aliquanto longius quam nos nunc consulto voluimus progredi et poterunt et debebunt: velut *hau* scripturam ante consonantes perpetuabunt, item *auscular*i formam pro *oscular*i, *it at quit quot* pro *id ad quid quod*, *semul* pro *simul*, *essurio* pro *esurio*, *surrupere* pro *surripere*, *pausillus* pro *pauxillus*, *rusum prosum susum* pro *rursum prorsum sursum*, *quor* pro *cur*, *puplicus* pro *publicus*, item *aps apsens opsecro optinco inprobus inritus conporto* cum similibus, *u* pro *y*, alia: tamen suapte natura non tam certis finibus hic locus uni-

versus circumscriptus est, quin semper quaedam vagatura sint liberius, quae unius normae severitate exaequari aut ratio vetet aut dissuadeat commoditas. Sic qui sapiant merito dubitabunt e legum monumentis *gnoscere* ambiguaque Festi (p. 174) memoria *gnobilis* in Plautum inferre, quantumvis probabile sit *gnatus* eundem semper, nunquam *natus* dixisse. Item consuetudini fortasse hoc dabunt, ut *quom* scripturam, quae non immerito in *quomplures quiquomque utquomque* servabitur, transferre ad praepositionem vereantur, quae haud sane saepe, sed tamen non nunquam sic scripta in bonis libris exstat. Nec qui *nollo* constanter substituere in locum tralaticiae *nolo* formae animum inducat, consultius agere videbitur quam qui exclusa *debere* scriptura ubique *dehibere* ponat, tametsi et *praehibere* ubique et semel ipsum *dehibere* testantur codices."

De diasceue Stichi post Ritschelium scripserunt Bergkius (Diar. antiqu. stud. a. 1850 p. 332 sqq.) Teuffelius (Stud. u. Charakt. p. 277 sq.), Ladewigius (Philol. vol. 17 p. 455 sqq.), de quorum commentis quid sentirem exposui Act. soc. phil. Lips vol. VI p. 270 sq. et 302 sqq. Summam eorum quae disputavi etiamnunc teneo: singula quaedam retractare cum non sit huius praefationis alio loco constitui. De nominibus tamen cur secutus sim rationem a Ritscheliana editione discrepantem quam paucissimis hoc ipso loco exponere in animo est.

Atque primum quidem Pamphilippi nomen tale esse in quo offendamus non nego: sed certum est idem nomen exstare in ipso contextu locis hisce: 506 (ABCD), 527 (ABCD), 582 (BCD), 583 (BCD), 596 (ABCD) hisque omnibus locis numeros tolerari posse servata hac nominis forma. Idem nomen exhibet titulus scaenae IV 1 ($AD^3$) et IV 2 ($BD^3$). Unus est v. 393, ubi A Pamphilum exhibet, reliqui libri Pamphilippum ita, ut defensio non exclusa sit.*) Quare cum Pamphilippus forma saltem in retractata fabula exstiterit, errore autem uno illo loco pristinam formam resedisse mihi quidem improbabile sit, hoc nomen retinui: nec prorsus ratione carere exposuerunt Bergkius l. s. s. p. 335 et Spengelius l. in adn. commemorato.

*) Eandem versus scribendi rationem quam ego Spengelius secutus est (Sitzungsber. der Münchener Acad. a. 1883 p. 266)

Fabulae non retractatae utrum idem fuerit nomen necne nescitur. — Etiam Panegyridis nomen servavi, quod semper exhibent libri et in contextu et in titulo praeter primum, ubi Ambrosianus nomina PHILVMENA et PAMPHILA praebet. Namque persuasum habeo, tale fuisse nomen mulieris in fabula retractata. In genuina fabula utrum exstiterit nomen Philumena an aliter sit explicanda inscriptio Ambrosiani dubito: cf. quae exposui Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 273 post Bergkium l. s. s. Geppertumque Plaut. Stud. vol 1 p. 107 et quae post nos exposuit Spengelius l. s. s. — Pamphilae nomen retinui, ne nomine careat soror minor, quamvis ex solo illo loco Ambrosiani podierit: nihili esse aut Dinacium nomen pueri aut Pinacium nomen mulieris pro certo habeo. Retractatae fabulae nomen nescimus: quod utrum Pamphila fuerit sicut in genuina an Pamphila fuerit in genuina tantum aliudque in retractata ignoramus. — De Epignomi nomine merito dubitaverunt Bergkius l. s. s. p. 346 (ubi de Epinomus cogitat) et post Bergkium Fleckeisenus in editione, extitisse olim Epistrophus, Abronichus, Aristratus, Onesimus vel aliud simile nomen suspicatus. Fleckeiseno assentitur Koenig, de nom. propr. quae sunt apud Plautum et Terentium p. 17. *Epĭgnomus* si metiris, claudicant v. 238 et 465, si *Epīgnomus* cum Muellero Pros. Pl. p. 330, evertuntur v. 282 et 371. Cf. quae de hoc nomine monuit Ritschelius Opusc. vol. III p. 311. — Servo alteri Sagarinus nomen est, ut voluit Ritschelius duce Salmasio: cuius rationem neque Bergkio (l. s. s. p. 337) Sangario scribenti neque Koenigio (l. s. s. p. 29) Sangarinus defendenti redarguere contigit. De reliquis nominibus quod addam non habeo.

Sed haec hactenus. Restat ut adnotatiunculas quasdam addam Schoellii mei inter corrigendum natas. V. 217. *quam edo, quando*: 230. *Vaniloquilalias*: 255. *Immo uolt abs te m. nobis darei*: V. 376: *Eu est, qui*: ante v. 387 quaedam deesse videntur: v. 541. *quo euasurus sit* [*senex*]: v. 650. *Χαῖρε o erilis.*

Ienae m. Octobri a. 1883.

G. G.

T · MACCI · PLAVTI

# S·TICHVS

[T. MACCI PLAVTI STICHVS]
GRAECA ADELPHOE MENANDRV
ACTA LVDIS PLEBEIS
CN · BAEBIO C · TERENTIO AED · PL ·
[EGIT]
T · PVBLILIVS PELLIO
[MODOS FECIT]
MARCIPOR OPPII
TIBIIS SARRANIS TOTAM
[FACTA EST ?]
C · SVLPICIO C · AVRELIO COS ·

*Hanc didascaliam primus ex A edidit Angelus Mai (M. Acci Plauti fragmenta inedita, p. 52), emendavit et explicavit Ritschelius (Parerg. p. 251 sqq.): eiusdem emendationem perfecit Studemundus (de actae Stichi Plautinae tempore in Comm. in hon. Theod. Mommseni ed. p. 782 sqq.) refutatis hallucinationibus Geppertianis (Ueber den Cod. Ambr. p. 10 sqq.) Quae uncis inclusimus, supplementa sunt Ritschelii, pro quibus vacua A praebet spatia. V. 7 Ritschelius* modulatus est *scribebat: ego cum Guilelmo Wilmanns (de didasc. Terent. p. 33 sqq.) aliisque formulam sollemnem reposui*

# ARGVMENTVM I

1. DUASSORORES
2. DUOF
3. REMQUAER
4. S
5. SOROR
6. PA
7.
8. R
9. FAC

*Has argumenti reliquias eruit felicissime Studemundus l. s. s. p. 25 (804), qui haec addit: „Duas sorores [vers. 1] dicuntur sine dubio uxores duxisse duo f(ratres) [vers. 2], qui tamen quoniam rem quae(runt) [vers. 3], peregre profecti sunt et per longum temporis spatium a patria absunt; pa(ter) [vers. 6] castigat filias, quod eae uiros perseverent peregrinantes pauperes sustinere neque relinquere, etc.“*

# ARGVMENTVM II

Senéx castigat fílias, quod eaé uiros
Tam pérseuerent péregrinantis paúperes
Ita sústinere frátres neque relínquere:
Contráque uerbis délenitur cómmodis,
Habére ut sineret, quós semel nactaé forent. 5
Virí reueniunt ópibus aucti tráns mare:
Suam quísque retinet, ác Sticho ludús datur.

---

INCIP̃ STICHVS PLAVTI. ARGVMENTV̄ *B*. IN CI(I *e corr.*)PIT STI CHVS PLAVTI *C*. INCIPIT STICHVS PLAVTI. INCIPIT ARGVMENTVM *D*³. Stichus Plauti *Z*. PLAVTI POETE. CLARISSIMI. STICVS INCIPIT. ARGVMENTVM *F*, *qui* STICVS *inscribit per totam fabulam* 1. enex *cum spat. C* quod eę *D*, *Bothius*. quodaeae *B*. quo heae *C*. quod hae *FZ* 2. pauperis *CD* 3. sustine *C* 4. Contra quę *CD*: *'quod defendi potest' Ritschelius* deleniter *B*¹: *corr. ead. manus*. delinitur *F* 5. ut] quod *F*. *om. Z* quos] ut *F* nactę *C*. nacte *Z*. inacta *B* 6. transmare *C* 7. retineat *CD*. retinat *B* EXPLICIT ARGVMENTVM *addit B*, EXPLICIT *D*³

# PERSONAE

PANEGYRIS [PHILVMENA] } SORORES
[PAMPHILA]
ANTIPHO SENEX
GELASIMVS PARASITVS
CROCOTIVM ANCILLA
PINACIVM PVER
EPIGNOMVS } FRATRES
PAMPHILIPPVS
STICHVS } SERVI
SAGARINVS
STEPHANIVM ANCILLA
TIBICEN

*De* Sagarini *et* Stichi *nominibus cf. liber glossarum, qui (velut in Palat. 1773 et Ambrosiano B 36 inf.) haec habet:* fugens et sagaris: nomina seruorum: *in quibus* Stichus *et* Sagarinus *latere coniecit Loewius Anal. Pl. p. 213*

# ACTVS I

## PANEGYRIS. PAMPHILA

Credo égo miseram Penélopam fuisse
Soror suo éx animo, quae tám diu uidua 2ª
Viro suó caruit: nam nós eius animum 2ᵇ
De nóstris factis nóscimus, quarúm uiri hinc absunt

---

*Act. I scaena 1* PHILUMENA PAMPHILA *A: quae nomina Ritschelius per totam fabulam restituit.* PANEGIRIS PINACIVM SORORES · II · *BD. om. C: cf. praefatio Ceterum in ipsis sermonibus per fabulam universam personarum nominibus caret B spatiis in mediis versibus relictis: quae si desunt diligenter adnotabitur V. 1—47 cum iambicis senariis Muretus Var. lect. V 6 discripsisset, Hermannus auctore Reizio versus „Reizianos" restituit in libro de metr. p. 173 sqq.: quam sententiam idem in Zimmermanni Diar. antiqu. stud. a. 1837 p. 759 sq. (= Ritschelii Opusc. vol. II p. 198 sqq.) ita retractavit, ut octo tantum priores versus hoc metro includeret, quos quidem sotadeos esse voluerat Elem. doctr. metr. p. 457 sq. Saturnios v. 1—8 appellat Fritzschius Philol. vol. 34 (a. 1876) p. 188 sq. Cf. Westphalius apud Darnmannum I p. 7 V. 1—2ᵇ ita discribit B: quam discriptionem defendunt praeter alios Christius Metr. Bemerk. p. 48, Metrik p. 272², Hermannus Buchholtz Philol. vol. 36 (a. 1877) p. 721 sqq.: eosdem in sex versiculos discerpit A, quorum haec initia sunt:* Credo, Fuisse, Soror, Quae, Viro, Nam*: qui versus non videntur displicere Studemundo de cant. p. 27. 31 neque Redslobio symb. crit. p. 3: cf. Spengelius Reformvorschläge p. 331 sq. Contra librorum discriptione abiecta verba ita scripsit Hermannus:* Credó ego Penelopám, soror, miserám suo ex animo ‖ Quae tám diu suo caruít uiro: nam nos eius animum *(vel:* Quae tam diu uidua suo uiró caruít: nam eius animum*), quem secutus Ritschelius v. 2 priorem scripturam praetulit, v. 1 sic transponens* Credo ego fuisse miseram, soror, Penelopam, ex animo*: sic autem Muellerus Pros. Pl. p. 146:* Credo égo miseram fuisse Penelopam, soror, suo ex animo, ‖ Quae tam diu uidua uiro suo caruit: nam nos eius animum, *cum Bergkius Diar. antiqu. stud. a. 1850 p. 338, Fleckeisenus, Crainius Ueber Compos. etc. p. 37 adeo trochaicos octonarios facerent. Cf. quae protulerunt Darnmannus II (h. e. progr. Graudent. ed. a. 1870) et Winterus Ueber die metr. Reconstruction der Pl. Cantica p. 65* 1. *Sic A, nisi quod* FUISSEPENELOPAM · redo *c. spat. C.* Credon *Westphalius l. s. s.* egomiseram *B* ego *sup. scr. D²* Penelopamfuisse *Christius Metr. p. 272².* fuisse penelopam *(*pene lopam *B.* penolopam *C.* penelopam *ex* penolopam *D) libri cum A* 2ª. *Sic A* suo *om. iam Muretus* exanimo *C* quę *C* tamdiu *BCD* 2ᵇ. *Sic A* nos *ex* uos *D³* *V. 3—5 sic discribunt AB* 3. DENOSTRISFACTISNOSCIMUSQUARUMUIRIHINCAPSUNT *A* hinc uiri

Quorúmque nos negótiis abséntum, ita ut aequomst,
Sollícitae noctes ét dies, sorór sumus semper. 5

PAMPHILA

Nostrum ófficium nos fácere aequomst
Neque id mágis facimus quam nós monet pietas. 7ª
Sed híc, mea soror, adsídedum: multá uolo tecum 7ᵇ
Loquí de re nostra ét uirum.

---

*Reizius, Ritschelius, Muellerus Pros. Pl. p. 146* hinc *(*n *ex* c *inter scrib. corr.) D* 4. QUORUMQ·NOSNEGOTIISAPSENTIUMITAUTAEQUOMEST *A* nos *om. DFZ* absentum ut est aequum *(*equum *CD,* aequm *B) BCDFZ.* absentum, ita ut est aequom *vel* absentium ita ut aequomst *Bergkius l. s. s. p. 338: cf. Buechelerus de decl. (ed. Windekilde) p. 80.* Quorúm quidem nos negótiis *e. q. s., quod duriusculum esse annotat Ritschelius, unice verum dicit Fleckeisenus Nov. ann. vol. 60 (a. 1850) p. 260* 5. *Sic A, nisi quod* SOLLICITAENOCTES*(vel* IS*)* solicitae *FZ.* sollicite *(*ci *sup. scr.) D* noctes et *CDFZ.* noctaes sed *B* mea *(vel* o*)* soror *vel* simus *Spengelius l. s. s. p. 300, qui alteram versus Reiziani partem anapaesticam esse vult*

*V. 6—8 ita discribit B: nec differt A, nisi quod ut supra v. 6, 7, 8 discerpens haec constituit initia:* Nostrum, Nos, Neque, Quam, Sed hic, Loqui, Saluine*: Veteris discriptionem (v. 6. 7) suo quisque modo tutantur Bergkius l. s. s. p. 339, Redslobius p. 4, Hermannus Buchholtz l. s. s., Spengelius l. s. s.: Studemundus de cant. p. 32 hoc quoque loco Ambrosiani versiculos praetulit. Versus Reizianos pergit discribere Hermannus hosce:* Nostrum ófficium aequomst fácere nos, neque id magis fácimus ‖ Quam nós monet pietás: sed hic, mea soror, assísdum: ‖ Voló tecum de ré uiri. Saluaene amábo? *cui astipulatur Ritschelius, nisi quod altero versu* sed huc soror adsiesdum *et tertio* Volo loqui de re uiri *scribit, pro quibus* Volo tecum loqui de re uiri *Fleckeisenus Nov. ann. vol. 61 (a. 1851) p. 42. Versu 6 transpositionem Hermannianam praeiverat Bothius:* huc *v. 7ᵇ coniecerat iam Acidalius. In adnotatione commendat Ritschelius hoc:* sed hic, mea soror, adside, ‖ Dum uolo loqui de re uiri. *Crainiana omitto* 6. PINACIVM *praef. CD.* PI. *FZ* *Sic A, nisi quod* OFFICIUM *et* AEQUOMST offitium *B* aecum est *B.* aequum *(*equm *D)* est *CDFZ* 7ª. *Sic A* nos *cum Weisio delet Redslobius p. 4 non male Ambrosiani versiculos tutatur etiam Muellerus Pros. Pl. p. 194 Hunc v. ut v. 7ᵇ et 10 creticum tetrametrum esse praemissa anacrusi dicit Bergkius l. s. s. p. 339* 7ᵇ. SEDHICSORORASSIDEDUMMULTAUOLOTECUM *A* *Totum v. Panegyridi dat Ritschelius, priora Panegyridi, extrema (a* multa*) Pamphilae Redslobius p. 4: cf. Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 452 sq. et Bergkius l. s. s. p. 339, Acta Soc. phil. Lips. vol. VI p. 271* mea soror *libri praeter A omnes* adsidum *(*ad si dum *C) BCD¹.* adsisdum *D²FZ* 8. *Sic A, nisi quod* SALUI*(min. prob.* E*)*NEAMABO *(cf. v. 6—8) Veteris scripturam tuentur Christius Metrik p. 348², Muellerus Pros. Pl. p. 146, Bergkius l. s. s., Redslobius p. 4, Ambrosiani Stude-*

PANEGYRIS

Saluaéne, amabo?

PAMPHILA

Speró quidem et uoló: sed hoc, soror, crúcior: 9
Patrém tuom meúmque adeo unice únus 10. 11
Ciuíbus ex omnibús probus qui perhibétur
Eúm nunc improbí uiri officio úti, 13. 14
Virís absentibús nostris qui tántas 15
Facit íniurias inmérito

---

*mundus de cant. p. 27, 32* Loquidere *C* nostra et uirum *exempli causa scripsi.* uiri *libri.* uirum *Bothius duce Guyeto, Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 453.* nostra *Westphalius l. ad v. 1—47 indicato* Pamph.] *Pinacio (= Pamphilae) continuant BCD: cf. Bergkius l. s. s. p. 339.* PA. *praefigunt FZ* Saluaene *Hermannus:* salue ne *B.* saluene *CDFZ.* saluene ea *vel* saluane ea *Spengelius l. s. s. p. 333: cf. Ritschelius ad Trin. v. 1177 et Donat. ad Ter. Eun. V 6, 8.* Saluerene *mire Buchholtzius l. s. s.* *V. 9—17 sic discribit A: eadem discriptione B utitur, nisi quod v. 16. 17 in unum contraxit: quam discriptionem merito tuentur Bergkius l. s. s. p. 340, Studemundus de cant. p. 32, Christius Metr. p. 348², Buchholtzius l. s. s., Redslobius l. s. s., Spengelius l. s. s., quamvis de metris discedentes: quorum quidem nil mutantes Buchholtzius et Spengelius meros anapaestos restituunt, partim anapaestos (16. 17, quibus v. 15 addit Bergkius) partim iambicos faciunt Bergkius, Studemundus, Redslobius, Christius: audacius duce Hermanno Ritschelius hos dimetros iambicos edidit:* Speró quidem et uoló. set hoc, ‖ Sorór, crucior patrém tuum ‖ Meumque ádeo qui unus únice ‖ Ciuíbus ex omnibús probus ‖ Perhibétur: eum nunc ímprobi ‖ Viri ófficio uti: quí uiris ‖ Tantás absentibús facit ‖ Nostrís inmerito iniúrias ‖ Nosque áb eis uolt abdúcere: *quorum aliquot Plautina elegantia destitutos esse monet Kiesslingius Anal. Pl. p. 11 sq.* 9. *Pamphilae dedi duce Ladewigio l. s. s., quae Pinacio FZ tribuunt.* PANEGIRIS *praem. CD, Ritschelius* *Sic A, nisi quod* EQUIDEMET: *qui cum Ritschelio* EQUIDEM .. ET *habere visus esset, Bergkius l. s. s. duce Ritschelio* equidem id et *scripsit* equidem *F cum A* crutior *BC* 10. 11. *Sic A, nisi quod* PATREMTUUMMEUMQ: *et* UNICEQUIUNUS tuum *libri cum A* unice unus *scripsi* qui *in v. 12 collocato.* unice qui unus *libri cum A: de colloc. cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 24* unĭcĕ *mensuram def. cum Christus Metr. p. 246² tum alii* 12. *Sic A, nisi quod* CIUIBUS, PROBUS, *om.* QUI exomnibus *C* probus qui *scripsi.* probus *libri cum A: cf. v. 10. 11* 13. 14. *Sic A, nisi quod* UIRI 15. UIRISQUITANTASAPSENTIBUSNOSTRIS *A: idem reliqui, nisi quod* absèntibus, *quae transposui: pro quo talem commendat Bergkius versum:* Viris tántas qui absentíbus nostris *vel hunc:* Qui tántas absentíbus nostris *(*Viris fácit iniurias ínmerito*): de transpositione cogitat etiam Bombe de abl. abs. thes. 4 in singulis errans* *Syncopen quandam in voce* tantas *statuunt Studemundus de cant. p. 32 et Redslobius l. s. s.* 16. FACITINIURIASIN-

Nosque áb eis abducére uolt.
Haec rés uitae me, sóror, saturant,
Haec míhi diuidiae et sénio sunt.

PANEGYRIS

Ne lácruma, soror, neu túo id animo 20
Fac, quód tibi pater faceré minatur.
Spes ést eum melius fácturum.
Noui égo illum: ioculo istaéc dicit:
Neque illé sibi mereat Pérsarum
Montís, qui esse aurei pérhibentur, 25
Vt istúc faciat quod tú metuis.
Tamen sí faciat, minume írasci
Decet: néque id immerito euéniet.
Nam uíri nostri domo ut ábierunt,
Hic tértiust annus.

---

MERITO *A* immerito *libri praeter A* 17. NOSQ:ABEISABDUCERE-UOLT *A* is *B.* his *CDFZ.* iis nunc *Hermannus in Elem.* abdu////cere *B.* abducere *(*b *s. v.) D.* abducere ui *Bergkius l. s. s.* uult *libri praeter A* *V. 18—33 anapaesticos esse Hermannus vidit, qui duobus systematis conclusit: eandem versuum distinctionem AB (et A quidem inde a v. 20 pari singulorum initio) servant, nisi quod v. 31 sq. B in unum contraxit: contra v. 20—47 tribus systematis inclusit Redslobius p. 5* 18. *Sic A* Hae res *BZ.* Heres *C.* Heres *DF* uitę *C.* uitae *(*i *ex* o*) D* soror me *F* saturant *(*s *ex* n*) D* 19. *Sic A, nisi quod* MIHI Hae *libri praeter A* mi *BCDF* diuidię *C.* diui diae *B* sęnio *D* 20. *Panegyridi dedi duce Ladewigio.* PIN. *CD.* PA. *FZ* NELACRIMA-SORORNEUTUOIDANIMO *A* Neu *libri praeter A* lacruma *BCD.* lachruma *Z* neutuo *D.* ei eu tuo *C* 21. *Sic A, nisi quod* TUUSPATERFACERE *Versum creticum esse dicit Bergkius p. 340 (*minitatur*), dimetrum iambicum adiecta clausula anapaestica Studemundus de cant. p. 59, anapaesticum tetrametrum hypercatalectum Spengelius et Buchholtzius* tibi *Bothius.* tibi tuus *libri cum A, nisi quod* tuus tibi *F.* tuus *Hermannus olim, sic ille alio tempore transponens:* neu tu ánimo id fac ‖ Quod tíbi tuus pater faceré minatur*: cf. Spengelius Plaut. p. 135* 22. *Sic A* 23. *Sic A, nisi quod* NOUI *et* DICIT ioculo istec *CD.* istaec ioculo *Camerarius* 24. NEQ·ILLESIBIMEREAT-PERSARUM *A* illic *Ritschelius.* ille hau *idem in adnotat.* 25. MONTI-*(min. prob.* E*)*SQUIESSEAUREIPERHIBENTUR *A* montes *CDFZ* perhibentur *(*h *sup. scr.) B* 26. *Sic A* tumet uis *B* 27. TAMETSI-FACIATMINIMEIRASCI *A* Tamen si *BCDFZ.* Tam si *dubitanter Ritschelius in adnotatione coll. v. 44* minime *BCDFZ cum A* 28. *Sic A, nisi quod* DECET *et* EUENIET 29. NAMUIBINOSTRIDOMOUT-ABIERUNT *A* 30. HICTERTIUSANNUSITAUTMEMORAS *A, nisi quod* HIC

PAMPHILA

Ita út memoras. 30

PANEGYRIS

Quom ipsi ínterea ut uiuánt, ualeant,
Vbi sínt, quid agant, ecquí bene agant,
Neque párticipant nos néque redeunt.

PAMPHILA

An id dóles, soror, quia illi suom ófficium
Non cólunt, quom tu tuom fácis?

PANEGYRIS

Ita pol. 35. 36

PAMPHILA

Tace sís: caue sis audíam ego istuc
Posthác ex te.

---

*litterae incertissimae* tertiust *Ritschelius.* tertius *libri cum A, nisi quod* tercius *B: cf. Ritschelius Opusc. II p. 610* *De* annust *cogitat Spengelius* Pamph.] *Ita scripsi duce Bergkio* cum *FZ (*PIN.*).* PHILVMENA *Ritschelius: om. BCD cum A sine spatio* 31. *Sic A, nisi quod* ut *omisso* Paneg.] PA. *FZ: om. CD. eidem personae continuavit Ritschelius: cf. quae ad v. 7*[b] *adnotavimus* Cum *libri praeter A* isti *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 442* ut *add. Seyffertus, Redslobius p. 5: om. cum libris Ritschelius* 32. UBISINTQUIDAGANTECQUIDAGANT *A* ecqui bene agant *Ritschelius.* ecquid *(*ec quid *BC)* agant *BCD cum A: om. FZ.* ecquid ament nos *non inepte Lomanus p. 62, minus recte de trochaicis numeris cum hic tum aliis locis huius scaenae cogitans.* ecqui indigeant *Bergkius l. s. s.* *Paroemiacum Hermannus hac distinctione effecit:* Vbi sínt, quid agant, ecquid agant neque ‖ Partícipant nos neque rédeunt*: cf. Spengelius Plaut. p. 126, qui librorum scripturam defendit, ut Reformvorschl. p. 415* 33. *Sic A, nisi quod bis* NEQ: *V. 34—47 ita discribunt AB: quam discriptionem merito retinuerunt iidem qui supra, ubi praeter anapaestos iambicum systema (v. 34—36:* An íd doles sorór quia ‖ Illí suum officium nón colunt ‖ Quom tú tuum facis? Ita pol*) et bacchiacos (cum Hermanno v. 43. 44:* Et si ílli improbí sint atque áliter nos fáciant ‖ Quam aequóm sit, tam pól noxiaé ne quid mágis sit, ‖ Omníbus obnixe opibús nostrum ‖ Nos ófficium meminísse decet*) Ritschelius esse censuerat* *De v. 34—36 cf. Studemundus de cant. p. 59, Spengelius Pl. p. 91* 34. *Sic A, nisi quod* SOROR *et* SUUM Pamph.] PIN. *FZ. om. CD* id *(*i *ex* a*) D* suum *libri cum A* 35. 36. NONCOI*(vel* E*)*UNTQUOMTUTUUMFACIS#ITAPOL *A* cum *libri praeter A* tu tuum *Ritschelius ex A: idem coniecerat Weisius.* tuum *BCDFZ* PANEG.] *Ita CDFZ* *V. 37. 38 inverso ordine exhibet A* *Dimetros acatalectos discripsit Hermannus* 37. PAMPH.] PIN. *CDFZ* *Sic A* 38. *Sic A* Posthac *F cum A.* Caue posthac *(*post

PANEGYRIS

Nam quíd iam?

PAMPHILA

Quia pól meo animo omnis sápientis
Suom officium aequomst colere ét facere. 40
Quamobrem égo te hoc, soror, tametsi és maior,
Moneo út tuom memineris ófficium:
Et si ílli improbi sint, átque aliter
In nós faciant quam aequómst, tam pol
Nostrís omnibus obníxe opibus 45
Nostrum ófficium meminísse decet.

PANEGYRIS

Placet: táceo.

PAMPHILA

At memineris fácito.

---

hac *B*) *BCDZ* exte *C* PANEG.] PA. *CDFZ: spat. B cum A* quid *DFZ cum A.* qui *BC* 39. PAMPH.] PIN. *CDFZ* QUIAPOLMEOANIMOOMNI*(vel* E*)*SSAPIENTI*(vel* E*)*S *A* sapietis $D^1$*: corr.* $D^2$ 40. *Sic A, nisi quod* SUUM *et* AEQUOMEST *et* FACERE suum *libri cum A* aecum est *B.* aequum *(*ęquum *D)* est *CDFZ V. 39—47 confusos tales olim fuisse suspicatur Muellerus Pros. Pl. p. 422:* Quia etsi ílli improbi sint átque aliter ‖ Faciánt quam aequom sit, támen pol nos ‖ Nostrum ófficium meminísse decet. ‖ Ph. Placet táceo. Pa. At memineris fácito *ceteris abiectis V. 41—47 tractat Berghius l. s. s. p. 342 licenter* 41. *Sic A, nisi quod* SOROREGOHOCTE Quam obrem *BD.* Quam ob rem *C* tam etsi es *B.* tam et sies *C.* tamet sies *D* 42. *Sic A, nisi quod* TUUM tuum *libri cum A* 43. *Sic A* adque *C* 44. *Sic A, nisi quod* In *omittit et* TAM *habet* In nos *Pius.* Nos *libri cum A.* Nis *(=* nobis*) Guyetus.* Nobis *Redslobius p. 8: catalecticum v. tuetur Studemundus de cant. p. 59* aequm est *B.* aequum *(*ęquum *CD)* est *CDFZ.* aequom sit *Hermannus, Ritschelius* tamen pol *libri praeter A* 45. NEQUIDMAGISSITOMNIBUSOBNIXEOPIBUS *A* Nostris omnibus *exempli causa Spengelius p. 415 initium ex v. 7 huc pervenisse ratus.* ne quid *(*nequid *BC)* magis simus *BCDFZ, ubi* minus *Pius. an* Eo magis? obnixe *CDFZ cum A.* obnoxiae *B* tamén pol ne quíd magis siémus ‖ Omníbus obnixe opibús *Hermannus.* Ne quíd magis sit noxíae obnixe *Redslobius p. 5* 46. *Sic A, nisi quod* NOSTRUM 47. PANEG.] PA. *CDFZ* PLACET#TACEO#ATMEMINERISFACITO *A* PAMPH.] PIN. *DFZ.* PAN. *C. spat. AB* placet: tace *Berghius p. 343* at] an *F V. 48—57 Plautinos non esse A evincit, a quo illi prorsus absunt: cf. Ladewigius Phil. vol. 17 (a. 1861) p. 455, qui ex his versibus non genuinis suspicatur in genuina quoque scaena olim Panegyrin rationem suam de-*

(Panegyris

Nolo égo, soror, me crédi esse inmemorém uiri:
Neque ille eós honores, míhi quos habuit, pérdidit.
Nam míhi pol grata accéptaque huiust benígnitas: 50
Et mé quidem haec condício nunc non paénitet,
Neque ést quor studeam has núptias mutárier.
Verúm postremo in pátris potestatést situm:
Faciéndum id nobis, quód parentes ímperant.

Pamphila

Scio átque in cogitándo moerore aúgeor: 55
Nam própemodum iam osténdit suam senténtiam.

Panegyris

Igitúr quaeramus, nóbis quid facto úsus sit.)

---

## ANTIPHO. PAMPHILA. PANEGYRIS

Antipho

Quí manet ut moneátur semper séruos homo officiúm suum,
Néc uoluntate id fácere meminit, séruos is habitu haú probost.

---

*fendisse* 48. PA. *praemittunt FZ: om. CD.* Pamph. *Bergkius p. 335* soro $D^1$. soror $D^4$ inmemorem *CD.* immemorem *BFZ* 49. eos *del. Bothius, Ritschelius:* ille *del. Guyetus* 50. mihi pol *B.* pol mihi *reliqui* gra ta *ex* grã *D* huiust benignitas *Ritschelius (*hui'st *Guyetus).* huius *(ante eam v.* c̃ *erasum in D)* est benignitas *libri.* huius benignitast *Bothius* 51. hęc *C.* hoc *B* conditio *libri* penitet *B.* petiit et *C.* periit et *DFZ* '*Mirum loquendi genus*' *Scaliger* 52. Neque est cur *Guyetus.* Neque est cur non *(*quor non *B).* *BCD.* Neque est cur nunc *FZ, Muellerus Pros. Pl. p. 306. Perperam de his iudicat Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 18* 53. postremo *ex* postea *D* *Post* patris *eras.* est *in D* potestate est *libri* 54. Faciundumst nobis *Ritschelius in adn.* 55. PIN. *FZ. om. CD.* Paneg. *Bergkius l. s. s.* adque *C* in cogitando *D.* incogitando *C* merore *BCDF* augeor *BCD, Bentleius in Heautont. II 2, 3.* angor *FZ.* angeor *cum Palmerio Acidalius* 56. prope modum *C* 57. PA. *FZ. om. CD.* Pamph. *Bergkius l. s. s.* queramus *BDF.* que ramus *C* · nobis *sup. scr.* $D^2$ quod *C* facio *BC* usus] opus *F* sit] sit antipho *B*

*Act. I scaena 2* ANTIPHO MULIERES *A. om.* $BCD^1$. ANTIPHO $D^3$. Antipho Panegyris. Pinacium filiae *FZ* 58. QUIMONEATUTMONEATURSEMPERSERUUSHOMOOFFICIUMSUÃ *A* Cui *D.* ui *cum spat. init. C* manet *BCDZ.* monet *F* seruos *libri*

Vós meministis quótkalendis pétere demensúm cibum: 60
Quí minus meminístis, quod opust fácto, facere in aédibus?
Iám quidem in suo quicqué loco nisi erit míhi situm supelléctilis,
Quom égo reuortar, uós monumentis cómmonefaciam búbulis.
Nón homines habitáre mecum míhi uidentur, séd sues.
Fácite sultis, nítidae ut aedes meae sint, quom redeám domum. 65
Iam égo domi adero: ad meám maiorem fíliam inuisó modo.
Sí quis me quaerét, uocatote áliqui: aut iam egomet híc ero.

---

*praeter A* suum *libri cum A* 59. NECUOLUNTATEIDFACEREMEMINITSERUUSHISHABITUHAUPROBUS *A* Nec] Nam *B* uluntate *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 686* Facere nec uoluntate id *Geppertus Pl. Stud. vol. II p. 46* seruos is *CDFZ.* seruosis *B.* seruos hic *tamquam ex A Geppertus l. s. s.* habitus *F* aut *BCD.* haud *FZ* probost *Ritschelius.* probu st *B.* probus st *CD.* probus est *FZ* 60. *Sic A, nisi quod etiam* DIMENSUM *legi potest* quod kalendis *D.* quot Kalendis *FZ.* quod calendis *BC* 61. *Sic A, nisi quod* MINUSMEMINISTIS *et* OPUSSIT opust *Bothius.* opus sit *(*sit *sup. scr. D) libri cum A* factre *(*r *inter scrib. ex* e*) D* 62. *Sic A, nisi quod* QUIQ:, NISI, SUPELLECTILIS in *om. Bothius* quicque *AB, Pylades.* quique *CD, Muellerus Pros. Pl. p. 347, Ribbeckius Com. R. p. 62*[2]. quoque *F.* queque *Z.* quidque *vulgabatur inde a Taubmanno* sita *F* supellectilis *FZ cum A.* suppellectilis *BCD. Vide Proleg. Trin. p. CXXIII. CXXXVII* '*Durioribus numeris huius versus etsi defensio parata est ibid. p. CCXXV et CLIV, tamen nescio an praestiterit*: Iám nisi quidem suo quícque locó mi erit situm suppelléctilis' *Ritschelius* supellectilis *nominativum esse suspicantur Muellerus, Ribbeckius l. s. s.* sita *scribentes* 63. *Sic A, nisi quod* MONIMENTISCOMMONE*(vel* I*)*FACIÃ Quom *B cum A.* Cum *reliqui* reuortar *e* réuertar, *an hoc ex illo correctum habeat B, obscurum est.* reuortar *reliqui cum A* monumentis *libri praeter A* commone faciam *BD* 64. *Sic A, nisi quod* MIHI *et* SED mihi *Z cum A.* mihi hic *BCD.* hic mihi *F* uidetur *F* 65. *Sic A, nisi quod* FACITE *et* AEDI*(vel* E*)*S Faciete *CD* sulcis *CD: pro quo spat. vacuum circa 12 litt. B* nitidę *C* meę *C* meę ędes *D.* meae aedes *F* cum *libri praeter A* 66. *Sic A, nisi quod* INUISOMODO filiam *(*iam *in ras.) C* modo *Geppertus ex A.* domum *reliqui, Ritschelius de A errans* 67. *Sic A, nisi quod* SIQUISMEQUAERETINDEUOCATOTEALIQUI Siquis *BCD* me quaeret *(*queret *B.* queret *CD) libri cum A.* quaeret me *Fleckeisenus.* quaeret *Guyetus, Ritschelius* uocatote *scripsi.* inde uocato te *B.* inde uocatote *CDFZ.* inde ucatote *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 686.* euocatote *Muellerus Pros. Pl. p. 351* quaeret, me uocate inde *Spengelius Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 728*

PAMPHILA

Quíd agimus, soror, si óffirmabit páter aduorsum nós?

PANEGYRIS

Pati
Nós oportet, quód ille faciat, quoíus potestas plús potest.
Éxorando, haud áduorsando súmendam operam cénseo. 70
Grátiam a patré si petimus, spéro ab eo impetrássere.
Áduorsari síne dedecore et scélere summo haud póssumus:
Néque ego id sum factúra, neque tu ut fácias consiliúm dabo,
Vérum ut exorémus. noui ego nóstros: exorábilist.

ANTIPHO

Príncipium ego quo pácto cum illis óccipiam, id ratiócinor: 75

---

68. PAMPH. *Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 454.* PAN. *CD.* PIN. *FZ.* PHIL. *Ritschelius* QUIDAGIMUSSORORSIOFFIRMAUIT-PATERADUERSUMNOSPATI *A* offirmabit *(r sup. scr. $D^2$) D.* offirmauit *ante corr. C.* obfirmabit *F* aduorsum *C.* aduersum *reliqui cum A* PANEG. *Ladewigius l. s. s.* PIN. *CD.* PAN. *FZ.* PAMPH. *Ritschelius* apati *B* 69. NOSOPORTETQUODILLEFACIATCUIUS-POTESTASPLUSPOTEST *A* cuius *libri cum A* *V. 70—83 hoc ordine collocatos A servavit, qui in reliquis libris sic sese excipiunt: 80—83. 75—79. 70—74. „Quamquam ut de aliis praeterea turbis huius scaenae suspicer, cum alia me movent tum praeter ceteros v. 84, qui non potest non valde importunus videri" Ritschelius* 70. PIN. *huic versui praemittebat Acidalius, proximo* PAN. *F,* PIN. *DZ: neutri quicquam C* *Sic A, nisi quod* ADUERSANDO haud *B cum A. om. reliqui* aduersando *libri cum A* 71. *De pers. cf. v. 70* GRATIAMPE*(vel* I*)*RSI*(vel* E*)*PETI*(vel* E*)*MUSSPEROABEOIMPETRASSERE *A* a patre si petimus *FZ.* apatre si petimus *BCD: cf. Buechelerus de decl. p. 97.* si pace petimus *Ritschelius de A errans.* a patre si *(vel* si a patre*)* petemus *Kampmannus de AB p. 10.* si petimus *addens* nos *post* spero *Hermannus Nov. annal. vol. 35 (a. 1842) p. 193.* patris si petimus *Redslobius p. 16.* a patre hanc si petimus *Muellerus Nachtr. p. 4* ab *(a ex o) D* impetrassere *B cum A.* impetrasse *CFZ.* impetrasse *(t sup. scr. m. 2) D* 72. ADUERSARISINEDEDECOREETSCELERESUMMOHAUDPOSSUMUS *A* Aduersari sine *FZ cum A.* Aduersariis indedecore *(inde decore B) reliqui* summo $D^1$. summos $D^1$ haud *libri cum A* possumi *B* 73. *Sic A, nisi quod* NEQ·EQUIDEMISFACTURANEQ·TE ego id sum factura *Ritschelius.* ego factura sum *BCDFZ.* equidem id factura *def. Brixius Emend. Pl. ed. a. 1854 p. 2.* equidem ego id factura *Niemeyerus de Plaut. fab. rec. dupl. p. 17 sq.* ego sum factura *Taubmannus* *Ambrosiani* TE *ne quis abutatur sic:* neque te ut facias compulsura sum, *monet Ritschelius* 74. UERUMUTEXOREMUS-NOUIEGONOSTROSEXORABILI*(vel* E*)*ST *A* exorabile est *BCDZ.* exorabilis est *F* 75. ANT. *om. libri* *Sic A, nisi quod* ILLI *pro*

Vtrum ego pérplexím lacessam orátione ad húnc modum,
Quási ego numquam quícquam adsimulem ac quási quid indaudíuerim
Eás in se meruísse culpam: an pótius temptem léniter,
Quám minacitér. scio liteis fóre: ego meas noui óptume.
Sí manere hic sése malint pótius quam alio núbere, 80
Fáciant. quid mihi opúst decurso aetátis spatio cúm meis
Gérere bellum, quóm nil, quamobrem id fáciam, meruisse árbitror?

---

76. *Charisius p. 213, 26:* perplexim Plautus in Sticho: 'utrum ... orationem' *Nonius p. 515, 18:* perplexim pro perplexe. Plautus in Sticho: 'utrum ... modum' *Idem vocabulum ex h. l. excerpsit gloss Plaut.: cf. Ritschelii Opusc. vol. II p. 269*

---

cum illis raciocinor *CDZ* *V. 75—79 delet Guyetus* *V. 76—79 tales esse voluit Langenus p. 151:*

Utrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc modum
Quasi quid indaudiuerim eas meruisse culpam, an leniter
Potius temptem: scio ego liteis fore: meas noui optume.

*De eisdem versibus cf. Niemeyerus de Plaut. fab. rec. duplici p. 31*

76. *Sic A, nisi quod* MODŪ ergo *CDZ* per plexim *B*. *Cf. de h. v. Langenus l. s. s.* lascescam $D^1$. lacessam *ex* lasessam *C* orationem *Z, Charisius, Nonii libri plurimi* 77. QUASINUMQUAMQUICQUAMADEOADSIMULEMANQUASIQUIDINAUDIUERIM *A* Quasi ego *scripsi.* Quasi *libri, Ritschelius* quicquam adsimulem *scripsi.* quicquam in eas simulem (eassimulem *B*) *BCDFZ: et in A, cum quo facit Ritschelius, et in B versum coniectura sanare voluerunt librarii: de* adeo *cf. Langenus et Braune Observ. gramm. p. 41: de* in eas *Langenus l. s. s.* ac *scripsi.* an *cum A Ritschelius: om. BCDFZ* quasi nihil *libri praeter A* indaudiuerim *Pareus, prob. Fleckeisenus Exerc. p. 44.* inaudiuerim *cum A Camerarius.* inde audiuerim *BCDFZ, item cod. Scaligeri* *Ceterum hic versus suspectus est* 78. *Sic A, nisi quod* MERUISSE *et* LENITER inse *BD* culpaman potius *B.* culpam: potius *Ritscheius.* culpam, ac potius *Acidalius* temptem *BCD cum A.* tentem *FZ* leuiter *CD* 79. *Sic A, nisi quod* ANMINACITER *ab initio et* LITEIS *(vel* IES *vel min. prob.* US*)* Quam *scripsi.* An *libri cum A* *De* minaciter *cf. Langenus l. s. s.* litis *libri praeter A* noui optume *B cum A.* optume noui *reliqui* 80. *Sic A, nisi quod* MALINT *et* NUBERE · ANT. *notam praemittunt* $D^2FZ$ (AM. *Z*) 81. *Sic A, nisi quod* NONFACIAMQUID *ab initio et* CUMEIS *in fine* Faciant *Acidalius.* Non faciam *BCD cum A.* Non faciant *Z.* Nunc faciant *F.* Non faciam *def. Niemeyerus l. s. s.* opust *DZ cum A.* opus st *BC.* opus est *F* deturso *B* ętatis *C* spacio *CD* cum meis *Lomanus p. 64.* cum eis *libri cum A* 82. GERERE BELLUMQUAMNIHILQUAMOBREMIDFACIAMMERUISSEARBITROR *A* quom] cum

Mínume: nolo túrbas. sic hoc mi óptumum fáctu árbitror,
Síc faciam: adsimulábo, quasi quam cúlpam in sese admíserint.
Pérplexabilitér earum hodie pérpauefaciam péctora: 85
Póstid igitur deínde, ut animus méus est, id faciám palam.
Múlta scio faciúnda uerba: ibo íntro. sed apertást foris.

PAMPHILA

Cérto enim mihi patérnae uocis sónitus auris áccidit.

---

85. Perplexabiliter *hinc excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Opusc. vol. II p. 269 Cf. Charisius p. 213, 26, qui idem vocabulum attulisse videtur*

---

*libri praeter A, ubi leviter erratum est* quam obrem *BCD* id *om. libri praeter A* arbitrer *Lambinus* 83. MINIMENOLOTURBES*(vel* IS *incerta lectione)*SEDHOCMIHIOPTUMUMFACTUARBITROR *A* Minime *libri cum A* uolo *FZ, cum* Minime *iungentes* sic hoc mi *Redslobius l. s. s. p. 16.* sed hoc mihi *libri cum A, Fleckeisenus.* sed mi hoc *Bothius, Ritschelius* factum *Dousa* 84. SICFACIAMADSIMULABO-QUASIQUOMCULPAMIN*(*IN *incertae)*SEADMISERINT*(*INT *incertae) A* ANT. *praemittunt* $D^2FZ$ adsemulabo *B: cf. Fleckeiseni ep. crit. p. VIII* quam culpam *Ritschelius ex A.* aliquam culpam *BCDFZ, nisi quod* cupam *D ante corr.* culpam aliquam *Bothius* in sese *CFZ.* insese *BD.* ad sese *Ritschelius ex A* ASDE *proferens: cf. Langenus l. s. s.* miserint *F Ceterum hunc v. aut delendum (delevit Fleckeisenus) esse aut sic corrigendum annotat Ritschelius praef. p. X:* Sic faciam: adsimulabo, quasi nil culpae ad sese admiserint *Vitiosa profert Darmannus II p. 5* 85. *Sic A, nisi quod* PERPAUEFACIAMPECTORA *Ante* hodie *ras. litt.* d *B* hodie earum *Koehler de verb. acc. e. q. s. p. 9* per pauefaciam *CD.* per paue faciam *B.* perparue faciam *F* 86. POSTIDAGAMIGITURDEINDEUTANIMUSMEUSERITFACIAMPALÃ *A* Post id igitur deinde *Ritschelius.* Postidagam igitur de inde *B.* Post id agam igitur deinde *reliqui cum A.* Prius id agam: igitur deinde *Acidalius.* Post id ego igitur deinde *Lomanus p. 65.* Post ita agam igitur deinde *Brixius Em. Pl. ed. a. 1854 p. 18* est id *Fleckeisenus.* erit *libri cum A, Ritschelius* palam *Camerarius cum A.* patam *B.* pacem *CDFZ* 87. *Sic A, nisi quod* MULPA *et* IBO *et* FORIS facienda *libri praeter A* apertast *CD cum A.* aperta st *B.* aperta est *FZ* 88. PAMPH. *Ladewigius l. s. s.* PIN. *CDFZ.* PANEG. *Ritschelius 'Ceterum tam multos distribuendi modos sororum in hac scena sermones admittunt, ut in tanta codicum et inconstantia et omittendi negligentia vix habeas ubi sat certo pedem figas. Restabat igitur ut aliquo modo non incommodo timidioris Philumenae audentiorisque Pamphilae sermones alternarentur' Ritschelius: cf. Ladewigius l. s. s. p. 454* CERTOENIMMIHIPATERNAEUOCISSONITUSAURI*(vel* E*)* SACCIDIT*(*IT *incertae) A* paterne C

PANEGYRIS

Ís est ecastor: férre aduorsum homini óccupemus ósculum.
Sálue, mi pater.

ANTIPHO

Ét uos. ilico ágite istic adsídite. 90

PANEGYRIS

Ósculum.

ANTIPHO

Sat est ósculi mihi uóstri.

PANEGYRIS

Qui, amabó, pater?

ANTIPHO

Quía ita meae animaé salsura euénit.

PAMPHILA

Adside híc, pater.

ANTIPHO

Nón sedeo istic: uós sedete: ego sédero in subséllio.

---

91. *Festus p. 197, 28:* Significatur etiam osculo sauium ut Plautus in Neruolaria: 'osculum sat est mihi ... qui ambo mi pater' *de quo loco cf. Leidolphus de Festi et Pauli locis Pl. p. 229*

---

89. *Sic A, nisi quod* IS *et* ADUERSUM PAN. *CDFZ, Ladewigius.* PAMPH. *Ritschelius* Isest *B* aduorsum *(um e corr. C) libri praeter A* homini *Dousa, Scaliger cum A* hominem *BCDFZ, Peine, de dat. usu p. 87* 90. *Verba priora utrique sorori simul tribuenda esse dixit Ladewigius l. s. s.* PANEG. *praemittit Ritschelius, addens haec fortasse Pamphilae tribuenda.* PIN. *CDFZ* SALUEMIPATERETUOSAMBAEILICO-AGITEISTICADSIDITE *A* Salue me *B.* Saluemi *D* AN. *FZ.* PANE. *C.* PAN. *D* *Ante* Vos, *a qua voce novus v. incipit,* A *D in marg.* uos *Ritschelius.* uos ambae *(ambę D.* ambe *C) libri cum A* istic *om. libri praeter A.* istinc *Ritschelius falso Ambrosiani testimonio nixus* agite ilico isti *vel* isti ilico agite *Muellerus Pros. Pl. p. 332* ambae *servato* adsidite *Camerarius cum A.* ascidite *B.* abscedite *CDFZ, Ritschelius.* absistite *Acidalius* 91. PANEG. *Ritschelius.* PIN. *CDFZ* OSCULUM#SATESTOSO*(vel* C)SCULIMIHI-UOSTRI#QUIAMABOPATER(R *incerta)* *A* ANT. *FZ.* AN. *ex* PAN. *D.* PANE. *C* est osculi mihi *B cum A.* est mihi osculi *CDZ.* mihi est oculi *F* uostri *B cum A.* ūri *CDF.* uestri *Z* PANEG. *Ritschelius.* PIN. *CDFZ* Quiamabo *B* Osculum sat est mihi *(sequitur lacuna)* qui ambo mi pater *Festus* 92. A *praem.* $D^2FZ$: *spat.* $CD^1$ *Sic A, nisi quod* EUENIT#ADSIDEHIC-PATER itameae *B* meę *C* animę *C* salsura euenit *Camerarius cum A.* salsurae uenit *B.* salsurę uenit *CDZ.* salsure uenit *F* PAMPH.] PIN. $D^2FZ$. *om. BCD sine spatio.* PANEG. *Ladewigius* asside *libri praeter A* 93. *Sic A, nisi quod* SEDEREIN AN. *ex*

PAMPHILA

Máne puluinum.

ANTIPHO

Béne procuras míhi: sat sic fultúmst: sede.

PAMPHILA

Síne, pater.

ANTIPHO

Quid opúst?

PAMPHILA

Opust.

ANTIPHO

Morem tíbi geram. atque hoc ést satis. 95

PAMPHILA

Númquam enim nimis curáre possunt suóm parentem fíliae.
Quem aéquiust potiórem habere quám te? postideá, pater,
Víros nostros, quibus tú nos uoluisti ésse matres fámilias?

---

PAN. *D.* AN. *FZ.* PANE. *C* sedeo] sed ec *D* insubsellio *B* 94. PAMPH.] PIN. *libri* *Sic A, nisi quod* SATISSICFULTUST *et spat. ante* SEDE *A* AN. *ex* PAN. *D.* AN. *FZ.* PANE. *C* sat *Bothius.* satis *libri cum A* fultum est *BCDFZ* Sede *ex A Geppertus Pl. Stud. vol. II p. 47, quod patri dedi:* mihi *omissa persona ante eam vocem BCDFZ, Fleckeisenus* mihi: sat sic fultumst. Pamph. Sine *Ritschelius.* sat sic fultumst. Pamph. Sine pater *Brixius Emend. Pl. ed. a. 1854 p. 18.* 95. PAMPH.] PIN. *CDFZ* SINEPATER-#QUIDOPUST#OPUSTMOREMTIBIGERAMATQ·HI*(vel* E*)*CESTSATIS *A* Sine pater] Pater *Ritschelius: cf. v. 94: om. Brixius l. s. s.: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 130* ANTIPHO *CD.* AN. *FZ.* A *(sic:* pater A quid*) B* Quid opus est *libri praeter A* PAMPH.] PIN. *CDFZ* opus est *libri praeter A* Quid opust? Pamph. Opus est. Ant. Quid istic? morem *Brixius l. s. s.* „*Fortasse* pater *additamentum est librariorum, ita autem instauranda poetae manus:* AN. Nam quid opus est? Pamph. Opus est. *e. q. s. Quamquam possunt etiam* morem geram *interpretis esse (ut v. 742), Plauti autem haec:* PA. Sine, ‖ Mi pater. AN. Quid opus est? PA. Opus est. AN. Morigerabo. atque hoc satist. *Nam omnium minime elegantes hi sint numeri futuri:* Mi pater. Quid opust. Opust. Morem geram. atque hoc est satis.“ *Ritschelius* adque *C* hoc *libri praeter A* at sic *Geppertus l. s. s.* est satis *B cum A.* satis est *reliqui* 96. PAMPH.] PIN. *FZ. om. CD sine spat.* *Sic A, nisi quod* SUUMPAREN*(N incerta)*TEM suum *libri cum A* filię *C* 97. PIN. *praem. D²* *Sic A, nisi quod* QUE*(vel* I*)*MAEQUIUSTNOSPOTIOREM Quem *F cum A.* Qum *B.* Cum *CDZ* aequiust *Ritschelius.* aequius *(*ęquius *BC)* est nos *BCDFZ.* aequomst nos *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 118, Spengelius Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 729, Muellerus Pros. Pl. p. 220* haberẽ *B* quam *om. F* post idea *B.* postea *F* 98. *Sic A, nisi quod*

ANTIPHO

Bónas ut aequomst fácere, facitis, quóm tamen absentis uiros
Proínde habetis, quási praesentes sínt.

PAMPHILA

Pudicitiást, pater, 100
Eós nos magnificáre, qui nos sócias sumpserúnt sibi.

ANTIPHO

Númquis hic est aliénus nostris díctis auceps aúribus?

PANEGYRIS

Núllus praeter nósque teque.

ANTIPHO

Vóstrum animum adhiberí uolo.
Nám ego ad uos nunc ínperitus rérum et morum múlierum
Díscipulus uenio ád magistras: quíbus matronas móribus, 105
Quae óptumae sunt, ésse oportet, íd utraque ut dicát mihi.

---

TUUOLUISTIESSENOS uros *B*. nostros *sup. scr. D*[2] nos uoluisti esse *Ritschelius*. uoluisti esse nos *libri cum A* filias *D*[1]. familias *D*[2] 99. AN. *om. C in princ. versus* BONASUTAEQUOSTFACERE-FACITISQUOMTAMENAPSENTI*(vel* E*)*SUIROS*(*OS *incertae) A* equm est *B*. aequum *(*equum *C)* est *CDFZ* quom *B cum A*. cum *reliqui* 100. *Sic A, nisi quod* HABETIS *et* PRAESENTE*(vel* I*)*S *et* SIENT *et* PUDICI-TIASTPATER*(*R *incerta)* Per inde *B*. Perinde *CDFZ* habetist *B* quasi *D post corr. FZ cum A*. quas *BC et D ante corr.* presentes *C*. presentes *B* PAMPH.] PIN. *CDFZ* Pudicitia est *libri praeter A*. pudicitiae *Bothius* 101. *Sic A, nisi quod* EOSNOSMAGNIFICAREQUI *et* SOCIASSUMPSERUNT Eos nos *Weisius, Brixius Emend. Pl. ed. a 1847, Ritschelius cum A et D*[4]. Enos *BC*. E nos *D*[1]. eos *FZ*. Est, nos *Bothius* quis *BC* sotias *CD* 102. *Sic A, nisi quod* HIC *et* NOSTRISDICTIS Num quis *BD* Numqui hic est alienus *cum Bothio Ritschelius*. Numquis hic alienust *Spengelius Plaut. p. 109 dubitanter*. Numquist hic alienus *Guyetus*. '*Licebat etiam* Numquis hic *et in fine* auribust' *Ritschelius* 103. PAN. *CD*[2]*Z*. PIN. *D*[1]*F* NULLUSPRAETERNOSQUETEQ:#UOSTRUM-ANIMUMADHIBERIUOLO *A* Nullus *libri cum A*. Nullust *Ritschelius: cf. Opusc. vol. II p. 611* preter *BC* nosque *(*nos que *B)* te qui *BCD*. nos teque *FZ* 104. *Sic A, nisi quod* IMPERITUS inperitus *C*. imperitus *BDFZ cum A* 105. *Sic A, nisi quod* DISCIPULUS-UENIO *et* MATRONASMORIB· matronas] moratas *Brixius ad Capt. v. 103* 106. *Sic A, nisi quod* ESSEOPORTETOSEDUTRAQ:UT Que *C* optume *C*. optu me *B* oportet id utraque *Ritschelius*. oportet sed utraque *(*sedutraque *B) libri praeter A, unde* oportet, sedutraque *ingeniose commendat Bugge in Tidskrift for Philologi og Paedag. vol. VI p. 15 (cf. Philol. vol. 28 a. 1869 p. 566). Ab A profectus* oportet eos utraque *coniecit Kiesslingius Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 118*

PAMPHILA

Quíd istuc est, quod huc éxquaesitum múlierum morés uenis?

ANTIPHO

Pól ego uxorem quaéro, postquam uóstra mater mórtuast.

PAMPHILA

Fácile inuenies ét peiorem et péius moratám, pater
Quam ílla fuit: meliórem neque tu réperies neque sól uidet. 110

ANTIPHO

Át ego ex te exquaero átque ex istac tuá sorore.

PAMPHILA

Edepól, pater,
Scío ut oportet ésse: si sint íta ut ego aequom cénseo.

ANTIPHO

Vólo scire ergo, ut aéquom censes.

PAMPHILA

Vt, per urbem quom ámbulent,
Ómnibus os optúrent, ne quis mérito male dicát sibi.

ANTIPHO

Díc uicissim múnciam tu.

---

107. *Sic A, nisi quod* ISTUC *et* EXQUI*(min. prob.* E)SITUM PAMPH. *Ritschelius.* PAN. $D^2Z$. PI. *F. spat.* $CD^1$. PANEG. *Ladewigius l. s. s.* huc exquaęsitum *B.* huc exquęsitum *C.* huc exquesitum *DZ.* huc exquisitum *F.* exquaesitum huc *cum Guyeto Ritschelius* 108. AN. $D^2FZ$. *spat.* $CD^1$ *Sic A, nisi quod* POSTQUAM Polego *BD* quęro *C* post quam *B* uostra *omnes* mortua est *libri praeter A* 109. *Sic A* PAMPH. *Ritschelius.* PA. $D^2FZ$, *Ladewigius. spat.* $CD^1$ 110. *Sic A, nisi quod* ILLA *et* TUREPERIESNEQ: tu *om. F* repperies *CD* sol uidet *Pylades cum A.* uidet sol *reliqui.* uidit sol '*antiqui codd.*' *Pii* 111. *Spat.* $CD^1$ *Sic A, nisi quod* EXQUERO *et* SORORE *et* PATER exte *BCD* exquaero *Bothius.* exquiro *libri praeter A* adque $CD^1$. atque $D^1$ existac *C* PAMPH. *Ritschelius.* PIN. $D^2FZ$. PANEG. *Ladewigius. spat.* $CD^1$ aedepol *F.* Edepol $D^1$. Edepol $D^1$ 112. *Sic A* '*Mira sententia*' *Ritschelius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 94 adn.* aequm *B.* aequum *CDFZ* *V. 113—117 esse parallelos versibus 121—125 demonstrare studui Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 264: cf. Ladewigius l. s. s., qui solos v. 116—117 = 123—125 esse voluerat: cf. praeterea Spengelius Plaut. p. 45 et Studemundus Nov. annal. vol. 93 (a. 1866) p. 53* 113. *Spat.* $CD^1$ *Sic A, nisi quod* SCIRE *et sine spatio ante* UTPER ergo scire *F* aequm *B.* aequum (ęquum *C*) *CDFZ* PAMPH. *Ritschelius.* PIN. $D^2FZ$. PANEG. *Ladewigius. spat.* $CD^1$ cum *libri praeter A* 114. *Sic A, nisi quod* OPTURENT opturent *B.* obturent *CDFZ* nequis *BCD* maledicat *D* 115. *Sic A, nisi quod* TIBIDICAM AN. *om.* $CD^1$ *in*

PANEGYRIS

Quíd uis tibi dicám, pater? 115

ANTIPHO

Vbi facillumé spectatur múlier, quae ingeniósst bono?

PANEGYRIS

Quoí male faciundíst potestas, quóm, ne id faciat, témperat.

ANTIPHO

Haú male istuc. age tú dic altera: útra condiciost pénsior,
Vírginemne an uíduam habere?

PAMPHILA

Quánta mea sapiéntiast,
Éx malis multís malum quod mínumumst, id minumést malum. 120

ANTIPHO

Quí potest muliér uitare uítiis?

---

*principio versus* nunc iam *BCD* PANEG. *Ritschelius.* PA. *F.* PIN. *D*[2]*: spat. om. BCD*[1]. PAMPH. *Ladewigius* 116. *Spat. CD*[1] *Sic A, nisi quod* UBIFACILLIME *et* MULIER *et* INGENIOEST facillime *libri cum A* quę *C* ingenio est *libri cum A* 117. CUIMALEFACIUNDIESTPOTESTASQUAERI*(vel* E*)*IDFACIATTEMPERAT *A* PANEG. *Ritschelius.* PA. *FZ. om. CD sine spat.* PAMPH. *Ladewigius* Quo imale *B.* Cui male *reliqui cum A.* Cum male *Acidalius* faciundi est *libri cum A* quom *Ritschelius.* quę *BCDFZ* id faciat *Ritschelius ex A.* faciat id *BCDFZ.* faciat *Bentleius* 118. AN. *om. CD, spatio relicto Sic A, nisi quod* AGETUALTERAUTRASITCONDICIO Hau *B cum A.* Haud *reliqui* istiuc *C* age *libri praeter D*[2]. A age *D*[2] tu dic altera, utra condiciost *scripsi ducibus Ritschelio et Luchsio Studemundi Stud. vol. 1 p. 59.* tu altera utra sit *(*ut rasit *C)* condicio *(*condicior *B.* conditior *CD.* conditio *FZ) libri cum A.* tu dic altra utrast condicio *Muellerus Nachtr. p. 69.* tu altera ai utra sit condicio *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 408.* tu dic: utrast condicio *Ritschelius.* altera age tu, utrast *Spengelius Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 729.* nunc tu dic: utra condiciost *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 164 inter alia* pension *D*[1]. pensior *D*[2] 119. UIRGINEMNEUIDUAMHABERE#QUANTAMEASAPIENTIAST *A* Virginemne an *Acidalius.* Virginem an *libri praeter A* PAMPH. *Ritschelius. om. CD in principio versus, omisso spatio B.* PIN. *FZ.* PANEG. *Ladewigius* quantam eas sapientia est *B.* quanta meas *(*quantameas *C)* sapientia est *CD*[1]. quanta mea sapientia est *D*[4]*FZ.* Quanta meast sapientia *Ritschelius* 120. EXMALISMULTISMALUMQUODMINIMUMSTIDMINIMESTMALUM*(*LUM *incertae A)* E malis *BFZ.* Emalis *CD* quod minimum est *libri praeter A* id minimest *Heraldus cum A.* id minimum est *libri praeter A, defensum a Mureto Var. lect. XIV 5* 121. AN. *Spengelius Plaut. p. 45: om. libri, Ritschelius* QUIPOTIESN*(*N *dubia)*-

PAMPHILA

Vt cotídie
Prídie caueát ne faciat quód pigeat postrídie.

ANTIPHO

Quaé tibi muliér uidetur múlto sapientíssuma?

PANEGYRIS

Quaé tamen, quom rés secundae súnt, se poterit gnóscere:
Ét illa, quae aequo animó patietur síbi esse peius quám fuit. 125

ANTIPHO

Édepol uos lepidé temptaui uóstrumque ingenium íngeni.
Séd hoc est, quod ad uos uénio quodque esse ámbas conuentás uolo:
Mi aúctores ita súnt amici, ut uós hinc abducám domum.

PAMPHILA

At enim nos, quarúm res agitur, áliter auctorés sumus.
Nam aút olim, nisi tíbi placebant, nón datas opórtuit, 130
Aút nunc non aequómst abduci, páter, illisce abséntibus.

---

..(AM *nimium est)*MULIERUITAREUITI*(vel* E*)*..#UTCOTIDIE *A* potest mulier uitare uitiis *BCD.* potest mulieres uitare uitet *FZ.* pote mulieres uitare, is uitet *Ritschelius.* potis *pro* potest *iam Scaliger* PAMPH. *Spengelius l. s. s. spat. C et, ut vid., A. spat. om. BFZ.* A *exhibet D* cotidie *CD cum A.* cot tidie *B.* quotidie *FZ* 122. *Sic A, nisi quod* PRIDIE *et* NE *et* PIGEATPOSTTRIDIE nefaciat *D* post tridie *B Post h. v. lacunam statuit Ladewigius l. s. s.* 123. *Sic A, nisi quod* SAPIENTISSIMA AN. *om. CD in princ. versus* Quę C tibi nam *Ritschelius* sapientis suma *BD.* sapientissima *F cum A* 124. *Sic A; nisi quod* CUM *et* SECUNDAE *et* COGNOSCERE PANEG. *Ritschelius cum Z. spat. CD.* PI. *F.* PAMPH. *Ladewigius* Quę *C* cum *libri cum A* secundę *C* sunt] sient *F* sepoterit *D* gnoscere *Ritschelius.* noscere *libri praeter A* 125. *Sic A, nisi quod* PATIETUR quę ęquo *C Post h. v. lacunam esse putat Bergkius l. s. s. p. 344* 126. *Spat. C Sic A* tentaui *FZ* ingenium *(e e corr.) C* ingenii *BCD. om. FZ.* duum *Lambinus 'ex veteris scripturae vestigiis': quod iure suspectum Scioppio susp. lect. II 17* 127. *Sic A, nisi quod* SED *et* Q: esse *sup. scr. D*[1] 128. *Sic A, nisi quod* MIHIAUCTORES *et* HINC Mihi auctores *(*autores *F)* ita *libri.* Ita mi auctores *Fleckeisenus.* Mihi ita auctores *Bothius, Ritschelius* 129. PAMPH. *Ritschelius.* PAN. *DFZ. spat. C.* PANEG. *Ladewigius Sic A* Atenim *D* autores *F* 130. *Sic A, nisi quod* DATAS 131. *Sic A, nisi quod* PATER *et* AP*(min. prob.* B/SENTIB· ęqum est *B.* aequum est *DFZ.* ęquum est *C* illis *Fleckeisenus*

ANTIPHO

Vósne ego patiar cúm mendicis núptas me uiuó uiris?

PAMPHILA

Plácet ille meus míhi mendicus: súos rex reginaé placet.
Ídem animust in paúpertate, qui ólim in diuitiís fuit.

ANTIPHO

Vósne latrones ét mendicos hómines magni pénditis? 135

PANEGYRIS

Nón tu me argentó dedisti, opínor, nuptum, séd uiro.

ANTIPHO

Quíd illos exspectátis, qui abhinc iam ábierunt triénnium?
Quín uos capitis cóndicionem ex péssuma primáriam?

PAMPHILA

Stúltitiast, patér, uenatum dúcere inuitás canes.
Hóstis est uxór, inuita quaé uiro nuptúm datur. 140

ANTIPHO

Cértumnest, neutrám uostrarum pérsequi imperiúm patris?

PANEGYRIS

Pérsequimur: nam quó dedisti núptum, abire nólumus.

---

132. A *praem.* *DFZ.* *spat.* *C* *Sic* *A*, *nisi quod* NUPTAS-MEUIUOUIRIS Vos ne *BD* nuptias *CD* uiuo] uitio *B* 133. PAMPH.] *Ita Ritschelius: cf. Ladewigius l. s. s.* PIN. *D*² *in spat.* *FZ.* *spat.* *C* *Sic* *A*, *nisi quod* ILLEMIHIMEUS *et* SUUSREX mendicis *BCD* suus *libri cum A* reginę *C* 134. *Hunc v. alteri sorori attribuit Bergkius p. 344: probat Ladewigius l. s. s.* *Sic A* animus est *libri praeter A* inpaupertate *C* indiuitiis *C* 135. A *praem.* *DFZ.* *om.* *C* *in princ. versus* *Sic* *A*, *nisi quod* HOMINES(*vel* IS) Vos ne *BC.* Vos *Fleckeisenus* Latrones] *cf. Parerg. Pl. I p. 382* mendicos] o *ex* u *corr.* *B* 136. PAN. *D*² *in spat.* *FZ.* *spat.* *C* *Sic* *A*, *nisi quod* SED me tu *libri praeter A* op nor *B* 137. A *praem.* *DFZ.* *spat.* *C* QUIDILLOSEXSPECTATIS-QUIABHINCIAMABIERUNTTRIENNIŪ *A* Quid *ex* Quit *B* expectatis *libri praeter A* 138. *Sic* *A*, *nisi quod* CONDICIONEMEXPESSIMA conditionem *libri praeter A* pessum aprimariam *B.* pessũma primariam *C* 139. PAMPH. *Ritschelius.* PAN. *D*²*FZ.* *spat.* *CD*¹ *Sic* *A* Stultitia est *libri praeter A*, *nisi quod* stulticia *BFZ* 140. *Hunc v. Bergkius l. s. s. alteri sorori attribuit: probat Ladewigius l. s. s.* *Sic* *A*, *nisi quod* HOSTIS *et* INUITA *et* DATUR *Cf. Proleg. Trin. p. CLXXV* quę *C* uiro *Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 53 ex A.* ad uirum *libri praeter A*, *Ritschelius* 141. AN. *DFZ.* *spat.* *C* CERTUMNEESTNEUTRAMUOSTRARUMPERSE(*vel* I)QUIIMPERIUMPATRIS *A* Certumne (Certum ne *B*) est *libri cum A* neutrum *F.* ne utrum *B* 142. PAN. *Ritschelius.* PIN. *D*² *in spat.* *FZ.* *spat.* *C* *Sic* *A*,

ANTIPHO

Béne ualete: ibo átque amicis uóstra consilia éloquar.

PAMPHILA

Próbiores, credo, árbitrabunt, sí probis narráueris.

ANTIPHO

Cúrate igitur fámiliarem rem, út potestis, óptume. 145

PANEGYRIS

Núnc places, quom récte monstras: núnc tibi auscultábimus.
Núnc, soror, abeámus intro.

PAMPHILA

Ímmo interuisám domum.
Si á uiro tibi fórte ueniet núntius, facito út sciam.

PANEGYRIS

Néque ego te celábo, neque tu mé celassis quód scias.
Ého Crocotium, í, parasitum Gélasimum huc arcéssito: 150

---

144. *Nonius p. 470, 11:* arbitrabunt. Plautus in Sticho: 'probiores . . . narraueris'

---

*nisi quod* PERSEQUIMUR *et* DEDISTI Persequimur *ex* Persequitur *B* 143. AN. *DFZ: spat. C* BENEUALETEIBOATQ·AMICISUESTRACONSILIAELOQUAR *A* adque *C* uostra *libri praeter A* consiliia *C* eloquar *(uar e corr.) C* 144. PAMPH. *Ritschelius.* PAN. *D² in spat. FZ. spat. C* *Sic A, nisi quod* PROBIORESCREDOARBITRABUNT credo] uero *Nonius* arbitrarunt *CD¹. corr. D¹* 145. *Sic A, nisi quod* POTESTIS AN. *DFZ: spat. C* Qurate *B.* Cura te *C* obtume *D* 146. PAN. *D² in spat. FZ. om. C in princ. versus* PAMPH. *Bergkius l. s. s.* *Sic A, nisi quod* TIBIAUSCULTAUIMUS places *Gulielmius cum A.* placet *BCDFZ* cum *libri praeter A* 147. PIN. *praem. F* *Sic A, nisi quod* NUNC *et* INTRO habeamus *B* PAMPH.] PIN. *D² in spat. Z. spat. C.* PA. *F.* PANEG. *Bergkius l. s. s.* hinc intro *Muellerus Pros. Pl. p. 669: quo abiecto* huc intro *Nachtr. p. 107* introd *Ritschelius Nov. exc. p. 81* inter uisam *C* ad me interuisam *idem Muellerus Nachtr. p. 107* prius domum *Pylades* 148. SIABUIROTIBIFORTEUENIETNUNTIUSFACETOUTSCIAM *A* a uiro *(auiro CD) libri praeter A: cf. Langenus p. 332.* ab uiro *ex A Ritschelius* nuncius *CD* facito] PAN. facito *D²Z, iungentes antea* domum, si —. *correxit Acidalius* 149. PANEG. *addidit Acidalius. om. sine sp. CDFZ.* PAMPH. *Bergkius l. s. s.* NEQ:EGOTECELABONEQ·TUMECELASSISQUODSCIAS *A* me *om. D¹: sup. scr. D²* scies *libri praeter A* *Post h. v. plura intercidisse suspicatur Bergkius l. s. s., qui v. 150 demum Panegyridi tribuit: at cf. quae dixi Act. soc. phil. vol. VI p. 302* 150. EHOCROCOTIUMPARASITUMGELASIMUMHICARCESSITO *A* Ehoc ro cotium i *B.* eho crocoticium *CD.* eho crocotium *F cum A.* eo crocoticium *Z* gelasinum *D.* gelasinum *F* accersito *F*

Técum adduce. nám illum ecastor mittere ad portúm uolo,
Sí quae forte ex Ásia nauis héri uel hodie uénerit.
Nám dies totós apud portum séruos unus ádsidet:
Séd tamen uolo ínteruisi. própera atque actutúm redi.

---

151. *Sic A, nisi quod* ILLUMECASTORMITTEREADPORTUM namillum *B* 152. SIQUAEFORTEEXASIANAUISHERIAUTHODIEUENERIT quę *C* exasianauis *B* heri uel *scripsi.* heri *libri cum A.* heri eo *Ritschelius de A errans* 153. *Sic A, nisi quod* TOTOSAPUD *et* SERUO(*vel* U)S porcum *B* assidet *libri praeter A* 154. *Sic A, nisi quod* PROPERA *et* REDI tamen] tarien *B* inter uisi *BD* atque *om. libri praeter A* actutum atque huc *Pylades.* ac actutum *Camerarius*

# ACTVS II

## GELASIMVS. CROCOTIVM

GELASIMVS

Famem égo fuisse súspicor matrém mihi: 155
Nam póstquam natus súm, satur numquám fui.
Neque quísquam melius réferet matri grátiam,
Neque réttulit quam ego réfero meae matrí fami.

---

158. *Cf. Charisius p. 55, 13:* fame tamen producitur, quamuis non habet i, et ideo auctores etiam huius fami dixerunt, ut idem Plautus in Sticho fami datiuo casu

---

*Act. I scaen. 3* *Actus II, quem a proxima scaena ordiuntur vulgo, initium hic fecit cum Bothio Ritschelius* GELASIMUS CROCOTIUM *A.* GELASIMVS CROCOTIVM. *B.* ANCILLA CROCOTIV̄ GELASIMVS PARASIT' *D*[3]. *om. C.* Gelasimus ancilla. Crocotiũ. Parasitus *Z.* Gelasimus parasitus. Crocotium ancilla *F* 155. FAMEMEMĘ *incertae* G *vel* C OSUSPICORFUISSEMATREMMIHI *A* amem *cum spat. C.* Famen *F* ego fuisse suspicor *Ritschelius.* fuisse suspicor *libri praeter A.* fuisse ego suspicor *Muellerus Pros. Pl. p. 143* 156. *Sic A, nisi quod* NATUS posquam *D* saturnũ quã *B* *V. 157—158 sic scripti sunt in A:*

NEQ:QUISQUAMMELIUSREFERETMATRIGRATIAM
QUAMEGOMEAEMATRIREFEROINUITISSIMUS

*sic autem in B:*

Quã ego matri meę refero inuitissimus.
Neq' rettulit qũa ego refero meę matri fami.

*Quocum C congruit, nisi quod is* retulit *habet. Ex hac autem scriptura D codicis:*

Numquam fui. quam ego matri meę refero inuitissimus (iss *ex* ul):
[quã : neque retulit
Ego refero meę matri fami nam illã me in aluo menses
[gestauit decẽ

Nam illa méd in aluo ménsis gestauít decem:
At égo illam in aluo gésto plus annós decem. 160
Atque ílla puerum mé gestauit páruolum,
Quo mínus laboris cépisse illam exístumo:
Ego nón pausillulam ín utero gestó famem,
Verum hércle multo máxumam et grauíssumam.
Vterí dolores mi óboriuntur quót dies. 165
Sed mátrem parere néqueo, nec quid agám scio.

---

*hae turbae manarunt in FZ:* quam ego matri mee *(*meo *Z)* refero inuitissimus: quam neque retulit Ego refero mea *(*meę *Z)* matri fami. *Unde Pylade auctore confictum est, quod vulgatur suasore Acidalio: (*Sed*)* quam ego matri meae retuli inuitissimus, Eam mihi nunquam retulit mater gratiam. *Ambrosiani versum alterum reicit Seyffertus Stud. Pl. p. 11, cum ipse tres versus constituissem Act. Soc. phil. Lips. vol. VI p. 242 utraque scriptura conflata sic:* Neque quisque . . . Neque rettulit *(finem intercidisse ratus)*, Quam ego *e. q. s. Pro quibus hoc Ritschelius cum Bothio edidit:* Neque quisquam melius referet matri gratiam ‖ Quam ego matri refero meae Fami inuitissumus *Charisii testimonio nixus, haec tamen addens:* '*Alioqui licebat* Quam meae ego matri refero iam inuitissumus'. *Alterum v. sic constituit Muellerus Nachtr. p. 143:* Quam ego refero matri meae Fami inuitissumus 159. NAMILLAMEINALUOMENSE*(vel* I*)*SGESTAUITDECEM *A* Nam illa med *Ritschelius Nov. exc. p. 38.* Nam *(*Na *B)* illa *(*illam *C)* me *libri cum A.* Nam me illa *cum Pylade edidit Ritschelius.* Namque illa me *Bergkius Beitr. p. 46.* Nam illaec me *Muellerus Pros. Pl. p. 7* menses *BCDFZ* decem *post. add. C* 160. *Sic A, nisi quod* ILLAM *et* GESTO *Secuntur in A v. 165. 166* 161. *Sic A, nisi quod* ILLA paruulum *libri praeter A* 162. *Sic A, nisi quod* ILLAMEXISTUMO cepisse illam *ex A Ritschelius.* illam cepisst *B.* illam cepisset *D.* illam cępisset *C.* illam cepisse *FZ.* illam cepse *Dousa. Nugatur cum Wasio Schneiderus Gramm. lat. I p. 588* existimo *libri praeter A* 163. *Sic A, nisi quod* EGONUNC *ab initio* Ego non *Ritschelius duce A.* At ego non *BCD²Z.* Atque ego non *D¹F.* At ego hau *Seyffertus Stud. Plaut. p. 4, Kellerhoffius p. 68* pauxillulam *libri praeter A.* pauxillam *Guyetus servato* At gesto famem *Z cum A.* gestor amem *BCD.* gestor famem *F* 164. *Sic A, nisi quod* MAXIMAM *et* GRAUISSIMAM maxumam *F.* maximam *reliqui cum A* grauissimam *libri cum A V. 165. 166 hic collocant BCDFZ, post v. 160 A* 165. UTERIDOLORESMIHIOBORIUNTURCOTIDIE *A* Uteri dolores *Iuntina cum A.* Ut teri didolores *B.* ut te ridi dolores *C.* uteri dolores *D.* ut aridi dolores *F.* aridi dolores *Z* mihi oboriuntur *libri.* mi oriuntur *cum Weisio et Bentleio Ritschelius* quot dies *scripsi Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 240.* cotidie *CD cum A.* cottidie *B.* quotidie *FZ Deleto* Vteri *Bothius:* Dolores oboriuntur mihi*: idem autem alio tempore:* Uteri dolor mihi oboritur 166. *Sic A* nec quid agam scio] nescio quomodo *libri praeter A*

Ita aúditaui saépe hoc uolgo dícier,
Solére elephantum gráuidam perpetuós decem
Esse ánnos: eius ex sémine haec certóst fames.
[Nam iám compluris ánnos utero haerét meo.] 170
Nunc sí ridiculum quaérat hominem quíspiam,
Venális ego sum cum órnamentis ómnibus:
Inánimentis éxplementum quaérito.
Gelásimo nomen mi índidit paruó pater,
Quia iam á pausillo púero ridiculús fui. 175
Proptér pauperiem hoc ádeo nomen répperei,

---

167. *Cf. Festus Pauli p. 28, 15:* auditaui saepe audiui

---

167. AUDITAUISAEPEHOCUOLGODICIERSOLERE *A* Ita auditaui saepe hoc *Bergkius l. s. s. p. 340 collato Festo Pauli.* Aut diuisę pehoc *B.* audiui sepe hoc *CDFZ, nisi quod* sępe *Z.* Ita indaudiui saepe hoc *Ritschelius, addens de* auditaui *vix cogitare licere* uologo *B.* uulgo *F.* uerbum uolgo *Bentleius* dicier] a multis dicier *Pylades.* dictum dicier *Camerarius.* uere dicier *Pareus.* dictitarier *Bothius* 168. ELEPHANTUMGRAUIDA*(min. prob.* O)SPERPETUOSDECEM *A: cf. v. 167* granidam *libri praeter A* 169. *Sic A, nisi quod* ESSE *ab initio* exsemine *C* haec *FZ cum A.* hac *BCD* certo est *libri praeter A* 170. *Sic A* *'Aperte insiticius quamquam exstans in A: confictus ad exemplum v. 236' Ritschelius* complures *(*con plures *B) libri praeter A* heret *BCD* 171. NUNCSIRIDICULUMHOMINEMQUAERATQUISPIAM *A* quaeret hominem *Bentleius in Heaut. IV 7, 8.* hominem queret *BCDFZ, nisi quod* quęret *Z.* homo hominem quaerat *Muellerus Pros. Pl. p. 501.* homonem quaerat *post Spengelium Plaut. p. 198 Usenerus Scaen. Pseud. p. 9* quispiam *(*s *sup. scr. m. 1) D* 172. *Sic A, nisi quod* OMNIBUS 173. *Sic A* inani mentis *B* explementum *Camerarius cum A.* exiplementum *B.* exi supplementum $CD^1Z$. exi suplementum $D^1$. ex supplementum *F* quęrito *C.* querito *BD* 174. *Sic A, nisi quod* MIHI Gelasino *F* mihi *libri cum A* reddidit *F*

*V. 175. 176 hoc ordine collocat Acidalius: inverso libri cum A*

175. QUIAINDEIAMAPUSILLOPUEROIDICULUSFUI *A* Quia iam a pausillo puero *cum Guyeto Ritschelius.* Quia inde iam a pausillo *(*pauxillo *F)* puero *FZ.* Quia inde iam apausi illo puero *B.* Quia inde iam apausi illos *(corr. $D^1$)* $CD^1$. Quia inde iam a pauxillo *sine* puero *Acidalius.* Quia inde a pauxillo puero *Bothius. Cf. Brixius Quaest. pros. p. 20 sq., Kampmannus de AB praep. p. 6, Hermannus in Iahnii Annal. phil. t. XXXV p. 190 sq., Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1873) p. 109*

*V. 176—178 parallelos esse versui 175 censet Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 455: de interpolatione cogitavi Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 266. Quamquam poterit etiam versibus 179 sq. ante v. 174 collocatis sana sententia aliquatenus recuperari* 176. PROPTER-

Eo quía paupertas fécit ridiculús forem:
Nam illa ártis omnis pérdocet, ubi quem áttigit.
Per annónam caram díxit me natúm pater:
Proptérea, credo, núnc adessurio ácrius. 180
Sed géneri nostro haec rédditast benígnitas:
Nullí negare sóleo, si qui essúm uocat.
Orátio una intériit hominum péssume,
Atque óptuma hercle méo animo et scitíssuma,
Qua ante útebantur: 'uéni illo ad cenam: síc face: 185
Promítte uero: né grauare: est cómmodum?
Volo ínquam fieri: nón amittam quín eas'
Nunc réppererunt iam eí uerbo uicárium,

---

177. *Cf. Iuvenal III, 152:* Nil habet infex paupertas durius in se, quam quod ridiculos homines facit

---

PAUPERI*(vel* T, E*)*EMHOCADEONOMENREPPERE*(vel* I, T*)*I*(vel* E, T*)* *A* paupertem hoc adeo *B.* paupertatem hoc adeo *CDFZ.* paupertatem adeo hoc *Guyetus. Vide Proleg. Trin. p. CXXI* repperi *libri praeter A* 177. EOQUIAPAUPERTASFECITRIDICULUSFOREM *A* 178. NAMILLAARTI*(vel* E*)*SOMNI*(min.prob.* E*)*SPERDOCETUBIQUEMATTIGIT *A* omnis *(*omnes *CDFZ)* artes *libri praeter A* ad tigit *ex* at tigit *B.* adtigit *C* 179. *Sic A* caram annonam *Bothius, Ritschelius* menatum *B* 180. *Sic A, nisi quod* CREDONUNCESSURIO adessurio *Ritschelius.* esurio *libri praeter A.* ego esurio *Guyeto auctore Bothius* eo acrius *Muellerus Pros. Pl. p. 535* 181. SEDGENERINOSTROHAECREDDITASTBENIGNITAS *A* hęc *C* red ditast *B.* reddita est *CDFZ* 182. NULLISNEGARESOLEOSIQUISMEESSUMUOCAT *A* negare *B cum A.* nugare *reliqui* si qui esum *Bothius.* siquis *(*si quis *DFZ)* es sum *(*essum *D.* esum *FZ)* me *libri praeter A.* qui esum me *sine* si *Camerarius.* si quis me *deleto* esum *Gulielmius Veris. I 18: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 390* si qui essum me ucat *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 686* 183. *Sic A, nisi quod* INTERIIT *et* PESSUME interiit *Pylades cum A.* interit *libri praeter A* 184. ATQ·OPTUMAHERCLEMEOANIMOETSCITISSUMA *A* Adque *C* optima *libri praeter A* scitis summa *BCD.* scitissima *F.* satis summa *Z: corr. Pylades* 185. *Sic A* Qua *ex* Quę *C* ut ebantur *B.* utebatur *F* ad cenam *F cum A.* adcęnam *C.* ad cęnam *D.* accenam *B.* ad coenam *Z* 186. *Sic A, nisi quod* UERO *et* GRAUARE*(vel* I*)* Promitte *Z cum A.* Promitto *(*Pro mitto *B) BCDF* 187. *Sic A, nisi quod* AMITTAM fleri *BCD* amictam *C* 188. NUNCREPPERERUNTIAMEIUERBOUICARIUM *A* reppererunt *(*reperer̃ *D)* ei uerbo *sine* iam *BCD.* reperere ei uerbo *FZ.* reppererunt uerbo ei iam *(vel* repperere ei uerbo iam*) Ritschelius.* repperere ei uerbulo *Hermannus apud Beckerum Quaest. p. 106*

Nihilí quidem hercle uérbum id ac uilíssumum:
'Vocém te ad cenam, nísi egomet ceném foris.' 190
Ei hércle uerbo lúmbos diffractós uelim,
Ne périerauerít, si cenassít domi.
Haec uérba subigunt mé uti mores bárbaros
Discam, átque ut faciam praéconis conpéndium
Itaque aúctionem praédicem, ipse ut uénditem. 195

CROCOTIVM

Hic illést parasitus, quem árcessitum míssa sum.
Quae lóquitur, auscultábo, prius quam cónloquar.

---

189. NIHILIQUIDEMHERCLEUERBUMI*(vel* E*)*TACUILISSIMUM *A* Nihili *F cum A, Pylades.* Nihil *reliqui* quidem *sup. scr.* $D^2$ uerbum id *Ritschelius duce A.* uerbum *BCDFZ.* uerbulum *Gruterus, Hermannus l. s. s.* ac uilissimum *Z.* aculissimum *BCD.* acciuilissimum *F* 190. *Sic A, nisi quod* UOCEM cenam $BD^1F$ *cum A.* cęnam $CD^4$. coenam *Z* ego met *B* cenem *BCDF cum A.* coenem *Z* 191. *Sic A, nisi quod* HERCLE *et* DEFRACTOSUELIM hercle ego *libri praeter A* diffractos *Ribbeckius Poet. Com.*[2] *p. LVI.* defractos *libri cum A* 192. NE*(min. prob.* I*)*UE*(*UE *incertae)*R*-(min. prob.* B*)*E*(vel* I, T*)*PERIERITSICENASSITDOMI *A* Ni perierauerit *Bugge Tidskrift of Phil. vol. VI p. 17, Lorenzius Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 548.* Ni uere perlerit *B.* Niue repleuerit *CDFZ.* Ni uere perierit *Camerarius.* Ni uere peieret *Bothius.* Nae te repleuerim *'in puris exemplaribus legi' Pius dicit.* Ne periure iteret, suae *Ritschelius.* Nisei res perierit *Geppertus alia ex A proferens atque nos Stud. Pl. vol. II p. 39.* Ni misere perierit *Crainius Diar. gymnas. vol. 20 (a. 1866) p. 485* Ne perierit niue iste cenassit *Luebbertus Gramm. Stud. I p. 94 talia ante h. v. periisse ratus:* nam ego cum quouis nunc pignus in cenam duim cenassit *BF cum A.* cęnassit $BD^2$. cenasit $D^1$. coenassit *Z* domi *Camerarius cum A.* domo *reliqui* 193. *Sic A, nisi quod* UERBA *et* MEUTMORE*(vel* I*)*S Hęc *C* ueba $D^1$: *corr.* $D^2$ me uti mores *Bothius.* me ut mors *B.* me ut mores *CDF.* me ut morem *Z.* me mores ut *Camerarius.* nunc me ut mores *Pylades* 194. *Sic A, nisi quod* PRAECONI*(vel* E*)*SCOMPENDIUM adque *C* praeconis *Z.* praecones *(*pręcones *D) BD.* precones *CF* compendium *libri praeter B* ac praeconis ut faciam conpendium *transponit Bothius* 195. *Sic A, nisi quod* IPSE Itaque] Atque *Acidalius, post* ipse *interpungens.* Ita qui *Scaliger* auctionem $D^2FZ$ *cum A.* autionem $BCD^1$ predicem *CD* uenditem] me ueni *(*meueni *D)* item *BCD.* inueni item *F.* uenire item *Z.* uenitem *'h. e.* ueneam, *prisca lectio' Pii* 196. *Pers. om. C spatio relicto Sic A, nisi quod* PARASITUSQUEM ille est *libri praeter A* accersitum *libri praeter A* 197. *Sic A, nisi quod* LOQUOR Quę *C* aut scultabo *B* priusquam *C* conloquar *BCD.* colloquar *FZ.* conloquor *Fleckeisenus*

GELASIMVS

Sed cúriosi súnt hic quomplurés mali,
Aliénas res qui cúrant studio máxumo,
Quibus ípsis nullast rés, quam procurént, sua. 200
Ei quándo quem auctiónem facturúm sciunt,
Adeúnt, perquirunt, quíd siet causae, ílico:
Vxórin sit reddénda dos diuórtio:
Aliénum aes cogat án pararit praédium.
Eos ómnis tametsi hercle haúd indignos iúdico, 205
Qui múltum miseri sínt, laborent, níl moror.
Dicam aúctionis caúsam, ut damno gaudeant:
Nam cúriosus némost, quin sit máleuolus.
Damna éuenerunt máxuma miseró mihi.

---

198. *Sic A, nisi quod* COMPLURES GEL. *om. CDZ sine spatio* quomplures *Ritschelius.* qui amplures *B.* qui iam plures *reliqui praeter A.* quamplures *Pius* 199. *Sic A, nisi quod* RES *et* MAXIMO aliena *F* qui res *Ritschelius* maximo *libri cum A* 200. *Sic A, nisi quod* QUIBUS *et* RES nulla est *libri praeter A* qua *BCD* 201. *Sic A, nisi quod* SI *pro* EI *ab initio et* QUI*(min. prob.* E*)*M quando *om. F* 202. *Sic A, nisi quod* ADEUNT *et* CAUSAE quid *Camerarius cum A.* quicquid *libri praeter A: cf. Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 31 sq., Muellerus Nachtr. p. 83* causę *C* ilico] illi quod *F* *Ordinem hunc versuum commendat Ritschelius praef. p. IX: invertunt libri cum A* 203. *Sic A, nisi quod* UXORIN Uxorin sit *D*[2]. Uxor insit *BCD*[1]. uxori an sit *F* redenda *D*[2]*: corr. D*[1] 204. ALIENUMAESCOGN*(puncto non satis certo)*ATANPARARAITPRAEDIUM *A* pararit] parassit *Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 39 ex A profert* prandium *libri praeter A.* praelium *Lipsius teste Taubmanno (voluit ut vid.* praedium*)* 205. E*(vel* I*)*OSOMNE*(vel* I*)*STAMETSIHERCLEHAUDINDIGNOSIUDICO *A* Eo *BCD* omnis *libri praeter A* tam et si *BCD* iudicio *BCD* 206. *Sic A, nisi quod* MULTUMMISERISUNT *et* NIHIL Qui *libri cum A.* qui ut *Z* sint, laborent *Bugge Philol. vol. 31 (a. 1872) p. 247 defendit.* sat laborent *Ritschelius* nihil *libri cum A* 207. *Sic A, nisi quod* AUCTIONI*(vel* E*)*S *et* UT *et* GAUDEANT autionis *Z.* auticonis *CD* damno *Ritschelius, ut et A.* am no *B.* animo *reliqui* 208. *Sic A, nisi quod* NEMOEST nemo est *libri cum A* quin *Pylades cum A.* qui non *libri praeter A* malibolus *B.* maliuolus *reliqui* *Sequitur in libris interpretamentum versus 207, quod om. A:* Ipse ego met quã obrem auctionem prędicem *(B) ubi* ego *pro* ego met *C,* egomet *reliqui,* predicem *CDF,* praedicem *Z.* *Ut insiticium iam Guyetus notavit. Contra in A hic scripti sunt v. 232. 233, suo loco iterati* 209. *Sic A, nisi quod* MAXIMA G *praem. D: spat. habet C* dampna *C* Dãnae uenerunt *B* maxuma *BCD.* maxima *FZ cum A* heu misero *Ritschelius.* ei misero *Muellerus Pros. Pl. p. 11:*

Ita mé mancupia míserum adfecerúnt male: 210
Potátiones plúrumae demórtuae:
Quot ádeo cenae, quás defleui, mórtuae,
Quot pótiones múlsi, quae autem prándia,
Quae intér continuom pérdidi triénnium.
Prae maérore adeo míser atque aegritúdine 215
Consénui: paene súm fame demórtuos.

CROCOTIVM

Ridículus aeque núllust, quam hic quando ésurit.

GELASIMVS

Nunc aúctionem fácere decretúmst mihi:
Forás necessumst, quídquid habeo, uéndere.
Adéste sultis: praéda erit praeséntium. 220

---

*cf. Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 17* 210. ITAMEMANCIPIA-MISERUMADFECERUNTMALE *A* mancupia *libri praeter A* affecerunt *FZ* malę *B* 211. *Sic A, nisi quod* POTATIONE*(vel* I*)*S potiones *F* plurimae *(*plurimę *C.* plurime *D) libri praeter A* demortuę $CD^2$. demortuo $D^1$ 212. *Sic A* Quot *FZ cum A.* Quod *B.* Quo *CD* cenae *DF cum A.* cenę *ex* cęnę *ras. B.* cęnae *C.* coenae *Z* defleui mortuas *Bothius* mortuę *C* 213. *Sic A, nisi quod* POTIONES *et* AUTEM Quot $D^1FZ$ *cum A.* Quod $BCD^1$ pociones *D* quae autem *Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 40 ex A, Bentleius.* Quot autem $D^1FZ$. Quod autem $BCD^1$. Quot item *idem Bentleius, Brixius Quaest. pros. p. 32, Ritschelius* 214. QUAEINTERCONTENUUMPERDIDITRIENNIUM *A* Quę *C* intra *Dousa* continuum *libri praeter A* 215. *Sic A, nisi quod* MERORE Prę *C* moerore *Z.* merore *BCD cum A* adeo $D^2FZ$ *cum A.* deo $BCD^1$ miseratque *B* egritudine *BCDF* 216. *Sic A, nisi quod* EMORTUUS paene sum *F cum A.* pre ne sum *B.* prenesum *C.* pęnesum *ex* pręnesum *D.* pene sum *Z* fame demortuos *Ritschelius.* fame emortuus *libri cum A.* fame ipsa emortuus *Pylades.* fame ipse emortuus *Acidalius.* famed emortuos *post Guyetum et Buechelerum de decl. p. 93 Ritschelius Nov. exc. p. 64* 217. *Crocotio dedit Pistorem secutus Gruterus: Gelasimo continuant libri Sic A, nisi quod* NULLUSESTQUANDO nullust quam hic quando *Weisius, Fleckeisenus, Langenus p. 19.* nullus est quando *libri cum A, Bentleius.* nullust quam quando *Ritschelius.* nullus est quam quando *Camerarius* 218. *Pers. correxit idem qui v. 217. spat. praemittunt CD. om. BFZ Sic A, nisi quod* FACEREDECRETUST autcionem $CD^1$ decretum est *libri praeter A* 219. FORASNECESSUSTQUICQUIDHABEOUENDERE *A* necessum est *libri praeter A* quid quid *B.* quicquid *CDFZ cum A* 220. *Sic A, nisi quod* ERIT Adeste sultis *Camerarius cum A.* Ad sese ultis *BCD.* Age sultis *Z.* At stultus *F* pręda erit *C.* predaerit *B* presentium *BC*

Logós ridiculos uéndo. age, age licémini.
Quis céna poscit? écqui poscit prándio?
Hercúleo stabunt prándio, cená tibi.
Ehem, ádnuistin? némo meliorés dabit
[Nullí meliores ésse parasitó sinam] 225
Cauillátiones, ádsentatiúnculas
Ac périeratiúnculas parasíticas.
Robíginosam strígilim, ampullam rúbidam
Ad únctiones graécas sudatórias
Vendó uel lalias málacas crapulárias: 230

---

228. *Huc spectare censet Ritschelius Pauli p. 263 verba haec:* Rubidus ... item scorteae ampullae rugosae rubidae dici solent

---

221. LOCOSRIDICVLOSUENDOAGELICEMINI *A* Logos *Camerarius.* Locos *BCD cum A.* iocos *FZ* rediculos *B* age, age *Muellerus Pros. Pl. p. 689, Bugge Opusc. ad Madvig. p. 178.* age *libri cum A.* agite *Pylades. Excogitari possunt multa* 222. *Sic A* Quis] Qui *BCDZ.* Quid *F* cęna *C.* coena *Z* possit *F* ecqui *DZ cum A.* ec qui *B.* eo qui *C.* et quid *Z* possit prandium *F* 223. HERCULEI*(min. prob.* E)STEAMAUIPRANDIOCENATIBI *A* Herculeo stabunt *Ritschelius.* Hercules te amabit *libri praeter A.* '*Nihil profecerunt Acidalius cum aliis*' *Ritschelius.* Herclus te amabit *Bugge l. s. s. Gepperti lectione fretus* cęna *CD.* coena *Z* 'prandio aut cena *malim*' *Ritschelius* tibi] cibo· *Bothius* Herculus te amabit: prandio, cenan tibi? *Geppertus Stud. Plaut. vol. II p. 40* 224. *Sic A, nisi quod* ADNUISTIN *et* MELIORISDABIT(T *incerta)* Ehen *D* 225. '*Interpretamentum est*' *Ritschelius Guyeto duce Sic A, nisi quod* PARASITOS Nulli *Dousa fil. cum A.* Nullis *libri praeter A* parasito *Dousa.* parasitos *libri cum A* Nullis — parasitis *Gulielmius Versum post v. 231 collocat Bugge l. s. s.* „*V. 226—230 hoc ordine collocat Acidalius: 229. 230. 226—228 libri cum A, sed ut in A v. 226 a prima manu omissum altera manus [immo m. prima, ut vid.] litteris minoribus inseruerit talibus, qualibus Argumentum Pseuduli scriptum est cuius exemplum A. Maius aeri incidi iussit [non his, sed eisdem quibus reliqua scripta sunt, licet minoribus sane]*" *Ritschelius. Traditum ordinem servat Bugge l. s. s., neque mihi omnes scrupuli exempti sunt* 226. *Sic A* Cauillationes] i *ante* o *e corr. B.* Captationes *Guyetus* adsentatiuntulas *D.* assentatiunculas *F* 227. *Sic A, nisi quod* AP *vel min. prob.* AD per iuratiunculas *B.* periuratiunculas *C.* per iurati unculas *D.* periurariunculas *F.* periuraciunculas *Z* 228. *Sic A* robiginosam *B cum A.* rubiginosam *reliqui* strigilem *libri praeter A, Ritschelius* 229. *Sic A, nisi quod* UELIUNCTIONES Ad unctiones *Ritschelius.* Vel unctiones *libri praeter A.* Vel ad unctiones *Acidalius.* Vel punctiones *Bugge l. s. s.* grecas *BCD* subdatorias *B* 230. *Sic A, nisi quod* UELALIAS *et* CRAPULARIAS Vendo uel lalias

Parasítum inanem, quó recondas réliquias.
Haec uéniuisse iám opus est quantúm potest,
Vt, décumam partem inde Hérculi pollúceam. 233

CROCOTIVM

Ecástor auctiónem hanc haud magní preti. 235
Adhaésit homini ad ínfumum uentrém fames.
Adíbo ad hominem.

GELASIMVS

Quís haec est, quae aduorsúm uenit?

---

233. *Priscianus IX 56 (Gr. l. II p. 491, 20):* polluceo polluxi. Plautus in Sticho: 'ut . . . polluceam'

---

*Bugge duce Bergkio Diar. ant. stud. a. 1855 p. 295.* Vel alias *libri praeter A.* Vendo: puluillos *(*malacos crapularios*) Ritschelius dubitanter.* Vendo: eulalias *Darnmannus Observat. in locos nonnullos Stichi p. 7* malacas crapularias] mala castra pularias *(*pullarias *D) BCD.* malacas ampullarias *FZ.* malacas alias crapularias *mss. Schobingeri.* malis malacas ampullarias *Pylades et* crapularias *substituto Camerarius. Locus vix sanatus est* Vel ad alias magis malacas crapularias *Acidalius* 231. *Sic A V. 232. 233 errore in A post 208 scripti recte hic redeunt* 232. HAECEUENISSEIAMOPUSESTQUANTUMPOTEST *A priore loco:* HAECUENIISSEIAM*(sup. v.* TEM*)*PUSESTQUANTUMPOTEST *idem posteriore loco* Haec ueniuisse *(vel* uenum iuisse*) Fleckeisenus Exerc. p. 48.* Haec *(*Hęc *BC)* uenisse *(*uaenisse *F) libri praeter A.* Haec ueniisse *Bentleius* 233. *Sic A utroque loco, nisi quod sine* inde Uti *Camerarius* partem inde *Muellerus Pros. Pl. p. 695.* partem *libri cum A et Prisciano.* partem si *Ritschelius.* partem ex uoto *Pylades, quod transiit in Prisciani exemplum Putschianum.* partem hinc *vir doctus in Gersdorfii Repert. a. 1851 IV p. 187* 234. *Ex Ambrosiani scriptura Ritschelius coniecit, versum hoc loco intercidisse talem:* Eo maior spes sit me utero parturum famem. *Adversatur Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 41* 235. *Sic A, nisi quod* EO*(vel* C*)*MAI*(vel* T*, min. prob.* E*)*OR *et omisso* hanc Mecastor *Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 41.* Eo maiorem *Darnmannus I p. 34* autionem $D^1Z$. auctiones *Scaliger.* auctiunculam *Kochius Mus. Rhen. vol. 32 (a. 1877) p. 100* hanc haud *Ritschelius.* haud *libri.* non *idem Ritschelius in adnot. cum Guyeto.* eccam haud *Muellerus Pros. Pl. p. 524* pretii *(*precii *FZ) libri praeter A* 236. *Sic A, nisi quod* INFIMUM *Ante* Adhaesit *spat. CD* Adhesit *BCDF* infimum *C (*adinf.*) DFZ cum A.* infirmum *B* 237. ADIBOADHOMINEM ‖ QUISHAECEST-QUAEMIHIADUORSUMUENIT *A* adhibo $D^1$ ad *B cum A. om. reliqui* Quis haec est *FZ cum A.* Quis hęc est *C.* Quis hec est *D.* Quis hę ee *B.* Quist *Ritschelius* quae aduorsum uenit *Fleckeisenus.* quae *(*quę *BC.* q i *$D^1$.* q e *$D^4$)* aduorsum it mihi *(*aduorsũd mhi *B) libri praeter A, quibus abutitur A. Muellerus in Progr. Badensi ed. a. 1873 p. 18* quae mi aduorsum uenit *Ritschelius cum A* quist haec quae aduor-

Epignómi ancillast haéc quidem, Crocótium.

CROCOTIVM

Gelásime, salue.

GELASIMVS

Nón id est nomén mihi.

CROCOTIVM

Certó mecastor íd fuit nomén tibi. 240

GELASIMVS

Fuít disertim, uérum id usu pérdidi:
Nunc Míccotrogus nómine e ueró uocor.

CROCOTIVM

Ecástor risi múltum.

GELASIMVS

Quando aut quo ín loco?

CROCOTIVM

Hic, quom aúctionem praédicabas péssumam.

---

241. *Nonius p. 509, 18:* disertim ... Plautus in Sticho: 'fuit ... perdidi' disertim *ex hoc loco excerpsit gloss. Pl.: cf. Ritschelii Op. vol. II p. 279*

---

sum it mihi *inter alia Muellerus Pros. Pl. p. 266 Cf. Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 412 et Stud. Plaut. p. 26* 238. E*(vel* I*)*PIGNOMIANCILLAHAECQUIDEMESTCROCOTIUM *A* ancillást haec quidem *Ritschelius.* ancilla haec (hęc *BC.* haec *sup. scr. D*[1]) quidem est *libri cum A* crococium *DZ* 239. *Sic A, nisi quod* GELASIME gelasine *DF* id est *B (ex corr.) C cum A.* est id *DFZ* 240. *Sic A, nisi quod* CERTO *et* TIBI Certo me castor *BCD.* Certon ecastor *F* 241. *Sic A, nisi quod* DISERTI*(vel* E*)*MUE*(vel* I*)*RUM disertim *Nonius, gloss. Plaut. cum A.* disertum *B.* desertum *CDFZ* uerum *om. Nonius* id] in *Gruterus* 242. *Sic A* miccot rogus *B cum A (in quo pro* T *etiam* P *legi potest).* micotrogus *CDZ.* mitotrogus *F.* misotrogus '*prisca exemplaria*' *Pii* ex uero *libri praeter A* 243. EUECASTORRISITEHODIEMULTUM ‖ QUANDOAUTQUOINLOCO *A* Ecastor risi *Guyetus.* Eue castor risite hodie *B.* Eu ecastor risit (si *sup. scr.*) ehodie *D.* Ey. ecastor risi te hodie *C.* heu ecastor risi te hodie *FZ.* Au, risi te hodie *Ritschelius coll. v. 258.* Eu ecastor risi *sine* te hodie *Muellerus Pros. Pl. p. 723* multum *om. Bentleius, Bothius* inloco *B*

*Duo olim exstitisse versus hos:*

Eu ęcástor semper míhi quidem tu Gélasimu's.
Nam risi te hodie multum *e. q. s.*

*suspicatur Studemundus teste Richtero de partic. exclam. p. 33* 244. *Sic A, nisi quod* PRAEDICABAS ‖ PESSIMA cum *libri praeter A* praedicabas pessumam *Ritschelius.* predicabas (praedicabas *DZ*) GE. Pessuma *libri*

GELASIMVS

Eho, an aúdiuisti?

CROCOTIVM

Té quidem digníssumam. 245. 246

GELASIMVS

Quo núnc is?

CROCOTIVM

Ad te.

GELASIMVS

Quíd uenis?

CROCOTIVM

Panégyris
Rogáre iussit téd hoc opere máxumo,
Mecúm simitu ut íres ad sesé domum.

GELASIMVS

Ego íllue mehercle uéro eo quantúm potest. 250
Iamne éxta cocta súnt? quot agnis fécerat?

CROCOTIVM

Illá quidem nullum sácruficauit.

GELASIMVS

Quómodo?

---

*praeter A, nisi quod pro* GE. *spatium B* 245. 246. Eho *a v. suo separavit Ritschelius* *Sic A, nisi quod* TI *vel min. prob.* TE Ehon *libri praeter A* audiuisti *Pylades cum A.* aut luisti *B.* audisti *CDFZ Pers. om. B sine spatio* dignissimam (meũ *ex* ma *D²) libri praeter A* 247. *Sic A, nisi quod* PANEGYRIS adte *BC* panegyris *FZ cum A.* panegiris *BCD.* Philumena *Ritschelius* 248. ROGARE(*vel* I)IUSSITTEUTOPEREMAXIMO *A* ted hoc *Bugge Opusc. ad Madvigium p. 180 sq.* te ut *libri cum A.* temet *cum Grutero Ritschelius.* ted ut *Bothius.* te nunc *Guyetus* maxumo *F.* maximo *reliqui cum A.* 249. MECUMSIMITUUTIRESE(*vel* I, T)OQUANTUMPOTEST *extremis verbis errore ex v. sequenti, ubi redeunt, illapsis A* Metum *D* si mitu *B.* simitii *D.* simul *F* ut ires *CZ cum A.* utires *BD.* ires *F.* adires *Bothius* adsese *B* 250. *Sic A* illo (ille *F*) *libri praeter A* illo tecum hercle *Muellerus Nachtr. p. 53* me hercle *BC.* me hercule *FZ. Vide Bentleium ad Eun. I 1, 22* potis *Fleckeisenus* 251. IAMNEEXTACOCTASUNTQUOTAGNISFECERAT *A* *Spat. praemittunt CD* Iam ne *BC.* namne *D* extactocta *B* quot agnis *Camerarius cum A: idem in B adscripsit Camerarius.* quod tac nis *B.* quod tacnis *C.* qđ tamis *DF.* quod tarmis *Z.* quod tramis *Scutarius* 252. *Sic A, nisi quod* SACRIFICAU(*vel* B)IT sacrificauit *B.* sacrificabit *CDFZ V. 253 sq. sic turbati sunt in A:*

Quid ígitur me uolt?

CROCOTIVM

Trítici modiós decem

Rogáre opinor.

GELASIMVS

Méne, ut ab sesé petam?

CROCOTIVM

Immo út tu a uóbis mútuom nobís dares. 255

GELASIMVS

Nega ésse quod dem míhi nec granum trítici
Neque áliud quicquam, nísi hoc quod habeo pállium.
Linguám quoque etiam uéndidi datáriam.

CROCOTIVM

Au,

---

QUIDIGITURMEUOLTMENEUTASESEPETAM
TRITICIMODIOSDECEMROGAREOPINORTEUO(*min. prob.* U)LT

253. uult *F* modios (os *in ras.*) *C* 254. rogare (re *sup. scr. m. 2*) *D* opinor. GE. Mene, ut ab sese *cum Grutero Ritschelius.* opinor te uolt. GE. mene ut ab sese *libri, nisi quod spat. pro* GE. *et* uol *B.* opinor uolt. GE. mene ab sese ut *Guyetus.* opinor te uolt. GE. mene? ab se ut *Bothius* 255. *Sic A, nisi quod* UT(*min. prob.* E *et* I)AUOBISMUTUUM Immo ut tu a uobis *scripsi duce A.* Immo ut abste *libri praeter A.* Immó ut a uobis *Loewius Anal. Pl. p. 176.* Immo tu ut *vel* ut tute abs te *Ritschelius.* Immo hercle ut abs te *Pylades* mutiuim *B.* mutuum *reliqui cum A* *Verba* nobis — mihi (*v. 256*) *in ras. C* dares *libri cum A.* dates *Seyffertus Stud. Pl. p. 7.* duis *cum Bothio Ritschelius* 256. *Sic A, nisi quod* NECMIHINECMUTUU(*min. prob.* O)M Nega *Bothius cum A.* Negato *libri praeter A.* Negito *cod. Scaligeri* dem mihi nec granum tritici *scripsi expulso glossemate.* dem nec mihi nec mutuum *libri cum A, quod def. Spengelius Plaut. p. 58.* dem mihi nec quod uolt mutuom *Ritschelius.* dem nunc mihi nec mutuom *Bothius.* dem nec mu nec mutuum *Gruterus Varrone de l. lat. VII 101 M. abusus.* dem nec medimnum mutuom *Muellerus Nachtr. p. 143* *Verba* nec mutuum — pallium *in ras. C* Negato mihi esse nec quod dem isti mutuom *Fleckeisenus.* Negato mihi esse nec quod mutuom duim *Bugge Philol. vol. 31 (a. 1872) p. 248.* Nega mi esse quod dem mutuum neque triticum *Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 75* 257. *Sic A* (Q:) quicquam *CDFZ cum A.* quisquam *B* nisihoc *B* nisi quod habeo hoc *Bothius, Ritschelius.* nisi quod habeo *Guyetus* 258. 259. LINGUAMQUOQ·ETIAMUENDI(*vel* E)DIDATARIAM *A* uendidi datariam *Bothius cum A.* uendidit ariam *B.* uenditariam *reliqui* *Ceterum verba* Linguam — uendi[tariam] *in ras., ubi initium proximi v. scriptum erat, C* Au (*pro quo* Hau *F et* Haud *Z*) *proprium v. esse vo-*

Nullán tibi linguast?

GELASIMVS

Quaé quidem dicát 'dabo', 260
Veterém reliqui: eccíllam, quae dicát 'cedo'.

CROCOTIVM

Malúm tibi di dent * * * * *

GELASIMVS

Malúm quidem si uis, haéc eadem dicít tibi.

CROCOTIVM

Quid núnc, ituru's án non?

GELASIMVS

Abi sané domum:
Iam illó uenturum dícito. propera átque abi. 265
Demíror, quid illaec me ád se arcessi iússerit,
Quae númquam iussit me ád se arcessi ante húnc diem,

---

*luerat Ritschelius: in libris cohaeret c.v.260* 260. *Cf.259* AUNULLAMTIBILINGUAEST#QUAEQUIDEMDICATDABO *A* Nullan *Ritschelius duce A.* Nulla *libri praeter A* lingua est GE. quae quidem dicat dabo Veterem *BCDFZ (nisi quod in B spat. pro* GE. *et verba* quę — dicat *in ras. C) Gelasimo continuantes, quae inde a Pylade sic distinguuntur:* lingua est, quae quidem dicat dabo? GE. Veterem 261. UENTRI*(vel* E*)*RELIQUIECCAMQUAEDICATCEDO *A* Veterem] Peregre *Luchsius Studemundii Stud. vol. 1 p. 29.* Ventri *def. Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 42* riliqui *D* eccillam *Bothius.* eccam illam *libri praeter A* quę *C* Veniuit. relicua eccam est *(vel* etiamst*)* quae dicat cedo *Muellerus Pros. Pl. p. 690* 262. 263. „*Duorum versuum vestigia latere in A:*

MALUMQUIDEMSIUIS#HAECEADEMDICITTIBI

*concedet, qui haec cum reliquorum librorum scriptura contulerit:*

Malum tibi di dent. GEL. haec eadem dicit tibi

*Vbi verba* Malum — dent *in ras. C,* dii *F,* GE *sine spat. om. B, toti autem v.* GEL *praemittit C (iterans ante* haec*): denique pro* haec *habent* hęc *BC,* hec *D. Exemplo qualia excidere potuerint haec sunto:*

Malum di tibi dent, mihimet si dicas cedo"

*Ritschelius* 262. di tibi *Ritschelius* Malum isti di dent linguae quae dicat cedo *vel* Malum dibi di dent cum ista quae dicat cedo *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 28* 263. hoc eadem dabit *Ritschelius* 264. *Sic A, nisi quod* ITURUS *et* ABI iturus *libri cum A* annon *BC* Abi] bi *cum spat. B Verba* Abi — ad se *v. 267 in ras. C* 265. *Sic A, nisi quod* DICITO *et* Q: abii *C* 266. *Sic A, nisi quod* DE *vel* DI *ab initio et* ILLAECMEADSE illec *C.* illec *DZ* adse *B: om. F* accersi *libri praeter A* 267. *Sic A, nisi quod* HUNCDIEM Quę *C* nunquam *C* accersi *libri praeter A*

Postquám uir abiit éius. miror quíd siet:
Nisi út periclum fíat, uisam quíd uelit.
Sed éccum Pinacium éius puerum. hoc sís uide: 270
Satin út facete aeque átque ex pictura ástitit?
Ne iste édepol uinum póculo pauxíllulo
Saepe éxanclauit súbmerum scitíssume.

---

272 sq. *Placidus p. 38, 25 ed. Deuerl.:* exanclare exhaurire, a graeco neniens, quod quidem uerbum Plautus, saecularis poeta comicus, posuit in Sticho: 'ne iste ... exanclauit' *Cf. Sergius de littera (Gr. lat. vol. IV p. 477, 10):* nam ante l numquam inuenitur d, uerum in paucis t, ut exantlauit, quod in Plauto lectum est, hoc est exhauriuit *Nonius p. 292, 7:* exanclare significat exhaurire. Plautus in Sticho: 'ne ... scitissime'

---

268. *Sic A, nisi quod* UIR si et *C* 269. *Sic A* periculum *F* 270. *Sic A, nisi quod* PINACIUM *et omisso* SIS ec cum *B* Pinacium *Bothius cum A cum hic tum per totam fabulam, permire tamen servans mulieris idem nomen: contra quem Balbachius dixit Observ. p. 45 sq.* piacium *B.* dinacium *CDFZ* hoc sis uide *Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 90.* hoc uide *libri cum A, Ritschelius, qui tamen in adnotatione Fleckeisenianam scripturam elegantem dicit et fortasse veram* em *vel* incedit *intercidisse suspicatur Muellerus Pros. Pl. p. 690: hiatum defendit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 191* 271. STATUTFACETEATQ·UTPICTURAASTITIT *A* facete aeque atque ex pictura *Fleckeisenus.* facete atque ex pictura *(*expictura *CD) libri praeter A.* faceted atque ut pictura *Loewius Anal. Pl. p. 176.* facete atque ex picturad *Ritschelius Nov. exc. p. 64: cf. Muellerus Nachtr. p. 72 sq.* facete atque ex pictura hic *Pylade auctore Acidalius* 272. NEISTEEDEPOLUINUMPOCULOPAUXILLULO *A* edepol uini *Placidi R,* de poluini *H,* de polluine *G* poculo] *vide Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 112.* pauculo *Placidi H,* paulo *G* uinum poculo exanclaut *(*exanclauet *P)* plautus in penulo saepe exanclauit *codices Nonii HP* 273. SAEPEEXANCLAUITSUBMERUMSCITISSUME *A* Sepe *CD* exanclauit *(*ex an clauit *B) libri cum A, Nonius.* exaclaui *Placidi H,* exanclaui *G.* exantlauit *Sergius* sub merum *BD.* submersum *F.* submetrum *Z.* merum *Nonius* scitissume *(*scitis sume *B,* scitissime *Z) libri cum A.* scitissime *Nonius*

---

**PINACIVM. GELASIMVS**

PINACIVM

Mercúrius, Iouis qui núntius perhibétur, numquam aequé patri
Suo núntium lepidum áttulit, quam ego núnc meae nuntiábo erae. 275
Ítaque onustum péctus porto laétitia lubéntiaque:
Néque lubet nisi glóriose quícquam proloquí profecto.
Amoénitates ómnium uenerum ét uenustatum ádfero,
Ripísque superat mi átque abundat péctus laętitiá meum.
Nunc tíbi potestas ádipiscundist glóriam, laudém, decus: 280
Própera, Pinaciúm, pedes hortáre, honesta dícta factis,
Eraéque egenti súbueui * * * *

---

276. *Cf. Loewii Prodr. p. 275:* lubentia: libidine uel uoluptate. *Cf. Placidus p. 62, 20 ed. Deuerl.*

---

*Act. II scaena 1* PINACIUM GELASIMUS *A.* PVER PARASITVS *B.* DINACIV̄ PVER GELASIM' PARASIT' *D*³*: item F Z, nisi quod* Gelasinus *F. om. C* „*V. 274—308 octonarii iambici sunt, quibus trochaici mixti octonarii 276. 277. 281. 291. [?] 292. 302, septenarii ut videtur 288. [?] 293. 306. Continuatione numeri copulatos v. 274—283 Hermannus interpretabatur Elem. doctr. metr. p. 175*" *Ritschelius* 274. *Sic A, nisi quod* IOUIS *et* NUNTIUS ercurius *cum spat. C* nuncius *CD* numquid *B.* nunquam *C* ęque *C.* aequę *D* 275. *Sic A, nisi quod* ERAENUNTIABO nuncium *CD* meę *C* nuntiabo erae *Ritschelius.* aere nuntiabo *B.* erę nunciabo *C.* nunciabo *D*¹. ere nunciabo *D*². herae nuntiabo *F Z* quem ego nunc erae meae nuntiabo *hypermetrum defendit cum Hermanno Kiesslingius Anal. Pl. p. 11* 276. ITAQ·HONUSTUMPECTUSPEORTOLAETITIALIBENTIAQUE *A* atque *D*¹*: corr. D*² laetitia *ex* latitia *corr. B.* lętitia *D.* letitia *C.* lęticia *F Z* lubentiaque *D*¹. libentiaque *BCD*² *cum A* 277. *Sic A, nisi quod* IUBET lubet *Z cum A, qui* iubet. libet *reliqui* gloriosse *B* proloqui] proloco *B* profecto *vulgo constructum cum proximis superioribus iunxit Ritschelius* 278. *Sic A, nisi quod* UENUSTATEM *A* Amoenitate somnium *B* et *libri cum A.* atque *Camerarius* uenustarum *F* adfero *B cum A.* affero *CD*² *F.* afferit *D*¹. afferet *Z* 279. *Sic A, nisi quod* RIPISQ· *et* MIHIATQ: Ripasque *Lambinus.* Nimisque *Iuntina* superat *BCZ cum A.* exuperat *D*¹. exsuperat *D*². mihi *libri cum A* atque *D*². at *D*¹ habundat *BD* lęticia *B.* lętitia *C.* letitia *D.* laeticia *F* *V. 280. 281 hoc ordine ponit Bothius, inverso libri cum A* 280. *Sic A, nisi quod* ADIPISCENDAST adipiscendi est *libri praeter A* Nunc potestas tibi apiscendist *proponebam dubitanter Anal. Pl. p. 103* 281. *Sic A.* nisi quod PEDE(*vel* DS *et* HONESTA Propera *Acidalius cum A.* Propterea *reliqui* Pinacium *B cum A.* dinacium *reliqui* ortare *D* honęsta *D* fac *Hermannus* 282. ERAEQ·GENTISUBUENIBENEFACTA-

Quae mísera in exspectátionest Épignomi aduentúm uiri:
Proinde út decet, uirum amát suom, cupide éxpetit. nunc, Pínacium,
Age út placet, curre út lubet: caue quémquam flocci féceris: 285
Cubitís depulsa dé uia, tranquíllam concinná uiam.
Si réx obstabit óbuiam, regem ípsum prius peruórtito.

GELASIMVS

Quídnam dicam Pínacium 288ᵃ

---

MALORUMTUUM *A* Ereque *C.* Eraeque *(*r *ex* g *inter scrib. corr.) D* egenti *Z.* genti *BCD cum A.* merenti *F, codd. Lambini* subueni] subueni bene facta malorum tuum *B cum A.* subueni benefacta maiorum tuorum *CDF.* subueni. benefacta maiorum tuorum ex auge *Z, e v. 303 ut apparet ascito* exauge. *'Sed ex eo loco totum potius hemistichium irrepsit et tale quiddam pepulit quale hoc est:*

Eraéque egenti subueni, [benefactis adiuta eam tuis].

*Servato v. 280. 281 ordine sic transposuit Guyetus duce Acidalio:*

Benefacta maiorum tuorum exauge, heraeque subueni'

*Ritschelius Verba* benefactis *(sic)* maiorum tuum *(sic) def. Winterus p. 67 De trochaico versu cogitat Muellerus Pros. Pl. p. 180: nil intercidisse videtur post* subueni *Spengelio Reformvorschlaege p. 416* 283. *Sic A, nisi quod* MISERA Quę *C* misera in *Ritschelius cum A.* misera *libri praeter A* exspectatione *(*expectatione *BC)* est *libri cum A* aduentum *B cum A.* aduentu *reliqui:* aduentus *vel* aduenti *Dousa Expl. IV 17.* aduentus *Ritschelius. Cf. Spengelius l. s. s. p. 416 'Bonum septenarium trochaicum efficiunt quae vulgantur:* Quae misera exspectatione est Epignomi aduentus uiri' *Ritschelius Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 315* in exspectatione Epignomi aduentus uirist *Fleckeisenus* 284. *Sic A, nisi quod* PROINDE *et* AMATUIRUMSUUM Pro inde *B* uirum amat suum *Guyetus.* amat uirum suum *libri cum A.* suom amat uirum *Muellerus Nachtr. p. 9* amat *delet Bergkius Diar. antiqu. stud. a. 1855 p. 290* cupide expetit. nunc Pinacium *ex A Ritschelius, nisi quod* et *praemittit.* cupide. nunc expidi pina cui' *B.* cupide. nunc expedi pinacium *reliqui.* Dinacium *primus Saracenus* 285. *Sic A, nisi quod* UT *et* CAUE *et* FLOCCI curre *FZ cum A.* currere *BCD* caueque̅ quam *D* floccifeceris *C* 286. *Sic A, nisi quod* CUBITIS *et* UIAM deuia *BCD* c̄ cinnauiã *B* 287. *Sic A, nisi quod* OB*(vel* P*)*STABITOBUIAMREGEMIPSUM *et* PERUORTITO obstabit obuiam $D^1FZ$. obstabitor *(*stabitor *in ras. C)* uiam $BCD^1$

*V. 288ᵃ et 288ᵇ ita discribunt AB: quam discriptionem defendit Hermannus Elem. p. 184. Uno versu comprehendit cum reliquis Ritschelius sic scribens:*

Quídnam dicam Pínacium tam líxabundum cúrrere?

tam lubenter *pro glossemate habuit Bothius,* lubenter *Ritschelius qui* lixabundum *(cf. Loewius Anal. Pl. p. 176) Scaligero debet. Idem adnotat vix defendi posse versum hoc exemplo conformatum:*

Quidnám tam dicam Pinacium lasciuibundum currere?

288ᵃ. QUIDNAMPINACIUM *A* dinacium *libri praeter AB*

Lascíuibundum tám lubentem cúrrere? 288[b]
Harúndinem fert spórtulamque et hámulum piscárium.

PINACIVM

Sed tándem opinor aéquiust erám mihi esse súpplicem 290
Atque óratores míttere ad me dónaque ex auro ét quadrigas,
Quí uehar: nam pédibus ire nón queo. ergo iám reuortar:
Ád me adiri et súpplicari mi égomet aequom cénseo.
An uéro nugas cénseas nilue ésse quod ego núnc scio?
Tantum á portu adportó bonum, tam gaúdium grande ád-
fero: 295
Vix ípsa domina hoc, sí sciat, exóptare ab deis aúdeat.

---

288[b]. *Glossae Festi p. 116, 9:* lixabundus: iter libere ac prolixe faciens *et Isidori* lixabundus qui ambulat uoluptatis causa dicitur *(ita Maius VI p. 532[a]) huc vix spectant: cf. Loewius Prodr. p. 275*

---

288[b]. *Sic A, nisi quod* CURRERE tam lubenter *libri praeter A* 289. *Sic A, nisi quod* FERTSPORTULAMQ:ETHAMUM Harundinem *(*H *in ras.) C* hamulum *solus B.* hamum *reliqui cum A* 290. *Sic A, nisi quod* TANDEM *et* AEQUIUMST opinor aequius *(*equius *C)* est *libri praeter A, nisi quod* aequiius *B* heram *Z* Sed tándem opino aequomst eram mihi esse supplicem atque eam *Ritschelius: cf. v. 291* 291. *Sic A, nisi quod* ATQ: *et* DONAATQ: *vel* DONATAQ: *vel min. prob.* DONAMQ: dona que *B* Oratores mittere ad me donaque ex auro et quadrigas *Ritschelius: cf. Kiesslingius Anal. Pl. p. 11 sq.* 292. *Sic A, nisi quod* ERGONAM uear *B* ergo iam *FZ.* ergonam *BD cum A.* ego nam *C* 293. ADMEADIREETSUPPLICARIEGOMETMIHIAEQUOMCENSEO *A* adiri *Ritschelius duce A.* iri *libri praeter A* mi egomet *Ritschelius.* egomet mihi *libri.* egomet mi *Mahlerus de pron. colloc. p. 13.* mi egomet me *Muellerus. Pros. Pl. p. 34* censeo aequum *(*aecum *B.* equum *C) libri praeter A* 294. ANUE(E *dubia)*RONUGASCENSEASNIHILESSEQUODEGONUNCSCIO(IO *dubiae) A* GEL. *praem. CDZ,* DIN. *insequenti versui* An] '*Fortasse* Ne *potius, sine interrogatione*' *Ritschelius* censeat *cod. Scaligeri* nilue *Ritschelius.* nihil *libri cum A.* id *Spengelius Reformvorschlaege p. 416.* nihilque *Acidalius.* nihili *Scaliger, Bothius: cf. Langenus p. 98* nihilue esse ego quod *Fleckeisenus* 295. *Sic A, nisi quod* AD(*vel* F)FERO a portu *Pylades cum A.* hortu *B.* portu *reliqui* adporto *B cum A.* apporto *reliqui* boni *Fleckeisenus* affero *(*adfero *B)* grande *libri praeter A: transposuit iam Acidalius* 296. VIXIPSADOMINAHOCNI(*min. prob.* E)SCIASEXOPTAREABDEISAUDEAT *A* si *Ritschelius.* ne si *B.* nisi *reliqui praeter A* ex optare *B.* expectare *F* a dis audeat *Pylades.* adist audeat *B, prope evanido* arbitror *m. eadem adiecto.* adist audeat *(sic cum vacuo spatio) CD.* a di audeat *Z.* audeat *F*

Nunc últro id deportem? haú placet, neque íd uiri officium árbitror.
Sic hóc uidetur míhi magis meo cónuenire huic núntio:
Aduórsum ueniat, ópsecret, se ut núntio hoc inpértiam.
Secúndas fortunás decent supérbiae.
Sed tándem quom recógito, qui pótuit scire haec scíre me?
Nón enim possum quín reuortar, quín loquar, quin édissertem,
Erámque ex maerore éximam, benefácta maiorúm meum
Exaúgeam atque illam aúgeam insperáto opportunó bono.
Contúndam facta Tálthybi contémnamque omnis núntios:
Símulque ad cursurám meditabor ád ludos Olýmpios.

---

297. *Sic A, nisi quod* NEQ:IDUIRIOFFICIUMARBITROR id] hoc *libri praeter A* haud *libri praeter A* uiri *Gulielmus cum A.* uero *libri praeter A* 298. *Sic A, nisi quod* UIDETUR *et* CONUENIRE Sic *Pistoris et Acidalius cum A.* Hic *BCDZ. om. F* mihi uidetur *F* cōuenire *B* huic *FZ cum A.* huc *BCD* nuncio *CD* 299. ADUERSUMUENIATOPSECRETSE*(vel* I*)*UTNUNTIOHOCIMPERTIAM *A* Aduersum ut *libri praeter A* obsecret *libri praeter A* nuncio *CD* inpertiam *B.* imperitiam *C.* impertiam *reliqui cum A* 300. *Sequitur senarius defensus ab Hermanno Elem. doctr. metr. p. 164: cuius initium paullo remotum est in A: octonarium effecit Ritschelius* decent fastidia et *scribens Sic A, nisi quod* SUPERBIAE super uię *B* 301. SEDTANDEMCUMRECOGITOQUIPOTUITSCIRE*(vel* I*)*HAECSCIREME *A* cum *libri cum A* 'potuit] *an* potis est *potius?' Ritschelius.* poterit *Muellerus Nachtr. p. 145: cf. Luebbertus Gramm. Stud. vol. II p. 44* hęc *C* scire *(i s.v.) D*
302. NONENIMPOSSUMQUINREUORTARQUINLOQUARQUINE(E *dub.) et in proprio v.* DISSERTE*(vel* I*)*M *A* *In CDFZ hic v. deest. Eo spectat quam post* me *notam* ⊜ *C habet* quin edissertem *Pareus.* qui me disser te *B.* quin edisertem *Camerarius* Enim non *et* edisserte quin loquar *Winterus p. 67 mire* 303. ERAMQUAEXMAERORĘEXIMAMBENEFACTAMAIORUMMEUM *A* Eramque ex *BCD.* Heramque ex *F, Pius.* Hę namque ex *Z.* Eram quin *duce A Bugge Tidskrift for Philol. vol. VII 24. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 109* moerore *Z.* me rore *B.* merore *CDF* maiorum *FZ cum A.* malorum *BCD* meum *(um in ras.) C* 304. *Sic A, nisi quod* ATQ:ILLAM *et* DOMO *pro* bono Exaugeam *in ras. C* insperato *Acidalius cum A.* ex insperato *reliqui* opportuno *F cum A.* oportuno *BCDZ.* a portu *Gulielmius Verisim. I 24* bono *idem.* modo *libri praeter A. cf. ad v. 338*
305. *Sic A, nisi quod* FACTATHALTHUBI facta talthibi *C.* factat althibi *B.* facta thalthibi *D.* facta Thaltibii *Z.* facta thalthibo *F* ōtemnāque *B.* contundamque $D^1$*: corr.* $D^2$ nuncios *C*
306. *Sic A, nisi quod* SIMULQ: *et* MEDITABORMEADLUDOSOLYMPIOS Simulque ad cursuram *(*adcursuram *B) libri cum A.* Simulque cursuram *Ritschelius addens: 'nisi* Simul ad c. m. ád *defendes'* meditabor *Ritschelius.* meditabor me *libri cum A* olimpię *BCD.* olympiae *FZ* *Versum iambicum defendunt Muellerus Pros. Pl.*

Sed spátium hoc occidít: breuest currículo: quam me paénitet.
Quid hóc? occlusam iánuam uideo. íbo et pultabó foris.
Aperíte atque adproperáte, fores facite út pateant: remouéte moram.
Nimis haéc res sine curá geritur: uide, quám dudum hic asto ét pulto.
Somnóne operam datis? éxperiar, fores án cubiti ac pedes plús ualeant.
Nimis uéllem haec fores erum fúgissent, ea caúsa ut haberent málum magnum.
Deféssus sum pultándo.
Hoc póstremumst: uae uóbis.

---

*p. 143 et Winterus Ueber die metr. Reconstruction p. 35* 307. *Sic A, nisi quod* HOCOCCID(D *incerta)*ITBREUEST *et* PAENITET spacium *CDZ.* stadium '*in priscis exemplaribus legi*' *Pius dicit* occidit. breuest curriculo *defendit Spengelius Reformvorschlaege p. 416.* oppido breuist curriculo *Ritschelius edidit: idem in adn.* quod nimis breuist curriculo *audebat.* occidi! breue est *Acidalius.* me occidit: breuis curriculi *e. q. s. Kiesslingius et de Wilamowitzius Anal. Pl. p. 12* curriculo *(alt.* r *sup. scr.) B* penitet *B.* penitet *CDF.* poenitet *Z* 308. QUIDHOC-OCCLUSAMIANUAMUIDEOIBOETPULTABOFORI*(min. prob* E)S *A* fores *(*o *ex* u *C) libri praeter A V. 309—312 servavit tetrametros cum AB Ritschelius: dimetris Hermannus discripsit Elem. d. metr. p. 395, qui in libro de metris p. 130 cogitaverat de trochaicis numeris. Parum recte, ut de numerorum ratione saepius, Lomanus iudicavit p. 66* 309. *Sic A, nisi quod* APERITEATQ·AP*(min. prob.* D)PROPERATE adque *C* approperate *FZ* 310. *Sic A, nisi quod* ASTOETREPULTO hec *C* asto et pulto *Taubmannus.* asto *(sequitur unius l. ras. in C)* es pulto *BCD*[1]. ast edes pulto *D*[2]. aedes pulto *Z.* astem pultatum *(*pultatum *etiam cod. Scaligeri) F* 311. *Sic A, nisi quod* FORE*(vel* I*)*SANPEDES Som non *B.* Sum non *CD.* Non *FZ: corr. Taubmannus* ancubiti *D* ac pedes *Lomanus.* an pedes *(*anpedes *D) libri cum A Quem v. Ritschelius in adn. sic scribendum censet:* Somnóne operam datis? éxperiar fores an cubiti mei plús ualeant. *Male* fores *eiecit cum Guyeto Bothius* 312. *Sic A, nisi quod* HAE *et* HABERENT-MANUM haec *F. Schmidt de dem. pron. form. p. 45.* hac *(*he *C) libri cum A* foges eum *D*[1]. fores erum *D*[2]. *de mensura cf. Ritschelius Prolegg. p. CCII.* herum *eicit Guyetus,* '*unde profectus non inepte proponas:* Nimis uellem haece fores fugissent' *Ritschelius* fugis sentea *B* malum magnum *Hermannus.* manum *BCD cum A.* malum *FZ. cf. Trin. 1062.* malam rem *Muellerus Pros. Pl. p. 123 versum catalecticum efficiens.* anum *Bugge Op. ad Madvigium p. 181. Versum iamb. def. Winterus p. 38* malum *cum FZ scribens. Ne* manum *quidem verbo defensorem deesse tibi persuade ex Philol. vol. 36 (a. 1877) p. 723 V. 313—325 continuos dimetros Hermannus discripsit. In AB duo tetrametri sunt 319. 320 et 321. 322: reliqui dimetri omnes* 313. *Sic A* 314. HOCPOSTREMUMST*(vel* E *vel* I*)*UAEUOBIS *A*

GELASIMVS

Ibo átque hunc compellábo. 315
Saluós sis.

PINACIVM

Et tu sálue.

GELASIMVS

Iam tú piscator fáctu's?

PINACIVM

Quamprídem non edísti?

GELASIMVS

Vnde ís? quid fers? quid féstinas?

PINACIVM

Tua quód nihil refert, né cures. 320

GELASIMVS

Quid istíc inest?

PINACIVM

Quas tu edés colubras.

GELASIMVS

Quid tam íracundu's?

PINACIVM

Si ín te

---

postremumst uae *scripsi cum A.* postremum est *libri praeter A.* postremum esto *Ritschelius.* postremumst bat *Niemeyerus Hermae vol. XIV (a. 1879) p. 450 a Ritschelii lectione* POSTEMUM··UAT *profectus: unde Ritschelius* postremum fuat *eliciebat.* postremumst cum *Geppertus Plaut. Stud. vol. II p. 42* Nunc hoc p. est uobis *Hermannus.* Hoc est postr. uobis *Camerarius* 315. *Sic A* compellabo *Camerarius cum A.* compello *libri praeter A* 316. SALVSSIS#ET(*vel* I)TVSALVE *A* saluus *libri cum A* PIN.] DIN *vel* DI *CDFZ et sic in reliquis semper, quod amplius non notabo* 317. IAMTVPISCATORFACTVS *A* factus *libri cum A. Interrogantis esse Dousa vidit Expl. IV 17* 318. *Sic A, nisi quod* PRIDEM Quam pridem *BD* edisti *FZ cum A.* dedisti *BCD, quod defendit idem Buchholtzius, cui v. 312* manum *placuit* 319. *Sic A, nisi quod* QVIDFESTINAS fes *B* festinastua *B: cf. v. 313—325* 320. *Sic A Pers. om. B sine spatio* necures *CD* 321. *Sic A* istinc est *libri praeter A.* istic est *Pius, Hermannus olim:* istuc est *idem alio tempore* Quas tu edes colubras *Hermannus cum A.* qua tui descolubras *B, ubi* qua tu id escolubras *correxit Camerarius.* quas tu uides colubras *reliqui.* uites colubras *'in priscis codd.' esse Pius testatur.* qua tu id re excolubras *coni. Camerarius: quod cum 'suos veteres libros habere' Lambinus dicit, fidem vix habet. Contra Camerarium Muretus dixit Var. lect. XIV 19 Versum spurium existimat Weisius* 322. *Sic A, nisi quod* SITE(*vel* I) iracundus *libri cum A* si in te (inte *BD*) *libri praeter A*

Pudor ádsit, non me appélles.

GELASIMVS

Possúm scire ex te uérum?

PINACIVM

Potes: hódie non cenábis. 325

---

## PANEGYRIS. GELASIMVS. PINACIVM

PANEGYRIS

Quisnam óbsecro has frangit fóris? ubi ubist? tun haéc facis?
tun mi huc hóstis uenis?

GELASIMVS

Salué: tuo arcessitú uenio huc.

PANEGYRIS

Ean grátia foris effringis?

---

323. *Sic A, nisi quod* APPELLES assit *libri praeter AB* 324. *Sic A, nisi quod* SCIREEXTE ex te scire *D* exteuerum *B* 325. *Sic A* Din. *om. C* potes *FZ cum A.* potest *BCD.* potis *Ritschelius* cenabis *BDF cum A.* cenabis *C.* coenabis *Z*

*Act. II sc. 2* PANEGYRIS PARASITUS *A.* PANECIRIS *B erasis inter* P *et* A *duabus litteris.* PANEGIRIS M̃ CELASIM' PARASIT' DINATIV̄ PVER *D*³. *om. C.* Panegyris mulier. Gelasimus parasitus. Dinacium puer *FZ, nisi quod* Gelasinus *F. Philumenae nomen restituit Ritschelius* 326. PANEGIRIS *praem. D.* PANEGYR. *C* *Anapaesticum feci octonarium ex duobus qui in AB sunt hisce:*

QUISNAMOP*(vel* B*)*SECROHASFRANGITFORI*(min. prob.* E*)*SUBIST
TUNHAECFACISTUMIHIHUCHOSTISUENIS

*Quorum priore* uis nam *cum spat. C,* fores *(*foris *B)* ubi est *libri praeter A: altero* Tunc hec *B,* tun haec *(*hec *C) reliqui,* facistun mihi *B,* facis tun mihi *CDFZ* *Trochaeos edidit Ritschelius hos:*

Quisnam óbsecro has frangít foris? tun fácis haec? tun mi hostís uenis?

*ubi* haec facis *Fleckeisenus* *Anapaesticum discripsit Spengelius Reformvorschlaege p. 184 hunc:* Quis nam óbsecro hăs frangit fóris? ubi is est? tun haéc facis, tun mi huc hóstis uenis? *Contra iambicos versus duo discripsit Winterus p. 68:* Quisnam obsecro has frangit fores? ‖ Ubist? tune facis haec? tu mihi huc hostis uenis? *cum tales Bergkius Ind. Hal. a. 1862/63 p. IV discripsisset numeros:* Quis nam obsecro has frangit foris? ubist? ubist? ‖ Tun haec facis? tun mihi huc hostis uenis? 327. SALUETUOARCESSITUUENIOEANGRATIAFORESEFFRINGIS *A* *Anapaestos tutantur cum alii tum Spengelius l. s. s. et Muellerus Pros. Pl. p. 109: trochaicum discripsit octonarium Ritschelius omisso* huc *in adnotatione* huc uenio *proponens* accersitu *libri praeter A* fores *BCDFZ*

GELASIMVS

Tuos íuclama, tui délinquont: ego quíd me uelles uísebam.
Nam méd equidem harum míserebat.

PINACIVM

Ergo aúxilium properé latumst.

PANEGYRIS

Quísnam hic loquitur tám prope nos? an Gélasimust?

GELASIMVS

Pinácium.

PANEGYRIS

Vbist? 330

PINACIVM

Réspice ad me et relínque egentem párasitum, Panégyris.

PANEGYRIS

Pínacium

---

328. *Sic A, nisi quod* DELINQVNT *Anapaestos discripsi cum Muellero l. s. s. ut v. 329: trochaeos Ritschelius* Tuo sinclamatui *F.* Tuos inclamatui *B D.* Tuo sin clamatui *C* delinquont *B.* delinquunt *reliqui praeter A* iusebam *B* 329. NAMMEQVIDEMHARVMMISERABANT-‡ ERGOAVXILIVMPROPERELATVMST *A* Nam med equidem harum *Ribbeckius de partic. lat. p. 41.* Nam *(ante quam vocem spat. C)* equidem harum *libri praeter A.* Nam me equidem harum *Spengelius l. s. s.* miserebāt *metiens et versum catalecticum efficiens. cf. Loewius Anal. Pl. p. 213 Versum trochaeis discribentes* Nam me quidem miserebat harum *transposuit Ritschelius, ubi* me quidem *iam Rittershusius:* Nam harum me quidem *Schmidtius de dem. pron. formis p. 51:* Nam me harum quidem *Bothius:* Nam miserebat me quidem harum *Crainius Ueber die Compos. p. 32* Ergo *(r e corr.) C* latun ẽ *B.* latum est *reliqui cum A* 330. QVISNAMHICLOQVITVRTAMPROPENOS‡PINACIVM-‡ VBIISST *A* Quis nam *C* loquitur hic *Ritschelius* propenas *B:* propenos *m. eadem corr.* an Gelasimust *addidi: om. libri* GEL. *cum Acidalio Ritschelius.* DIN. *CDFZ. spat. B cum A* pinacuum *(sequitur spat.)* ubi is est *B.* dinacium. PA. ubi is *(is om. F)* est *CDFZ.* Pinacium. PHIL. Pinacium? ubisst *Bugge Tidskrift for Phil. vol. 7 p. 25.* Pinacium? PHIL. Ubi is est, Pinacium? *Muellerus Pros. Pl. p. 252.* Pinacium. PHIL. Ubi is est? PIN. Respice *ex v. 331 Ritschelius Ceterum hunc v. spurium dicit Weisius* 331. *Sic A, nisi quod* PANEGYRIS Respice me *libri praeter A.* Ad med *Ritschelius: cf. v. 330* panegyris *DFZ.* panegiris *C.* pane giris *B.* Philumena *Ritschelius* 332. PINACIVMISTVCINDIDERVNTNOMENMAIORES-MIHI *A* PA. *sup. scr.* $D^1$ Dinacium *CDFZ* istuc indiderunt *C cum A.* istuc indideř *D.* istuc indidere *FZ.* istucindideri *B*

PINACIVM

Istuc índiderunt nómen maiorés mihi.

PANEGYRIS

Quíd agis?

PINACIVM

Quid agam, rógitas?

PANEGYRIS

Quidni rógitem?

PINACIVM

Quid mecúmst tibi?

PANEGYRIS

Meín fastidis, própudiose? elóquere propere, Pínacium.

PINACIVM

Iúbe me omittere ígitur hos, qui rétinent.

PANEGYRIS

Qui retinént?

PINACIVM

Rogas? 335

Ómnia membra lássitudo míhi tenet.

PANEGYRIS

Linguám quidem

Sát scio tibi nón tenere.

PINACIVM

Ita céleri curriculó fui

Própere a portu, tui honorís causa.

---

334. Propudiose *tamquam adverbium hinc transiit in gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Op. vol. II p. 269* 337. *Charisius p. 124, 23:* . . . celeri id est ab hoc et ab hac celeri: Plautus in Sticho: 'ita celeri' inquit 'curriculo fui'

---

333. *Personarum notas inde ab hoc v. per totam scaenam CD nullas habent, nisi ubi contrarium testabimur* *Sic A, nisi quod* MECUMESTTIBI *Spat. post* rogitem *om. CD in fine versus* mecum est *libri cum A* 334. MIHINFASTIDISPROPUDIOSE‖*(pro* SE‖ *min. prob.* SSE/ELOQUEREPROPEREPINACIUM *A* Mein fastidis *Scioppius Susp. lect. II 9.* Mihi infastidis *BCD.* Men infastidis *F.* Meu fastidis *Z.* Men rogas *Camerarius* *Ante* eloquere *spat. ut vid. B* pinacium *BCD cum A. om. FZ.* Dinacium *Camerarius* 335. *Sic A, nisi quod* IGITUR *et* RETINENT‖QUIRETINENTROGAS *omisso spatio* *Post* hos *ut vid. spatium B* 336. *Sic A, nisi quod* LASSITUDOMIHITENET *V. 337. 338 hoc ordine exhibent BCDFZ: inverso A* 337. *Sic A, nisi quod* TENERE/*vel* D *et* CELERI fui *BCD cum A, Charisius.* iui *FZ* 338. PROPEAPORTUTUIHONORISCAUSA‖ECQUIDADPORTASDOMI *A* aportu *C.* portu *Z* tui honoris causa *dubitanter retinui.*

PANEGYRIS

Écquid adportás boni?

PINACIVM

Nímio adporto múlto tanto plús quam speras.

PANEGYRIS.

Sálua sum.

PINACIVM

Át ego perii, quoí medullam lássitudo pérbibit. 340

GELASIMVS

Quíd ego, quoi miseró medullam uéntris percepít fames?

PANEGYRIS

Écquem conuenísti?

PINACIVM

Multos.

PANEGYRIS

Át uirum?

PINACIVM

Equidem plúrumos:

Vérum ex multis néquiorem núllum quam hic est.

PANEGYRIS

Quómodo?

GELASIMVS

Iándudum ego istunc aégre patior dícere iniusté mihi.

---

honoris causa tui *cum Bothio Ritschelius* Ec quid *D* adportas *B cum A.* apportas *reliqui* boni *libri praeter A: cf. ad v. 304* 339. *Sic A, nisi quod* NIMIAPARTE*(vel* I*)*MULTOTANTA *ab initio* Nimio adporto *Ritschelius.* Nimio inparti *BC.* nimio in parti *D.* nimio imparti *F.* nimio impartior *Z* tanto *Pius, Salmasius, Acidalius.* tanta *libri cum A* PA. *om. CD sine spatio* 340. ATEGOPERIICUIMEDULLASLASSITUDOPERBIBIT *A* peri *B* quo imedullam *B.* cui medullam *reliqui praeter A* 341. QUIDEGOMISEROCUIMEDULLASI'ENTRISPERCE*(vel* I*)*PITFAMES *A* GEL. *om. CD sine spatio* cui misero *libri praeter A* percipit *Gulielmius.* peredit *Palmerius.* perrepit *Lipsius Ant. lect. V 17* 342. ECQEMCONUENISTI‖MULTOS‖ADUIRUMECQUIDEM *et in novo v.* PLURIMOS *A* Ec quem *C* PA. *post* multos *om. CD in principio versus* ad *libri cum A, nisi quod* aduirum *BC* PIN. Equidem plurumos *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 12 (a. 1857) p. 132.* ecquem *(*ec quem *BCD)* DIN. *(om. F)* Plurimos *libri praeter A, Ritschelius, ubi* quam plurimos *Camerarius* 343. *Sic A, nisi quod* NEQUIOREM *et* QUOMODO *in novo v., ut de spatio non constet* *Spat. praem. CD* exmultis *C* nequi orem *B* *Mulieri tribuit Ritschelius quae una cum proximis Gelasimo libri, cum spatium ante* Iandudum *omittant* 344. *Cf. v. 343* IANDUDUMEGOISTUMPATIORDICEREIN-

Praéterhac si me ínritassis

PINACIVM

Édepol essuriés male. 345

GELASIMVS

Ánimum inducam, ut ístuc uerum te élocutum esse árbitrer.

PINACIVM

Múnditias uolo fíeri: ecferte huc scópas simulque harúndinem,
Vt operam omnem aráneorum pérdam et texturam ímprobam
Deíciamque eorum ómneis telas.

GELASIMVS

Míseri algebunt póstea.

PINACIVM

Quíd? illas itidemne ésse censes, quási te, cum ueste única? 350

---

348 sq. *Nonius p. 192, 9:* araneae et feminini sunt generis . . . masculini. Plautus in Sticho: 'ut . . . telas' *Cf. Loewius Anal. Pl. p. 178*

---

IVSTEMIHI *A* Iam dudum *libri praeter A.* Nam iamdudum *Bothius* ego istunc aegre *Ritschelius.* ego istum *libri cum A, nisi quod* ego *sup. scr.* $D^2$. '*Poteris etiam* ego istum impune' *Ritschelius* 345. *Sic A, nisi quod* PRAETERHAECSIMEINRITASSI*(vel* E*)*S Preter hac *C.* Preter hac *B* sime *B* meinritassis *D* esuries *libri praeter A* 346. ANIMUMINDUCAMUTUISTUCUERUMTEELOQUTUMESSEARBITRER *A* ut ne istuc *Ritschelius.* ut tibi istuc *Bugge Philol. vol. 31 (a. 1872) p. 248. Cf. Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 777* locutum *Bothius* 347. *Sic A, nisi quod* EFFERTE *et* HARUNDINEM Mundicias *BC* uolo *ex* foro $D^1$ ecferte *Bothius.* hęc ferte *BCD.* hic. ferte *FZ* Simul *Ritschelius Proleg. p. CXLVI et Opusc. vol. II p. 325, non in editione* 348. *Sic A, nisi quod* TEXTURAM operam omnem *libri cum A.* operas *Nonius* araneorum *libri omnes cum Nonio: cf. Loewius Anal. Pl. p. 178.* aranearum *cum Pylade Ritschelius* perdam] tergam *Nonius* improbam *ex* improbum *ut vid. D.* improbem *B, Nonius* 349. DEICIAMQ:EQ*(min. prob.* A*)*RUMOMNEISTELASMISERE*(vel* I*)*ALGEBUNTPOSTEA *A* Deiciamque *Nonius cum A.* De hic iamque *B.* dehinc iamque *CDZ.* dehinc iam atque *F* eorum *Nonius cum A, ut videtur.* earum *libri praeter A, Ritschelius* omnis *libri praeter A.* omnes *Nonius* GEL. *om. F: spat. om. CD in versus principio* Miseri algebunt *Fleckeisenus.* Miserae algebunt *Ritschelius cum Camerario (cf. A).* misera falgebunt *B.* misera fulgebant *C.* misera fulgebunt *DZ.* miseras fulgebunt *F.* misera frigebunt '*in quibusdam codd.*' *Pii: unde* miserae frigebunt *Pylades* 350. QUIDILLOSITIDEMNECENSESESSEQUASITECUMUESTAEUNICA *A* PIN.] GEL. *F* illos *Fleckeisenus cum A.* illas *libri praeter A, Ritschelius* itidemne esse censes *Ritschelius.* itidem esse censes *libri praeter A.* itidem censes esse *Bothius.* '*De* illasne itidem censes esse *cave cogites*' *Ritschelius.* Aliqui censes esse *ex A falso adfert Geppertus Stud. Pl. vol. II*

Cápe illas scopas.

GELASIMVS

Cápiam.

PINACIVM

Hoc egomet, tu hóc conuerre.

GELASIMVS

Ego fécero.

PINACIVM

Écquis huc effert nássiternam cúm aqua?

GELASIMVS

Sine suffrágio

Pópuli tamen aedílitatem hic quídem gerit.

PINACIVM

Age tu ócius

Fínge humum, conspérge ante aedis.

GELASIMVS

Fáciam.

PINACIVM

Factum opórtuit.

---

352. *Festus p. 169, 11:* Nassiterna est genus uasi aquari ansati et patentis quale est quo equi perfundi solent . . . Plautus . . . et in Neruolaria: 'equis . . . aqua sine suffragio' *Quae verba et in Sticho et in Nervolaria exstitisse censet Bergkius Beitr. p. 160: cf. Ritschelius Opusc. II p. 325* nasiterna: uas uinarium *est apud Placidum p. 69, 3 ed. Deuerl.*

---

*p. 43 Proxima, a verbis* Quasi tectum ueste *usque ad* uenales logi sunt Illi *(v. 390) et suo loco in Z apparent folii 215 paginam priorem implentia, et (sine* Illi*) errore aliquo mediae Persae (inter* me *et* Argentum *I 1, 40) inserta in folii 186 pagina posteriore posita sunt. Nec quicquam discrepantiae est praeter unum illud quod ad v. 386 commemoravi*

tecum *B cum A.* tectum *reliqui* 351. CAPELLASSCOPAS‖COPIAM‖-HOCEGOMETTUHOCCONUERRE *et in novo v.* EGOFECERO *A* Cape illas *libri praeter A* GEL. *om. F Spat. ante* Hoc *om. CD in principio versus* Ego fecero *edidi ex A.* Fecero *libri praeter A.* ECFECERO *legit et scripsit Ritschelius* 352. *Sic A, nisi quod* EFFERT *et spat. omisso* Ec quis *BCD.* Ecqui *Ritschelius cum Guyeto* nassiternam *A cum Festo.* nasciternam *BCDFZ* 353. POPULITAMENAEDILITATEMHICQUIDEMGERITAGETUOCIUS *A* otius *CDZ* 354. PINGEHUMUMCONSPERGEANTEAEDI*(min. prob.* E)S‖FACIAM‖FACTUMOPORTUIT *A* Finge *Bugge Tidskrift for Philol. vol. VII. p. 26.* Pinge *libri cum A.* Terge *Ritschelius.* Stringe *Guyetus.* Tinge *Lipsius Ant. lect. V 17* ędis *D*

Égo hinc araneás de foribus déiciam et dé páriete. 355

GELASIMVS

Édepol rem negótiosam.

PANEGYRIS

Quíd sit, nil etiám scio:
Nísi forte hospités uenturi súnt.

PINACIVM

Vos lectos stérnite.

GELASIMVS

Príncipium placét de lectis.

PINACIVM

Álii ligna caédite:
Álii piscis dépurgate, quós piscator áttulit:
Pérnam et glandiúm deicite.

GELASIMVS

Hic hércle homo nimiúm sapit. 360

PANEGYRIS

Nón ecastor, út ego opinor, sátis erae morém geris.

PINACIVM

Ímmo res omnís relictas hábeo prae quod tú uelis.

---

355. *Sic A, nisi quod* ARANEA*(vel* O*)*S Ego hinc *libri cum A, nisi quod* ergo *D.* Ego illim *Ritschelius: cf. Opusc. phil. II p. 454.* Hinc ego *Guyetus* araneas *CDFZ.* aranias *B* deforibus *BCD* deiciam *BCD cum A.* deiiciam *FZ* depariete *BCD* 356. *Sic A, nisi quod* NEGOTIOSSAMQUIDSITNIHIL *omisso spatio* GEL. *om. CF in princ. versus* Aedepol *Z* negociosam *Z* quid sit *Gelasimo continuabat Acidalius cum A* nihil *libri cum A* 357. NISIFORTEHOSPITESUENTURISUNT#LECTOSSTERNITE *A* nisi *(si sup. scr.) D* nunc sunt *Ritschelius olim: cf. Opusc. vol. II p. 326* sunt. PI. Vos lectos *cum Weisio Ritschelius.* sunt DI. *(om. BCD sine spatio)* lectos *libri praeter A.* sunt. DI. alii lectos *Acidalius.* si sunt PI. lectos *Bothius* lecto sternice *B* 358. PRINCIPIUMPLACETDELECTIS#ALIILIGNACAEDITE *A* GEL. *D, Acidalius, Dousa. spat. om. C.* PAN. *FZ* delectis *BCD* PIN.] DIN. *CDFZ* ali *B* cedite *CDFZ* 359. ALIIPISCISDEPURGATEQUO·····ATORATTULIT *A* Ali *B* pisces *libri praeter A* purigate *Bugge Philol. vol. 31 (a. 1872) p. 249* quod *B* piscato *(immo* piscatu*)* rettuli *Lipsius Ant. lect. IV 17* 360. PERNAMETGLANDIUMDEICITE#HICHERCLEHOMONIMIUMSAPIT *A* pernam *(r supr. scr.) D* gladium *C* deicite *BCDF cum A.* deiicite *Z* alii deicite. GE. Hercle homo hic *Fleckeisenus* GEL. *om. B sine spat.: item CD in versus principio: quod cum consentaneum sit non amplius notabo* 361. *Sic A, nisi quod* ECASTOR *omisso* UT ut *libri praeter A omnes* satis *B cum A. om. reliqui* herae *FZ.* aere *BCD* 362. *Sic A, nisi quod* OMNI*(vel* E*)*SRELICTAS prę *C* prae eo quod *Langenus p. 33*

PANEGYRIS

Túm tu igitur, qua caúsa missus és ad portum, id éxpedi.

PINACIVM

Dícam. postquam mé misisti ad pórtum cum lucí simul,
Cómmodum radiósus sese sól superabat éx mari. 365
Dúm percontor pórtitores, écquae nauis uénerit
Éx Asia, negánt uenisse: cónspicatus sum ínterim
Cércurum, quo ego mé maiorem nón uidisse cénseo.
Ín portum uentó secundo, uélo passo péruenit.
Álius alium pércontamur: quóiast nauis? quíd uehit? 370
Ínteribi Epignomúm conspicio tuóm uirum et seruóm Stichum.

PANEGYRIS

Hém, quid? Epignomum élocutu's?

PINACIVM

Tuóm uirum

---

366 sqq. *Nonius p. 533, 25:* cercurus nauis est Asiana pergrandis. Plautus in Sticho: 'cum percunctor . . . censeo' 369. *Nonius p. 11, 26:* passum est proprie rugosum uel siccum. Plautus Sticho: 'in . . . peruenit' 371. Interibi *ex hoc ut videtur loco adfert gloss. Pl.: cf. Ritschelii Opusc. phil. vol. II p. 266*

---

363. TUMTUIGITURQUACAUSSAMISSUSESADPORTUMIDEXPEDI *A* tu *ex* tui *ras. B* causa tu missus *Z* adportum *C* id *om. libri praeter A.* mihi *Pylades* 364. *Sic A, nisi quod* DICAM *et* MEMISISTI *et* SE*(vel* I*)*-ME*(vel* I*)*L me misisti] meministi *D F* adportum *C* lucis *F.* lucu *Pius* 365. COMMODUMRADIOSSUSSEC*(min. prob.* S*)*SESOLSUPERABATEMARI *A* radiosus sese *Lipsius: cf. Studemundus Mus. Rhen. vol. 21 (a. 1866) p. 580.* radiosus esse *libri praeter A.* radiosus ecce *Gruterus, Scaliger: ubi* se ecce *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 12 (a. 1857) p. 132.* radiosus ipse *alii* mari, Dum *iungebatur vulgo ante Ritschelium* 366. *Sic A, nisi quod* PERCONTORPORTITORES cum *Nonius* percontor *F Z cum A.* perconctor *(*per conctor *B C) B C D.* percunctor *Nonius* potitores *B* ec quae *(*ec quę *C) B C D.* ecq; *Z.* et quae *Nonius* 367. *Sic A, nisi quod* NEGANT *et* INTERIM Exasia *C.* Ex Asia ac *Ritschelius.* Ex Asia et *Bothius* 368. *Sic A, nisi quod* QUOEGOMAIOREM *et* UIDISSE memaiorem nonuidisse *D* Cercurum *B Z cum A.* Cercurrum *D.* Cer currum *C.* Cercirum *F.* cyrcerum *Nonius* 369. *Sic A, nisi quod* PERUENIT 370. *Sic A, nisi quod* PERCUNTAMUR *et* NAUIS perconctamur *C D.* percunctamur *Z* cui aest *B.* cuia est *reliqui praeter A* 371. INTERIBIEPIGNOMUMCONSPICIOTUUMUIRUMETSERUUMSTICHUM *A* Interibi *Ritschelius duce glossario Plautino cum A.* Interim *libri praeter A* epignonium *F Z* tuum *libri cum A* seruum stichum *Z cum A.* seruõ ft hichum *B.* seruumst ichum *C.* seruumst hic hum *D.* seruũst hunc *F* 372. HEMQUIDEPIGNOMUMELOCUTUS‡TUUM-UIRUMETU- *et in novo v.* -MMEAM *A* qui depignomum *B.* qui ‖ De-

GELASIMVS

Et uitám meam.

PINACIVM

Vénit, inquam.

PANEGYRIS

Tútin ipsus ípsum uidistí?

PINACIVM

Lubens.

GELASIMVS

Hércle uero cápiam scopas átque hoc conuorrám lubens.

PINACIVM

Argentique auríque aduexit nímium.

GELASIMVS

Nimis factúm bene. 375

PINACIVM

Lánam purpurámque multam.

GELASIMVS

Ést qui uentrem uéstiam.

PINACIVM

Léctos eburatós, auratos.

GELASIMVS

Áccubabo régie.

---

pignomum *CD.* quid epignonium *FZ* elocutus *(e sup. scr. D¹) BCDFZ.* es locutus *ex A def. Loewius Anal. Pl. p. 178: cf. Langenus p. 184* tuum uirum *(sequitur spat.)* et uitam meam *BCD.* DIN. tuum uirum. PAN. et uitam meam *FZ.* GEL. tuum uirum et uitam meam *Acidalius, Ritschelius. Totum v. Gelasimo tribuit Scaliger:* Hem quid *Mulieri, reliqua Gelasimo Guyetus* 373. *Sic A, nisi quod* IPSUS in quam *C* tutin ipsus ipsum *ex A Loewius Anal. Pl. p. 178.* tun eum *(tuneum B,* tũ eum *Z)* ipsum *libri praeter A.* Tun eum ipsus ipsum *Ritschelius Spat. om. B* Lubens *ex A Ritschelius.* ita ego libens *libri praeter A.* ita ego, ac lubens *Bothius V. 374—375 hoc ordine collocat Acidalius, inverso libri cum A, quod defendi potest* 374. GEL. *praem. D Sic A, nisi quod* ATQ: HOC adque *C* conuerram libens *libri praeter A* 375. PIN. *om. libri Sic A, nisi quod* ARGENTI *et* NIMIUM#NIMIS PIN. *om. libri* Argentique *Guyetus.* Argenti *libri cum A* Atque argenti *Muellerus Pros. Pl. p. 669* nimium] multum *libri praeter A* GEL. *Acidalius.* PAN. *FZ* 376. *Sic A, nisi quod* MULTAM#ESTQUI pupuramque *D* GEL. *DZ.* PAN. *F* est qui *retinui ex A.* ẽqui *B.* Hem qui *reliqui, Ritschelius.* hehem qui *Pylades.* ehem qui *Camerarius, Muellerus Pros. Pl. p. 669.* Em qui *Ribbeckius de partic. p. 31.* Erit qui *Loewius Anal. Pl. p. 178 An* uentriculum? 377. Pin. *praem. D Sic A* GEL. *Z.* PAN. *F* accubabo regie *Z cum A.* accubabor egle *BCD.* accubabo egle *F*

PINACIVM

Túm Babylonica peristróma et tónsilia tapétia
Áduexit.

GELASIMVS

Nimiúm bonae rei. hércle rem gestám bene.

PINACIVM

Póste, ut occepí narrare, fídicinas, tibícinas, 380
Sámbucas aduéxit secum fórma eximia.

GELASIMVS

Eúgepae.
Quándo adbibero, adlúdiabo: túm sum ridiculíssumus.

PINACIVM

Póste unguenta múltigenerum múlta.

---

378. *Cf. glossae quas Loewius Prodr. p. 290 attulit* *De* peristroma *cf. scriptor de dub. nomin. (Gramm. lat. vol. V p. 586, 7):* peristromum generis neutri; sed Cicero elegantius dixit hoc peristroma et haec peristromata

---

378. *Sic scripsi.* TUMBABYLONICAETPERISTROMATONSILIAETTAPPETIA *A.* Tam babilonica et peristromaton silla et tapetia *reliqui, nisi quod* Tum babylonica et *FZ,* sella et *CDFZ: cf. Loewius Prodr. p. 291.* Tum Babylonica peristromatia, conchyliata tapetia *Ritschelius.* Tum babylonica peristromata sellas et tapetia *Pylades (et* sellas *'alibi scriptum esse' dixerat Pius):* T. B. peristromata consutaque tapetia *Camerarius.* T. B. p., consiliata tap. *Parcus.* T. B. p., conchyliata t. *Gronovius.* Tum Babylonica peristroma, tonsilia t. *Bergkius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 38.* Tum B. peristromata, tonsilia tapetia *Muellerus Pros. Pl. p. 247: et* tonsilia tapetia *def. Buechelerus de decl. p. 40*

379. ADUEXITNIMIUMBONAEREI#REMGESTAMBENE *sine* hercle *A* Aduexit. GEL. Nimium bonae rei . hercle *Ritschelius.* Aduexit nimium bonae rei (bonaerei *D.* bonę rei *C).* GEL. (PAN. *F. spat. BCD)* hercle *libri praeter A* 380. *Spat. om. C* *Sic A, nisi quod* PÓSTEA *et* FIAICINAS Poste ut *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 546.* Post ut *libri praeter A* tibi cinas *B.* tibicinas *ex* tabulas *corr. D*[1] 381. SAMBUCASADUEXITSECUMFORMAEXIMIA#EUGEPAE *A* Sam bucas *B.* Sambucinas *'in codicibus antiquis scribi' Pius notavit: recepit Camerarius.* Sambucicinas *Salmasius, Guyetus: cf. E. Hauler, Stud. Vindob. vol. V (a. 1883) p. 163 sq.* aduenit *B* secum aduexit *Guyetus* eximia *F cum A.* exumia *BCDZ, Ritschelius* GEL. *Z.* PAN. *F* Eugepae *B cum A.* eugepe *CD.* euge *FZ* Euge papae *vel* exumia forma secum aduexit *ad hiatum tollendum Muellerus Pros. Pl. p. 670* 382. *Sic A, nisi quod* TUMSUMRIDICULISSIMUS GEL. *praem. F* adhibero *Z* ridiculissumus *BZ.* ridiculis sūmus *D.* ridiculissimus *CF cum A* 383. POSTEAUNGENTAMULTIGENERUMMULTA#NONUENDOLOC(*min. prob.* G)OS *A* Poste *B, Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 544.* Post *Guyetus.* Post

GELASIMVS

Non uendó logos:
Iám ego non facio aúctionem: mi óptigit heréditas.
Máliuoli perquísitores aúctionum périerint. 385
Hércules, decumam ésse adauctam, tíbi quam uoui, grátulor.
Spés est, tandem aliquándo inportunam éxigere ex uteró famem.

PINACIVM

Póst autem parasítos secum aduéxit

GELASIMVS

Ei, perií miser.

PINACIVM

Rídiculissumós.

GELASIMVS

Reuorram hercle hóc, quod conuorrí modo.
Vénales logí sunt illi, quós negabam uéndere. 390

---

hec *CDFZ* unguenta *libri praeter A omnes* multi generum *B.* multigenera *Guyetus* GEL. *om. F.* logos] iocos *'libri veteres' Lambini* 384. GEL. *praem. F* IAMNONFACIOAUCTIONEMMIHIOP*(min. prob.* B*)*-TIGITHEREDITAS *A* Iam ego *Ritschelius Proleg. Trin. p. CLXXXVI.* Iam *libri cum A.* Iamiam *Bothius* non auctionem facio *Muellerus Pros. Pl. p. 75* facio *B cum A.* faciam *reliqui* auctionem *(c sup. scr.) D* mihi optigit *BCD cum A.* mihi obtigit *FZ.* optigit mi *Ritschelius edidit, qui olim* nam obtigit mi *proposuerat* 385. MALI*(min. prob.* E*)* UOLIPERQUISITORESAU(AU *dubiae)*CI*(vel* T*)*ONUMPERIE*(vel* I*)*RUNT *A* Maleuoli *edidit Ritschelius* auctuonum *B* perierint *libri praeter A omnes* 386. *Sic A, nisi quod* DECUMAM Hercules *Z cum A.* hercoleles *B.* Hercoledes *CD.* hcolides *F* decimam *libri praeter A* uoui *BCD cum A.* noni *FZ: pro quo* uoui *'ex prisca lectione scribendum' esse Pius annotavit: atque ita Z habet priore loco illo, de quo ad v. 350 dixi* 387. SPESESTT*(vel* P, T, I*)*ANDEMALIQUANDO-INPORTUNAMEXIGEREEXUTEROFAMEM *A* *Hunc v. om. libri praeter A* Spes est tandem aliqua me inportunam *e. q. s. Ritschelius in adnotatione errans de A* *Dubito de hoc versu* 388. POSTAUTEM-ADUEXITPARASITOSSECUM‖EIPERIIMISER *A, Ritschelius* parasitos secum aduexit *Muellerus Pros. Pl. p. 670.* aduexit *(aduenit B)* secum parasitos *libri praeter A, qui ne ipse quidem verum servavit* ei *BCD cum A ut vid.* hei *FZ* 389. RIDICULOSISSIMOS‖REUOR-RAMHERCLEHOCQUODCONUERRIMODO *A* Ridiculissimos *F, Acidalius, Bentleius.* Ridiculosissimos *BC (osi in ras.) DF cum A* reuorram *BCD cum A.* reuerram *FZ* conuorri *Ritschelius.* conuerri *libri cum A V. 390—392 hic collocavit Bothius: post v. 395 libri habent cum A* 390. *Sic A, nisi quod* ILLI logi *Z cum A.* loci *BC et sup. scr. D.* ioci *F, libri Lambini* *Ceterum in Z folium 215 rectum terminatur hoc versu:*

Ílicet: iam méo malost quod máleuolentes gaúdeant.
Hércules, qui déus sis, sane díscessisti nón bene.

PANEGYRIS

Vídistin uirúm sororis Pámphilippum? Nón adest?

PINACIVM

Ímmo uenisse eúm simitu mi aíbant illi: ego húc citus
Praécucurri, ut núntiarem núntium exoptábilem. 395

PANEGYRIS

I íntro, Pinaciúm: iube famulos rém diuinam mi ápparent.

---

394. Simitu *ex hoc loco adfert gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Opusc. vol. II p. 269* 395. *Priscianus X 43 (Gr. L. vol. II p. 533, 2):* 'curro' etiam repetita priori syllaba 'cucurri' facit praeteritum, quod in compositione inuenitur apud quosdam auctorum geminationem primae syllabae seruans .... Plautus in Sticho: 'praecucurri ... exoptabilem'

---

GEL. uenales logi sunt Illi etc. Et. persequere ut in folio sequenti. *proxima pagina vacua est, folium autem 216 incipit a uerbis* Illi quos negabam 391. *Sic A, nisi quod* ILICET *et* MALE*(vel* I*)*UOLENTE*(vel* I*)*S Ili*(*i *ex* l *C)*co et meo malo est *libri praeter A: unde* Ilicet: meo malo est *Acidalius* male uolentes *B.* male uontes *CD* gaudeant *Pius cum A.* audeant *(*eant *in ras. C) BCDZ.* audiant *F* 392. *Sic A, nisi quod* DISCESSISTI *A* Hercules *(*H *in ras.) C.* ercules *D* sane qui deos////sis *(erasa* i*) B.* sane qui deossis *(*de ossis *CD.* de' sis *Z) CDFZ.* sane qui deus es *Guyetus.* qui deossis sane *Buechelerus de decl. p. 13* discessisses *(*discesisses *C)* non male *libri praeter A* 393. UIDISTINUIRUMSORORISPAMPHILUM#NON#NONADEST *A et sic edidit Ritschelius: cf. praef.* Pamphilippum DIN. *(spat. om. CD in versus principio)* non PAN. *(spat. BCD.)* adest *libri praeter A* adest? *cum interrogatione Pylades: pro quo* abest? *Guyetus* Pamphilippum PIN. Non. PHIL. Non adest? *Darnmannus Observ. in locos nonnullos Stichi p. 11.* Pamphilae. PIN. Non. PANEG. Non adest *Bergkius l. s. s. p. 334*

394. IMMOUENISSEEUMSIMITUME*(vel* I*,* T*)*E*(vel* T*,* I*)*I*(min. prob.* T*)*B*-(*B *incerta)*AT*(vel* E*,* I*)*ILLE*(min. prob.* I*)*EGOHUCCITUS *A, de qua scriptura cf. Loewius Anal. p. 179* Immo uenisse eum simitu mi aibant illi *scripsi.* Iammo alebant uenisse eum simul *B: item reliqui praeter A, nisi quod* Immo *et* eum uenisse *omnes,* aiebant *FZ.* Immo uenisse eum simitu aiebant illi *Ritschelius Proleg. Trin. p. CXLIII et* simitu *est in gloss. Plautino. De* simitur *cogitat idem Opusc. vol. II p. 258* ego huc citus *Ritschelius ex A.* sed ego huc *(*hic *F) libri praeter A* 395. *Sic A, nisi quod* NUNTIUMEXOPTABILEM Prę cucurri *B.* Precucurri *C* nunciarem nuncium *CDZ* exoptabilem *Priscianus cum A.* obtabilem *BCD*[2]. obtales *D*[1]. optabilem *FZ* 396. *Sic A, nisi quod* PINACIUM *et* FAMULIS *et* MIHI I intro *F cum A, Scutarius.* I i *(*ii *DZ)* intro *BCDZ* Pinacium] panacium *BCD.* dinacium *FZ* lube *B* famulis *def. Loewius Anal. p. 179* mihi *libri*

Béne uale.

GELASIMVS

Vin ádministrem?

PANEGYRIS

Sát seruorum habeó domi.

GELASIMVS

Énimuero, Galásime, opinor próuenisti fúttile,
Sí neque ille adést, neque hic qui uénit quicquam súbuenit.
Íbo intro ad librós et discam dé dictis melióribus: 400
Nám ni illos hominés expello, ego óccidi planíssume.

---

397. *Sic A, nisi quod* ADMINISTREM *et* SERUORUM DIN. *praem.* *F* 398. *Sic A, nisi quod* PROUENISTI Enim uero *BD* gelasine *F* uenisti $D^1$. puenisti (p *sup. scr.*) $D^2$ futile *solus F* 399. *Sic A, nisi quod* UENI Sineque *BCD* 400. *Sic A, nisi quod* ETDICAM adlibros *B* dictis] logis *scriptum fuisse suspicabatur Ritschelius* 401. *Sic A, nisi quod* HOMINES(*vel* IS) *et* EGO *et* PLANISSIME Nãni *B* occido *F* planissime *F cum A.* planis sume *BD*

# ACTVS III

## EPIGNOMVS. STICHVS

EPIGNOMVS

Quom béne re gesta sáluos conuortór domum,
Neptúno gratis hábeo et tempestatibus:
Simúl Mercurio, quí me in mercimóniis
Iuuít lucrisque quádruplicauit rém meam. 405
Olím quos abiens ádfeci aegrimónia,
Eos núnc laetantis fáciam ego aduentú meo.
Nam iam Ántiphonem cónueni adfinem meum,
Cumque eó reueni ex ínimicitia in grátiam.
Vidéte quaeso, quíd potest pecúnia. 410
Quoniám bene gesta ré redisse mé uidet

*Act. III scaena 1* *De tota hac scaena cf. quae exposui Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 308 sq.* EPIGNOMVS STICHVS *A.* *idem B.* *om. C.* EPICNOM' ADOLESCENS STICHVS SERV' *D*[2]*: item F Z, nisi quod* Sticus *F* 402. *Sic A, nisi quod* SALVUSCONUORTORDOMUM Cum *(*um *c. spat. C) libri praeter A* bene regesta *B.* beneregesta *D* saluus *libri cum A* 403. *Sic A, nisi quod* GRATE*(min. prob.* I*)*S Neptino *B* grates *B C D F Z* 404. *Sic A, nisi quod* MERCURIOQUIME mein *D* 405. IUUITLUCRISQ·QUADRIPLICAUITREMMEAM *A* Luuit *B* 406. OLIMQUOSABIENSADFECIAEGRIMONIA *A* adfeci aegrimonia *Pylades cum A.* adfectae grimonia *B.* adfecta egrimonia *C D Z et, nisi quod* aegr., *F* 407. EOSNUNCLAETANTISFACIAMADUENTUMEO *A* letantis *C.* letantis *D* faciam ego aduentu *Ritschelius duce Guyeto et Hermanno apud Beckerum Quaest. p. 107.* faciam aduentu *libri.* faciam iam *vel* facio iam *Muellerus Nachtr. p. 84* laetantis aduentu faciam *Fleckeisenus.* aduentu faciam laetantis *Spengelius Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 729* 408. *Sic A, nisi quod* IAMI 409. *Sic A, nisi quod* QUMQ: e ore ueni *B.* eo re ueni *C* inimicitiã *(*ni *sup. scr.) B.* inmititiam *C.* inimicicia *F* ingrãm *B.* ingratiam *(*in *sup. scr.) D* 410. VIDETEQUAESOQU · · · · · *(duobus fere litteris plus quam* IDV*)*OTESTPECUNIA *A* Vide te *B* quęso *C.* queso *D* 411. *Sic A, nisi quod* REDIISSE Quoniam] Qũo *B* bene gesta re *Beckerus*

Magnásque adportauísse diuitiás domum,
Sine áduocatis íbidem in cercuro, ín stega,
In amícitiam atque in grátiam conuórtimus.
Et is hódie apud me cénat et fratér meus. 415
Nam heri ámbo in uno pórtu fuimus: séd mea
Hodié solutast náuis aliquantó prius.
Age abdúce hasce intro, quás mecum adduxí, Stiche.

STICHVS

Ere, sí ego taceam seú loquar, scio scíre te,
Quam múltas tecum míserias mulcáuerim: 420
Nunc húnc diem unum ex íllis multis míseriis
Volo mé eleutheria cápere aduenientém domum.

---

*Quaest. p. 109 cum A.* bene regesta *B.* bene re gesta *(*beneregesta *D) reliqui.* re bene gesta *Camerarius* redisse *libri praeter A* redisse bene re gesta *Fleckeisenus* meuidet *D* 412. *Sic A, nisi quod* AP-*(vel* D*)*PORTAUISSEDI*(*I *dubia: fort.* IT *ex* A*)*UITIAS apportauisse *F* 413. *Sic A, nisi quod* CI*(min. prob.* E*)*RCULOOINSTEGA incercuro instega *BCD* 414. *Sic A, nisi quod* IN *ab initio et* ATQ: Inamiciciam *F.* Inamititiam *D* adque *C* ingrãm *B* conuertimus *F* 415. *Sic A, nisi quod* APUT is *F cum A.* si *BCD.* sic *Z.* hic *Lambinus* apus *B.* apud *reliqui praeter A* cenat *BF cum A.* cenat *CD.* coenat *Z* 416. NAMHERIAMBOINUNOPORTO*(*O *dubia)*FUIMUSSEDMEA *A* heri *FZ cum A.* hieri *B.* hi heri *CD* portus *B* 417. *Sic A, nisi quod* SOLUTAST soluta est *libri praeter A* 418. *Sic A, nisi quod* ABDUC *et* QUASMECUMADDUXISTISTICHE Age *del. Ritschelius* abducdus *B.* abduc has *reliqui cum A.* Abduce has *Ritschelius* Age duc has *Lambinus* adduxistiche *BD.* adduxisti che *C* 419. S *praem. D* ERESIEGOTACE*(vel* I*)*AMSIUELOQUARSCIOSCIRETE *A* Ere si *(*Eresi *BC)* ego taceam seu *BCD, Scioppius Susp. lect. 1, 21.* Ere siue ego taceam seu *FZ: cf. Ritschelii Proleg. Trin. p. LXXXV* loquar *(*lo *e corr.) B* scio scirecte *B* 420. *Sic A, nisi quod* MISERIASMULCAUERIM Quam *BC cum A.* quas *DFZ* mulias *B* mulcauerim *BCDF cum A.* mulctauerim *Z.* multauerim *Camerarius.* antlauerim *Acidalius.* mutauerim *Guyetus, Gronovius. Ineptit Dousa Expl. IV 18. 'Novi qui de* emulserim *cogitaret. Emendationem exspectat verbum haud dubie corruptum' Ritschelius.* lucrauerim *Spengelius Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 729.* cumulauerim *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 778. Traditam scripturam defendunt adscita Placidi glossa p. 66, 22 ed. Deuerl.:* mulcantem aerumnas: misere uiuentem; aerumna est miseria *Kochius Mus. Rhen. vol. 26 (a. 1871) p. 551, Bugge Tidskrift for Phil. vol. VII p. 26, Loewius Anal. Pl. p. 176* 421. *Sic A, nisi quod* DIEM *et* EXI*(inter* X *et* I *tenuis littera velut* I*, locum habet)*LLIS *et* MISERIIS Nunc hunc *CDF, nisi quod* E *praemisit ante* Nunc *D.* Nunc nunc *B.* In hunc *Lambinus* illis multis *B cum A,* multis illis *CDFZ, nisi quod* exmultis *iungit C* 422. *Sic A, nisi quod* ELEUTHERIACAPERE

EPIGNOMVS

Et iús et aequom póstulas: sumás, Stiche,
In húnc diem: te níl moror. abi quó lubet.
Cadúm tibi ueteris uíni propeinó.

STICHVS

Papae, 425
Ducam hódie amicam.

EPIGNOMVS

Vél decem, dum dé tuo.

STICHVS

Quid? hóc etiam unum?

EPIGNOMVS

Quíd id autemst, mihi éxpedi?

STICHVS

Ad cénam iam ibo.

EPIGNOMVS

Sí uocatu's, cénseo.
Sic hóc placet.

STICHVS

Ego ábeo.

EPIGNOMVS

Abi: te níl moror.
Vbi cénas hodie?

---

eleutheria *Pius cum A.* eleutheriam *libri praeter A.* elenoboria *(e suo codice puto) Scaliger ascripsit.* eleutheriam *defendit Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 778* me eleutheria iam agere *Ritschelius coll. Pers. I 1, 29* 423. ETIUSETAEQUO*(vel* U*)*MPOSTULASSUMASSTICHE *A* EPI. *om. CD* Etius *D.* Et uis *C* et *om. Z* aecum *BCD, unde* aecum *Ritschelius.* aequum *FZ* 424. sumas Stiche. ‖ In hunc diem te *e. q. s. Spengelius Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 729* *Sic A, nisi quod* NIHIL *et* QUOLUBET*(*OLUBET *incerta lectione)* Tibi hunc *Ritschelius. Librorum scripturam tutatur Brixius l. s. s.* Istunc *Bothius* nihil *libri cum A* ab iquo lubet *B.* abi quolubet *D* 425. *Sic A, nisi quod* PAPAE Cadum] ea dum *F* propino *libri praeter A* *Spat. om. ut vid. B.* S *habet D* pape *CD* 426. DUCAMHODIEAMICAMUELDECEMDUMDETUO *dubia inde a paene ultima* M *lectione, A* Ep.] E *D* detuo *C* *V. 427—429 solus A servavit lectu difficillimos quos supplevi ut potui* 427. QUODHOCE*(vel* I, *vel* T/T*(vel* I*)*AMUN*(*UN *dubiae)*UM#QUIDID*(min. prob.* T, E, I*)*AUTEM ····· EXPEDI *A, unde dedi quae supra* 428. ADCENAMIBONISI*(vel* P, E, *min. prob.* T*)*U*(dubia)*O*(vel* C*)*C*(vel* O*)*AT*(vel* I, E, P*)*USCENSEO *A, unde dedi quae supra.* Ad cenam iam ibo nisi quid aliud tibi lubet *Bugge Opusc. ad Madvigium p. 182 sq.* 429. SICHOCPLACETROGA ····· MNIHILMOROR *A, unde quae supra* te nihil moror *in fine Bugge l. s. s.* 430. *Sic A; nisi quod* INSTITE *Personae notam nullam libri praemittunt* cenas

STICHVS

Síc hanc rationem ínstiti. 430
Amícam ego habeo Stéphanium hinc ex próxumo,
Tui frátris ancillam: eó condixi: sýmbolam
Ad cénam ad eius conséruom Sagarīnúm feram.
Eadémst amica ambóbus: riualés sumus.

EPIGNOMVS

Age ábduce hasce intro. húnc tibi dedó diem. 435

STICHVS

Me in cúlpa habeto, nísi probe excruciáuero.
Iam hercle égo per hortum ad amícam transibó meam,
Mi hanc óccupatum nóctem: eadem súmbolam
Dabo ét iubebo ad Ságarinum cenám coqui.

---

*BDF cum A.* cęnas *C.* coenas *Z* hodie. St. Sic hanc *Ritschelius duce A.* hodie si hanc *BCD, Epignomo continuantes: item Lambinus.* hodie. St. Si hanc *Z.* hodie? St. Hanc *F* institi *Ritschelius.* instit *BCD.* insto *F.* instituis *Z* 431. *Sic A, nisi quod* AMIĻCAM *Stichi notam praefixam a Lambino om. libri* spepephanium *B*[1]. spephanium *C et ex ras. B.* spe phanium *D* 432. TUIFRATRISANCILLULAME*(vel* I, T*)*Ọ*(vel* Ọ, Ḍ*)*CONDUXIĻNSYMBOLAM *A* ancillam: eo condixi : symbolam *scripsi.* ancilla meo ẽdici insimbolam *B.* ancilla meo condici in simbolam *CD.* ancilla meo Conducam simbolo *F.* ancillam. eo condictum symbolam *Z.* ancillam: eo condicam: symbolam *Ritschelius* ei condicam ad symbolam ad coenam *e 'libris veteribus' suis Lambinus affert: unde profectus* ei condixi *Dousa Expl. IV 18.* eo conduxi in symbolam Ad coenam ac *Camerarius* 433. *Sic A, nisi quod* CẹNAM *et* CONṢERUUMSANGARINUMSYRUM Ad cenam adelus *BD.* Adcẹnam ad elus *C.* Ad cenam *(*coenam *Z)* ac eius *FZ* conseruum *libri cum A* sangarinum *BCDZ cum A.* sangarium *F* feram *Ritschelius.* syrum *(*sirum *BC) libri cum A* 434. *Sic A, nisi quod* EADEST *et* SUMUS Eadem est *libri praeter A* ambabus *CD* sumus *Pius cum AF.* simus *BCDZ* 435. *Sic A, nisi quod* HASCẹ EPI. *om. CD sine spatiis* abduc eas *libri praeter A* abduce hasce hinc *Ritschelius.* abduce has nunciam *Fleckeisenus* abduce hasce intro. nunc hunc *Muellerus Nachtr. p. 82 reiectis eis quae Pros. p. 282 protulerat: cf. Spengelius Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 730* hunc] nunc *Z* debeo *F* 436. STICH. *om. CD sine spatiis* *Sic A, nisi quod* MEAMCULPAM *et* PROBE Me in culpa *Salmasius.* Meam culpam *libri cum A* probe excruciauero *Camerarius cum A.* proex cruciauero *B.* per excruciauero *CDFZ.* excurauero *Scaliger, Dousa* 437. *Sic A, nisi quod* PẹR hortum *FZ cum A.* ortum *BCD* ad *Saracenus cum A, Acidalius. om. BCDFZ* 438. *Sic A, nisi quod* MIHI *et* SYMBOĻAM Mi *CDZ.* Mihi *B cum A.* In *F* nocte meadem *B.* noctem . eidem *F* symbolam *Z cum A.* simbolam *BCD.* symbolum *F* 439. *Sic A, nisi*

Aut égomet ibo atque ópsonabo opsónium. 440
Sagárinus quoniam hic áderit cum dominó suo,
Seruós homo, quibus . . . . . eram cenam m . . .
Aduórsitores dúo cum uerberibús decet
Dari, út eum uerberábundi adducánt domum.
Paráta res faciam út sit. egomet mé moror. 445
Atque íd ne uos mirémini, homines séruolos
Potáre, amare atque ád cenam condícere:
Licet haéc Athenis nóbis. sed quom cógito,
*Ritschelius* cęnare *C* Utrumtucenses *C* iubendo mi cenam *(*micęnam *D.* mi cęnam *C) BCD.* iubedum mi cenam *F.* iubedum mihi cenam *Z.* iube domi cenam *cum Camerario Ritschelius* 599. ATQ·ADILLUM-

PAMPHILIPPVS

Sólus cenabó domi?

GELASIMVS

Nón enim solus: mé uocato.

PAMPHILIPPVS

At ílle ne suscénseat, 600

Meá qui causa súmptum fecit.

GELASIMVS

Fácile excusarí potest.

Míhi modo auscultá: iube cenam dómi coqui.

EPIGNOMVS

Non mé quidem

Fáciet auctore, hódie ut illum décipiat.

GELASIMVS

Non tu híne abis?

Nísi me non perspícere censes, quíd agas. caue sis tú tibi:

Nam íllic homo tuam heréditatem inhiát quasi esuriéns lupus. 605

Nón tu scis, quantum áfflictentur hómines noctu hic ín uia?

---

RENUNTIARI#SOLUSCENAUIDOMI *A* adque *C* renunciari *Z* cenabo *BF.* cenabo *CD.* coenabo *Z.* cenabit *in A fuisse putat Ritschelius addens: 'quod cave defensum eas'* 600. NONENIMSOLUSMEUOCATO#-ATILLENESUSCENSEAT *A* GEL.] *spat. om. C* nesus *(ne sus C)* cen seat *BC.* nesuscenseat *D* 601. *Spat. praemittit C Sic A, nisi quod* FECIT#FACILEEXCUSARI suptum *B* 602. *Sic A, nisi quod* AUSCUL-TAIUBEDOMICENAMCOQUI iube cenam *(cenam C)* domi *libri praeter A.* domi cenam iube *Ritschelius.* iube domi cenam *Camerarius cum A* Non me *FZ cum A.* Nonme *D.* Non *(o ex* u*)* me *C.* Num me *B* 603. *Sic A, nisi quod* HINCABIS 604. NISIMENONPERSPICERECENSES-QUIDAGASCAUESISTUTIBI *A* menonperspicere *D* tibi *(bi e corr.) C* 605. NAMILLICHOMOTUAMHEREDITATEMINHIATQUASIESURIENSLU-PUS *A* illic homo tuam hereditatem inhiat *libri cum A, nisi quod* tuam *om. D*[1], tum habent *BCD*[2]*Z (correctum a Pio),* hereditatem *Z.* inhiat ille homo hereditatem tuam *Ritschelius* inhiat, essuriens lupust *Fleckeisenus* 606. *Sic A, nisi quod* QUAMEFFLICTENTUR Non tu scis quantum *Kampannus de* IN *praep. p. 11.* Non tu scis quam *(*Nontuscis *C et* quam *in ras. idem) libri cum A.* Nonne tu scis quam *Ritschelius.* Non tu scis quamde *Fleckeisenus.* Non tu scis ut *Guyetus. Cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 287* afflictentur *F, Camerarius.* efflictentur *reliqui libri cum A, etiam 'nonnulli veteres libri' Lambini* inuia *BCD*

PAMPHILIPPVS

Tánto plureis, quí defendant, íre aduorsum iússero.

EPIGNOMVS

Nón it, non it: quía tanto opere suádes ne bitát.

GELASIMVS

Iube

Dómi mihi tibi tuaéque uxori céleriter cenám coqui.
Si hércle faxis, nón opinor díces deceptúm fore. 610

PAMPHILIPPVS

Pér hanc tibi cenam íncenato, Gélasime, esse hodié licet.

GELASIMVS

Íbisne ad cenám foras?

PAMPHILIPPVS

Apud frátrem ceno in próxumo.

GELASIMVS

Cértumnest?

PAMPHILIPPVS

Certum.

GELASIMVS

Édepol te hodie lápide percussúm uelim.

PAMPHILIPPVS

Nón metuo: per hórtum transibo, haúd prodibo in púplicum.

---

607. *Sic A, nisi quod* DEFENDANT *et* ADUORSUM PA. *Pylades.* EP. *FZ* pluris *BCFZ. idem supr. scr. D*[2] *Post hunc v. quaedam Pamphilippi verba, quibus metum quendam simulaverit, intercidisse statuit Seyffertus Stud. Pl. p. 16* 608. *Sic A, nisi quod* OPERESUADESNETU(TU *ut vid.)*EBITAS(S *ut vid.)*IUBE EP. *Pylades.* GEL. *FZ, Bothius* Non it non it *(*nonit *D)* quia *BCD cum A.* Non it quia *FZ, Fleckeisenus.* Non it, non it. EP. quid *Bothius soloece* tantopere *FZ* suades ne bitat *Camerarius.* suades ne *(*suadasne *B)* ebitat *(*euitat *Z.* e bitat *C) libri praeter A, unde* ebitat *defendit Loewe Prodr. p. 275.* ne ad me bitat *Fleckeisenus*
GEL. *Camerarius. om. FZ: spat. om. BD* Iube domi *Fleckeisenus*
609. *Sic A, nisi quod* DOMIMIHITIBIQ· tibi *BCDZ. om. F.* tibique *Ritschelius cum A* Mihi tibi tuaeque *Fleckeisenus: cf. v. 608* tueque *C* cenam *D* 610. *Sic A* Sihercle *C* 611. *Sic A, nisi quod* INCENATO tibi hanc *Ritschelius* cenam *D.* caenam *C* coenam hanc tibi *Guyetus* 612. *Sic A, nisi quod* FORAS || APUT *et* PROXUMO*(sup.* U *corrector* I *addidit)* Ibin *Muellerus Nachtr. p. 101* adcenam *CD* aput *B cum A* ceno *C* inproxumo *BCD.* in proximo *F* 613. *Sic A* Certum ne est *(*neest *CD) libri praeter A* PA.] *spat. om. B* Cestum *C* GEL.] *spat. om. B* aedepol *FZ* tehodie *D* hodie e lapide *F* 614. NONMETUOPERHOR-

EPIGNOMVS

Quíd ais, Gelasime?

GELASIMVS

Óratores tu áccipis: habeás tibi. 615

EPIGNOMVS

Tuá pol refert.

GELASIMVS

Énim uero si meá refert, opera útere.

EPIGNOMVS

Pósse edepol tibi opínor etiam uní locum condí bonum,
Vbi accubes.

PAMPHILIPPVS

Sané faciundum cénseo.

GELASIMVS

O lux óppidi.

---

TUMTRANSIBONONPRODIBOINPUBLICŨ *A* me tuo *B* ortum *F* transibo *libri cum A.* '*Vix licebit de* traibo *forma cogitare*' *Ritschelius, quam formam recepit Fleckeisenus.* adibo *edidit Ritschelius* haud *Muellerus Pros. Pl. p. 326.* non *cum libris Ritschelius* puplicum *B.* publicum *(*p *ex* b *C) reliqui cum A* 615. QUIDAGISGELASIMEORATORESTUACCIPIASHABEASTIBI *A* ais *B, Acidalius.* agis *reliqui cum A* gelasine *DF* tu *(*tuacc. *BD)* accipis *libri praeter A* 616. TUAPOLREFERT ‡ ENIMUEROSIQUIDEMMEAREFER · · · · · · · · · RE *A* pol *delet Koehlerus de verborum accentus etc. ratione p. 24* re fert *C* GE. *FZ: om. B* Enim uero si mea *Fleckeisenus.* enim siquidem *(*si *sup. scr. D)* mea *libri praeter A* enim refert. GE. Si quidem *Ritschelius Ab A profectus Ritschelius in adn. hanc liberiorem versuum conformationem proponit:*

Tua pol enim refert. GE. Enimuero siquidem mea refert, meam
Operam posce. EP. Edepol tibi opino unum locum etiam conspicor

refert. GE. Enim si quid *Bothius. cf. Bugge Tidskrift for Phil. vol. VII p. 27* mea refert] in ea refert *Z* mea opera *Ritschelius* 617. POSSEEDEPOLTIBIOPINORETIAMUNILOCUMCONDIB*(vel* P*)— A, quae supplevi* Posce. EP. edepol *Palmerius p. 760, Ritschelius* Esse edepol *Dousa* condi bonum *scripsi Ambrosiani reliquiis nixus.* conspicor *libri praeter A.* concedier *Bugge Tidskrift for Phil. vol. VII p. 28 = Philol. vol. 31 (a. 1872) p. 250* etiam uni locum unum conspicor *Ritschelius,* '*nisi* unum uni locum etiam *males*' *addens (*unum *pro* uni *Bothius)* EP. Posse edepol tibi opinor etiam uni locum esse: conspicor *Acidalius.* Posce. EP. Edepol tibi opinor etiam cunicum locum ego conspicor *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 37.* Posce. EP. Edepol tibi opinor etiam uni locum esse conspicor *Fleckeisenus. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 588* 618. UBIACCUBES ‡ SANEFACIUNDUMCENSEOOLUXOPPIDI *A* cubes *Ritschelius* sanefaciundum *D* olux oppidi

EPIGNOMVS

Si árte poteris áccubare.

GELASIMVS

Vél inter cuneos férreos.

Tántillum loculi, úbi catellus cúbet, id mihi sat erít loci. 620

EPIGNOMVS

Éxorabo aliquó modo: ueni.

GELASIMVS

Húcine?

EPIGNOMVS

Immo in cárcerem.

Nam híc quidem geniúm meliorem tuóm non facies. eámus, tu.

PAMPHILIPPVS

Deós salutabó modo: poste ad té continuo tránseo.

GELASIMVS

Quíd igitur?

EPIGNOMVS

Dixi équidem in carcerem íres.

---

*C.* oluxoppidi *B* opidi *F* 619. SIARTEPOTERISACCUBARE#UELINTERCUNEOSFERREOS *A* GE.] *spat. om. D* cun eos *B.* cuneṭos *D* 620. TANTILLUMLOCULIUBICATE*(vel* I*)*LLUSCUBETID*(fort. possis etiam* CUBITET *legere)*MI*(sup. scr.* HI*)*SATERES*(*S *et* TERES *incertissimae)*EST— *A* tantullũ *Z.* Tantulum *Bothius* loci *libri praeter A* id mihi sat erit loci *Bothius.* id *(*ibi *F)* mihi saterest *(*sat est *F Z)* loci *libri praeter A.* id satis erit mihi *Ritschelius.* id mihi sat ere'st loci *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 447* Tantillum loci, catellus ubi cubet, sat, ere, est mihi *Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 45, sed ne sic quidem versum persanatum esse confidens* 621. EXORABOALIQUOMODOUENI#HUCINE#IMMOINCARCEREM *A* Exorabo . . . ueni *Epignomo tribuit·Acidalius.* PA. exorabo aliquo modo. EP. ueni *Z et omisso* PA. *F* GEL.] *om. C sine spatio* hucine *B C D Z cum A.* huccine *F* incarcerem *C* 622. *Spat. praem. C* NAMHICQUIDEMGENIUMMELIOREMTUUMNONFACIES *et in novo versu* EAMUSTU *A* *Post* quidem *rasura C* meliorem genium *libri praeter A* tuum *libri cum A* *Ante* eamus *pers. spat. C* cam us *B* tu] *'malim* hinc' *Ritschelius: cf. Brixius ad Capt. v. 106* 623. DEOSSALUTABODOMOPOSTEADTECONTENUOTRANSEO *et ante versum hoc signum* ·|—|· *A* modo *libri praeter A omnes.* *ex* domo *quempiam* domi *facere posse annotat Ritschelius* poste ad te] postea ad te *(*adte *B C) libri praeter A.* post ad te *Guyetus* contenuo *def. Loewius Anal. Pl. p. 184* 624. QUIDIGITURDIXIS*(corr. in* DIXTI*)*EQUIDEMINCARCEREMIRESQUINSI*(vel* T*)*IUSSERIS *A* igitur *B C D cum A, Scioppius Susp. lect. I 19.* agitur *Z.* agis *F* EP.] *spat. om. B* incarcerem *C D*

GELASIMVS

Quin si iússeris,
Eó quoque ibo.

EPIGNOMVS

Di ínmortales, híc quidem pol summam ín crucem 625
Céna aut prandió perduci pótis.

GELASIMVS

Ita ingeniúm meumst:
Quícumuis depúgno multo fácilius quam cúm fame.

EPIGNOMVS

Nóui ego: ista sátis spectatast míhi iam tua felícitas.

* * * * * * * *

Dúm parasitus mi átque fratri fuísti, rem confrégimus. 630
Núnc ego nollo ex Gélasimo mihi fíeri te Catagélasimum.

---

si *Pylades cum A. om. libri praeter A* 625. EOQUOQ·IBO‡DI(*vel* E)-IMMORTALESHICQUIDEMPOLSUMMAMINCRUCEM *A* EP. *Acidalius.* P *D*³. PA. *FZ* dii *BCD* pol summam in crucem] iusum ma incrucem *B.* uisumma incrucem (ce *e corr.*) *C.* ui summa incrucem *DZ.* summam in crucem *F.* ut in summam crucem *Saracenus.* in summam crucem *Gulielmius.* uel summam in crucem *Bugge Tidskrift for Philol. vol. VII p. 28 coll. Bacch. 902* 626. *Sic A, nisi quod* CENAUT *et* PERDUCIPOTISEST Caena *C* potis *Bothius.* potest *libri praeter A* GE.] G *D*³ meum est *libri praeter A* · 627. *Sic A* Qui cum uis *B.* Quicum uis *CD* de pugno *D* cumfame *C* *V. 628. 630 hoc ordine collocant eoque continuo BCDFZ: inverso A* 628. NONEGOISTAAPUTTE‡SATISSPECTATASTMIHIIAMTUAFELICITAS *A* EP.] *Sic Acidalius.* PAM. *FZ* Noui ego: ista satis *Ritschelius in adn.* apud te *delens cum Weisio.* Non ego isti apute satis *B.* Non ego isti apud te *(sequitur spatium)* satis *CD.* non ergo is tu apud te satis *F.* non ergo is tu apud me. satis *Z.* Non ergo is tu? apud me satis *Lambinus.* Num eguisti apud me? satis *Scioppius Susp. lect. I 19: cf. Mahlerus p. 53* spectata est *libri praeter A* Noui ego: apud me satis spectatast mihi iam tua ista facilitas *Ritschelius edidit* ista *e versus principio ascito et* facilitas *cum Bothio scribens* . *Cf. Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 2 sq.* 629. *Excidisse talem versiculum putat Ritschelius:* Qua depugnas uentris causa, homo nihili, cum alienis bonis *Ego de lacuna dubito* 630. *Sic A, nisi quod* MIHI *et* CONFREGIMUS para situs *C* mihi *libri cum A* 631. NUNCEGONOLOEXGELASIMOMIHIFIERITECATAGELASIMUM *A* nolo egelasimo mihi te catagelasimum *libri praeter A, nisi quod* e gelasimo *FZ,* nollo *BC (pro quo* uolo *F),* mihite *C,* cata gelasimum *C,* gelasino *F. De* nollo *cf. praefatio.* nollo mi ex Gelasimo fieri te Catagelasimum *Ritschelius.* nolo te ex Gelasimo Catagelasimum fieri *Lomanus p. 69.* nollo ex Gelasimo te mi fieri Catagelasimum *Mahlerus p. 33. Ambrosiani scripturam retinet Fleckeisenus Exerc. p. 43*

GELASIMVS

Iámne abierunt? Gelasimé, uide, núnc consilio cápto opust.

* * * * * * * *

Égone? tu ne. míhine? tibi ne. uíden ut annonást grauis? 635
Víden benignitátes hominum ut périere et prothýmiae?
Víden ridiculos níhili fieri, atque ípsos parasitárier?
Númquam edepol me uíuom quisquam in crástinum inspiciét diem.

---

632. 633. IAMNEABIERUNTGELASIMEUIDENUNCCONSILIOCAROOPUST *A pro quo versum hunc praebet B:* Iamne abisti gelasime uide quid es capturus consilii. *Idem reliqui, nisi quod* GE. *praem. FZ,* gelasine *habet F, spatium ante* uide *C: unde duos hos versus reconcinnat Ritschelius:*

Iámne abis tu? [abít profecto]. núnc consilio sáno opust.
[Ámbo abi]erunt: uíde, Gelasime, quíd capturu's cónsili.

*Quem contra Ambrosianum secutus sum, nisi quod* capto *scripsi cum Loewio: ex reliquorum codicum scriptura Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 208 talem effecit:* Iámne abiit? Gelasime, uide quid sis capturus consili abis tu *Ritschelius cum Bothio.* abisti *def. Fleckeisenus l. s. s.* '*Ceterum poteram etiam:* Iamne abis tu? hercle abiit. pol nunc consilio sanost opus' *Ritschelius Altero Ritschelii versu* uide Gelasime *est Lomani,* Gelasime uide *Fleckeisenus tuebatur Cf. Niemeyerus de Plauti fab. rec. dupl. p. 32 sq. et Fuhrmannus Nov. ann. vol. 105 (a. 1872) p. 825* 634. *Aliquid excidisse vidit Ritschelius, quo in proximo v.* egone *et* tibine *referrentur.* '*Ludi multa possunt, explorari nihil*' *Ritschelius.* Iam fame morieris, cenam nisi tu tibi paraueris *lusit Niemeyerus l. s. s.* 635. EGONE#TUNE#MIHINE-#TIBINE#UIDESUTANNONASTGRAUIS *A* Egone? tu nae. mihine? tibi nae *Bothius: cf. Fleckeisenum Philol. vol. II (a. 1847) p. 92.* Egone *(*Ego ne *B.* Egone, e *e corr. C)*? tune? *(*tune *ex* tunc *D)* mihine? tibi ne? *(*mihi ne tibi ne *B.* mihi netibi ne *C) libri praeter A; nisi quod* tibi ne *om. F* uiden *Fleckeisenus, Ritschelius Prol. Trin. p. CXLIX.* uides *libri cum A* utan non a est *B.* ut annona est *reliqui* 636. UIDENBENIGNITATESHOMINUMUTPERIERINTETPROTHYMIAE *A* Vides *libri praeter A (sequ. spat. in C)* hominum ut periere et *Acidalius.* hominum periere et *libri praeter A* prothymiae *Z cum A.* pro thimiae *B.* prothimiae *DF.* prothimię *C* 637. *Sic A, nisi quod* UIDENRIDICULOS Vides *libri praeter A* mihili *C* adque *C* 638. NUMQUAMEDEPOLMEUIUOMQUISQUAMINCRASTINŪ *et in novo v.* INSPICIETDIEM *A* me uiuom *B cum A.* me uiuum *(*meuiuum *D) reliqui* incrastinum inspiciet diem *B cum A.* in crastinum *(*incrastinum *C)* prospiciet diem *reliqui.* in crastinum spiciet *(*speciet*)* diem *Bergkius Beitr. p. 146, Bugge Tidskrift for Philol. vol. VII p. 29.* in crastinum aspiciet diem *Muellerus Pros. Pl. p. 101.* in diem prospiciet crastinum *Ritschelius Parerg. Pl. I p. 275 sq. et in ed.*

Nám mihi iam intus pótione iúncea onerabó gulam,
Néque ego hoc committam, út me esse omnes mórtuom dicánt fame.

---

639. *Sic A, nisi quod* INTUS *et* ONERADO mihi iam intus *BC cum A.* intus mihi iam *D.* intus mihi iam *DFZ,* '*non improbabiliter*' *Ritschelius* iuncea *CF cum A.* uincea *BDZ* gilam *BCD* 640. *Sic A, nisi quod* COMMITTAM *et* MORTUUM hoc] '*fortasse* hau *fuit potius, ut Bacch. v. 1037*' *Ritschelius: idem commendat Thurau de pron. dem. usu p. 15* com mittam *B* ut homines mortuum me dicant (medicant *BD*) libri *praeter A.* homines ut me mortuom dicant *Bothius.* ut me esse homines mortuom dicant *Ritschelius idem in A esse arbitratus* famę *BC*

# ACTVS V

## STICHVS

More hóc fit atque stúlte mea senténtia,
Si, quem hóminem exspectant, eúm solent prouísere:
Qui tam hércle illa causa ócius nihilo uenit.
Idem égo nunc facio, quí prouiso Ságarinum:
Qui níhilo citius uéniet tamen hac grátia. 645
Iam hercle égo decumbam sólus, si ille huc nón uenit.
Cadúm modo hinc a me húc cum uino tránsferam:
Postídea accumbam. quási nix tabescít dies.

---

*Act. V scaena 1* STICHUS *A.* STICHVS *B: om. C.* STICVS SERVVS *D*³. Sticus seruus *F.* Stichus seruus *Z* 641. *Sic A* ore *cum spat. C* atque stulte *Camerarius cum A.* at quest utte *B.* atque *(*adque *C)* est uitę *CD.* atque est ita *FZ* 642. *Sic A* Siquem *BCD, ubi* Si, quem *Ritschelius* exspectant *B cum A.* expectant *reliqui* 643. *Spat. praem. C* QUIH(H *sup. scr.)*-ERCLEILLACAUSAOCIUSNIHILOUENIT *A* Illa qui causa hercle ocius nihilo *Fleckeisenus* tam hercle *scripsi coll. v. 44 et 645.* hercle *libri cum A* causad *Ritschelius Nov. exc. p. 73* nihilotius uenit *B.* nihil otius uenit *(ex* ueniet *C) CDZ, nisi quod* nihil *ex* nil *fecit D*². nihi locius uenit *F.* nihilo citius aduenit *Acidalius, Ritschelius.* illo ocius nihilo uenit *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 12 (a. 1857) p. 132* 644. *Sic A, nisi quod* SANGARINUM *Verba* Idem . . . ueniet *(v. 645) in rasura, ubi verba* Tamen . . . non *scripta erant, C* pro uiso *C* sangarinum *BC cum A: cf. praef. Sequitur spat. in C*

645. *Sic A* nihiloci,ti us uenet *B: unde* nihilo citius *Camerarius.* nihil otius ueniet *CD.* nihil ocius ueniet *F.* nihil ocius uenit *Z* 646. *Sic A* 647. *Sic A* hinc ame huc *BC.* huc a me hunc *Ritschelius.* hunc ad me *Saracenus* cum *B cum A, Saracenus. om. FZ et cum spatio vacuo CD* iuno *Z* trans feram *C* 648. *Ab hoc versu deficit A usque ad v. 682* Postidea *Ritschelius.* Postea *libri.* Postilla *Bothius.* '*Nisi* Postea decumbam *malueris*' *Ritschelius* quasi nix tabescit *Bothius.* quasenex *(*qua senex *CFZ)* tabescit *(*tabes cit *C) BCDFZ.* quase nix tabescit *Lachmannus in Lucr. p. 91.* quia senex t. *Pius.* quasi senex t. *Gruterus.* quia sensim extabescit *Camerarius*

## SAGARINVS. STICHVS

SAGARINVS

Saluéte, Athenae, quaé nutrices Graéciae:
Erílis patria, sálue: ut te uideó lubens. 650
Sed amíca mea et consérua quid agat Stéphanium,
Curaést ut uideam. nám Sticho mandáueram,
Salútem ei ut nuntiáret atque ei díceret
Me hodié uenturum, ut cénam coqueret témperi.
Sed Stíchus est hic quidem.

STICHVS

Fécisti, ere, facétias, 655
Quom hoc dónauisti dóno tuom seruóm Stichum.
Pro di ímmortales, quót ego uoluptatés fero,
Quot rísiones, quót iocos, quot sáuia,

---

654. Temperi *hinc excerptum in gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Opusc. philol. vol. II p. 271*

---

*Act. V scaena 2* SAGARIN' STICHVS SERVI · II · *DFZ, nisi quod* Sticus *et* duo *F. om. C. Sic autem B:*

Postea accumbam quasenex tabescit dies
SanGARIO
STHICHVS
Salue te athene quę nutrices graecię

*uno versu post* STHICHVS *vacuo relicto Personarum notis carent CD*

649. aluete *cum spat. CD* athene *CD* quę *C* nutrix es *pro* nutrices *'in veteri lectione haberi' Pius scribit* greciae *D.* grecię *C*

650. Erilis patria, salue: ut te *Ritschelius coll. Bacch. v. 170.* Terra erilis patria te *libri, nisi quod* herilis *CDFZ.* O terra herilis patria, te *Lambinus.* Vt terra herilis patria te *Dousa Expl. IV 20.* Te terra te herilis patria te *(sic) Scaliger.* Herilis terra patria, te *Bothius. Ineptit Scioppius Susp. lect. I 19* libens *libri* 651. 'Set mea amica et *transponere noli' Ritschelius* 652. Curaest *Studemundus Stud. vol. 1 p. 195.* Cura est *libri, Ritschelius* ut uideam *Ritschelius.* ut *(om. F)* ualeat *libri* Vt ualeat, cura est *Acidalius* 653. ei ut nuntiaret atque ei *Ritschelius addens: 'nisi* ut *etiam delendum est'.* ut nuntiaret atque ei ut *libri, nisi quod* nunciaret *Z,* adque *C.* ut nuntiaret ei atque ut *Bothius.* ut nuntiaret atque atque ut *Muellerus Pros: Pl. p. 376* 654. Mehodie *C* cęnam *CD* 655. STICH.] *om. BCD sine spatio* fac etias *B* 656. Cum *libri* dono tuum *CDFZ.* donotuum *B* seruum *libri praeter B* Stichum *om. F*

657. Prodi *BC.* Pro dii *F* *Post* immortales *spat. C* quod *BCD* ferro *C* 658. Quorisionis quod locos quod suauia *B, qui* locus *scripturus erat*

Saltátiones, blánditias, prothýmias.

SAGARINVS

Stiche, quíd fit?

STICHVS

Euge, Ságarine, lepidíssume: 660
Feró conuiuam Díonysum mihique ét tibi.
Namque édepol cena cóctast: locus libér datust
Mihi ét tibi apud uos. nam ápud nos est conuíuium:
Ibi uóster cenat cum úxore adeo et Ántipho:
Ibidem érus est noster. hóc mihi donó datumst. 665

SAGARINVS

Quis hómo donauit uínum?

STICHVS

Quid id ad te áttinet? 666. 667
Proin tú lauare própera.

---

659. blandicias *BCF* prothimias *F*. prothimias *D* 660. SA. Stiche quid fit? St. Euge *Ritschelius*. SA. Stiche. ST. Hem. SA. Quid fit? St. Euge *FZ: idem BCD, nisi quod* Stiche *B et pro personarum notis spatia habent BCD*. SA. Stiche quid fit? St. hem. euge *Bothius* sangarine *libri* lipidissume *C*. lepidissime *FZ* 661. dionisum mihique *CD*. dionysium mihique *FZ*. dioni hique summi hique *B* '*Fortasse transponendum*: Fero Dionysum conuiuam huc mihique' *Ritschelius* 662. cena *CD* coctast *Ritschelius*. dicta est *libri* datus est *libri* 663. nam aput *B* 664. ibi *(ex* ubi *corr. D)* uoster *CD, Acidalius*. Ibi demerus uoster *B*. ibi noster *Z*. tibi Noster *(duobus versibus distributa) F* caenat *C*. cenat *D* ante pho *B*
665. Ibi demerus *B*. Itidem herus *Acidalius* hoc *libri*. hoce *Ritschelius* dona *C* datum est *B*. datumst *reliqui* 666. 667. Quis homo donauit uinum *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 459*. Quis somniauit (Quissomniauit *B)* aurum *libri (nisi quod* Quin somniaui uerum *F, etiam Lambini libri veteres et cod. Scaligeri)*. Quis id donauit autem *Acidalius*. Quis propinauit autem *Bugge Philol. vol. 31 (a. 1872) p. 250*. Quis obsonauit autem *Guyetus*. Quis summanauit aurum *Meursius, Palmerius* Qui di datte *B*. Quid id adte *D* *Pro uno duos hos effecit versus Ritschelius:* Quid somniastin? ST. Verum hercle ego dico tibi. ‖ Quis igitur hoc donauit? ST. Quid id ad te attinet? *Post h. v. unum intercidisse suspicatur Seyffertus l. s. s. V. 668. 669 parallelos esse censeo tribus qui sequuntur: eosdem cum v. 670—672 sic constituit Ritschelius:* Volo eluamus hodie peregrina omnia. ‖ [Relinque: Athenas nunc colamus: sequere me.] ‖ Proin tu lauare propera. SA. Lautus sum. ST. Optume. ‖ Sequere ergo hac me intro, Sagarine. SA. Ego uero sequor. ‖ [Pol mi hoc] domum redeunti principium placet 668. Prointu lauare *D*. Pro intulauare *C*. Pro

SAGARINVS

Lautus sum.

STICHVS

Óptume:

Sequere érgo hac me intro, Ságarine.

SAGARINVS

Ego ueró sequor.

STICHVS

Volo éluamus hódie peregrina ómnia. 670

Relínque: Athenas núnc colamus: séquere me.

SAGARINVS

Sequor ét domum redeúnti principiúm placet.

Bona scaéua strenaque óbuiam occessít mihi.

---

**STEPHANIVM**

Mirúm uideri némini uostrúm uolo, spectatóres,

Quid ego hínc, quae illic habito, éxeam: faciám uos certióres. 675

Domo dúdum huc arcessíta sum. nam quóniam nuntiátumst

Ipsárum uenturós uiros, ibi féstinamus ómnes:

Lectís sternendis stúduimus mundítiisque apparándis.

---

intu lauare *B* Lautussum *B* optime *libri* 669. erge *D* hac *(ac e corr.) C* hac me ergo *Muellerus Pros. Pl. p. 510, Kellerhoffius p. 84* intro Sagarine *Ritschelius.* intro *libri* *V. 670—672 ex alia rec. esse videntur: cf. quae supra dixi* 670. eluamus hodie: peregrina omnia ‖ Relinque *iungebatur ante Weisium, qui post* omnia *interpunxit: cf. Lorenzius Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 187* pere grina *D* 672. *Spat. om. C* *An* Sequor. domum? redeunti *Acidalius.* redeundi *libri* 673. Bona scaeua *suorum 'librorum vet. auctoritate' Lambinus.* Bona sceua *D.* Bonas ceua *(cum* strenaque *coniungens* ceua*) C.* Bonas caeua *B.* Bona scena *FZ.* Bona coena *Pius* obuiam *Camerarius.* obulam *BC.* obolitm *D.* obolum *FZ* occes sit *C.* accessit *FZ* mihi stephanium *(i sup. scr. B) BCDF*

*Act. V scaena 3* STEHANIVM ANCILLA $D^3FZ$. *om. BC* 674. irum *cum spat. CD* uestrum *BCD* spectato res *C* 675. quę *C* illi habito huc *Ritschelius* 676. arces sita *C.* arcesita *B.* accersita *DFZ* nam quoniam *Ritschelius.* quoniam *(qm̃ BD) libri.* quoniam iam *Gruterus* nuntiatum (nunti atum *C)* est *CDF.* nunciatum est *BZ* 677. Ipsarum *Ewaldius teste Studemundo Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 73.* Istarum *libri, Ritschelius* uirosibi *C.* uiro sibi *D* omnis *BCD* 678. studuimus *BFZ.* fliduimus *CD* mundiciisque *CDF*

Intér illud tamen negótium meís curaui amícis
Sticho ét conseruo Ságarino meo céna cocta ut ésset. 680
Stichus óbsonatust: céterum curándo id me adlegáuit.
Nunc íbo hinc et amicós meos curábo hic adueniénteis.

---

## SAGARINVS. STICHVS. TIBICEN

SAGARINVS

Agite ite foras: férte pompam. cádo te praefició, Stiche.
Ómnimodis temptáre certumst nóstrum hodie conuíuium.
Íta me di ament, lépide accipimur, quom hóc recipimur in loco 685
Quí praetereat, cómissatum uólo uocari.

---

679. Inter negotium tamen *vel* Illuc inter negotium tamen meis *Muellerus Pros. Pl. p. 440* 680. *Spat. praecedit in C* sagarino $D^1F$. sangarino $BCD^2Z$ cęna *CD* 681. obsonatus est *libri* cęterum *D* curando id me adlegauit *scripsi.* ego curando id adlegaui *(*adligaui *C.* allegaui *F) libri.* id curando aliquem adlegaui *Ritschelius, qui in adn. haec addit: 'Ceterum de* curando id *dubito atque haud scio an scripserit poeta* ceterum id curaui aliquem adlegando *(vel* ceterum aliquem adlegando id curaui*). Nisi* alium *pro* aliquem *males'. Cf. Krause de gerund. p. 35 Vers. del. Guyetus* 682. *Ab hoc versu accedit A* NUNCIBOETAMICOSMEOSCURABOHICADUENIENTEIS *A* aduenientes *libri praeter A*

*Act. V scaena 4* SANGARINUS STICHUS TIBICINA *A.* SAGARIN STICHVS SERVI · II · $D^3Z$. Sagarinus Sticus serui duo *F. om. BC Personarum notis per totam scaenam carent CD. 'Quae cum in FZ demum accesserint, sermonum Sticho et Sagarino distribuendorum et libera potestas fuit et multis in locis tam incerta fides, ut pari commoditate vel contraria partitio institui potuerit: similiter atque in scaena 2. actus I' Ritschelius* 683. AGITEITEFORASFERTEPO *et in fine* FICIOSTICHE *A ita, ut in spat. quadrent* MPAMCADOTEPRAE *Ante* Agite *erasa* S *in B* gite *cum spat. C* cadote *C* preficio *B.* perficio *C* stichę *C* Stiche, te praeficio cado *Ritschelius* 684. OMNIB·MODISTEMPTAREĘCER(R *dubia) et in fine* UMHODIECONUIUIŨ *A* Omnimodis *Scaliger, Bothius.* Omnibus modis *libri cum A* temptare *BDZ cum A.* tempere *C.* tentare *F.* temperare *Lipsius Ant. lect. lib. III* certumst *Z.* certum si *BC.* si certum si *D.* certum est *F Vers. del. Guyetus* 685. *Stichi personam praemisit Bothius* ITAMEDIAMENTIEPIDEACCIP(IP *dubiae) et in fine* MURINLOCO *A* me di amant *C.* mediament *B* accipimur *Guyetus et A ut ex spat. videtur.* accipiamur *BCDZ.* accipiemur *F* quom] cum *Camerarius.* q̃m *BCD.* quoniam *FZ: 'quod cave tueare deleto* in' *Ritschelius* recipimur *Guyetus.* recipiamur *BCD.* recipiemur *FZ* inloco *C* 686. QUISQUISPRAETEREATCOM · · · SA(A *dubia lectione) et in fine:* ARI*(vel* E*)*#CONUENIT *A*

STICHVS

Cónuenit,
Dúm quidem hercle, quísque ueniet, uéniat cum uinó suo:
Nam híne quidem praeter nós polluctura hódie dabitur némini.
Nósmet inter nós ministremus mónotropi.

SAGARINVS

Hoc conuíuium
Pro ópibus nostris sátis commodulumst núcibus, fabulis, fí-
culis, 690
Óleis, intubuló, lupillo cómminuto, crústulo.

---

691. *Glossam ad* tryblio *scripturam spectantem attulit Loewius Prodr. p. 276*

---

Qui *Ritschelius.* Quisquis *libri cum A* prętereat *BD* cõmissatum *BCD.* cõmessatum *F.* comessatum *Z* ulo *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 685 ceteris servatis* STI.] SAG. *Bothius* 687. DUMQUIDEMHERCLEQUISQU *et in fine* UMUINOSUO *A, cuius spatia paullo plus capiunt quam reliqui libri exhibent* ercle *B* ueniet, ueniat *scripsi.* ueniat *libri: cf. Muellerus Nachtr. p. 145* quisque ueniat suo cum uino: nam hinc qui dem *extremis ex proximo versu ascitis Ritschelius, ubi* cum suo quisque ueniat uino *Fleckeisenus* 688. NAMIH(H *dubiae) et sub finem* PRAETERNOS*(sequuntur circa 5 litterae quae legi nequeunt: reliqua proprium occupabant versum) A* Nam hinc quidem praeter nos polluctura hodie *scripsi.* Nam hinc quidem hodie pollectura praeter *(*pręter *C)* nos iactura *BCDFZ: ubi* polluctura *pro* pollectura *cum Pio et* iam *pro* iactura *cum Camerario substitutis hunc versum edidit Ritschelius:* Hodie polluctura praeter nos iam *e. q. s. Ordinis turbati indicium est* iactura = luctura *(*polluctura*)* dabitur nemini *B.* nemini dabitur *CDFZ* 689. NOSMETINTERNOSMINISTREMUS *et in fine* CON, *dein in proprio versu* UIUIUMST *et hoc quidem lectione incertissima A* Nosm et *C* minstremus *Fleckeisenus Nov. ann. vol. 60 (a. 1850) p. 261* monotropi. SA. hoc *Ritschelius:* mono trophehoc *B.* monotrophe. hoc *CDFZ, defensum a Turnebo Advers. IX 21.* monotrophi. hoc *Scaliger.* monotrope. hoc *Bothius.* monostrophe hoc, *interpungens post* ministremus, *Gulielmius Verisim. III 21* conuiuium *Ritschelius.* conuiuium est *BCDFZ* 690. PROOPIBUSNOSTRISSATISCOMMODULENUCIBUSFABULIS *et in proprio v.* FICULIS *A* commodulumst *Ritschelius.* commodule *(*commodulenucibus *B iungit) libri cum A* nucibus *D.* nuculis *Cobetus Mnemos. vol. IV (a. 1876) p. 263 eleganter* 691. OLE··IN····L·····LLOCOM-*(*OCOM *lectione incertissima) A* Oleis, intubulo *dubitanter scripsi.* Oleae interiplio *BC.* Oleę interiplio *D.* Oleae interrupto *FZ cum* lupillo *iungentes.* Olea in tryblio *Turnebus Advers. XVI 11. De* trulleo *cogitat Loewe Anal. Pl. p. 185.* Oleae tryblio *Ritschelius:* '*quamquam* Olearum *potius exspectari concedendum est*'. Oleae in triplio '*libri veteres*' *Lambini* lupillo comminuto crustulo *libri: quae Ritschelius post* comminuto *interpunxit.* lupillo, cum minuto crustulo *Turnebus.* lupilli commi-

STICHVS

Sátiust seruo hominí modeste fácere sumptum quam ámpliter.
Suóm quemque decet: quíbus diuitiae dómi sunt, scaphiis, cántharis,
Bátiochis bibúnt: nos nostro Sámiolo potério
Sí nunc bibimus, támen efficimus pro ópibus nostra moénia. 695

SAGARINVS

Séd amica mea et túa dum comit dúmque se exornat, nós uolo
Lúdere inter nós. strategum té facio huic conuíuio.

---

692. *Nonius p. 511, 17:* ampliter . . . Plautus in Sticho: 'sat est . . . ampliter' Ampliter *hinc excerptum in gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Opusc. vol. II p. 269* 594. *Glossas ad* batiocis *scripturam spectantes attulit Loewius Prodr. p. 276*

---

nuto crustulo *Gulielmius.* lupillis, comminuto crustulo *Bothius. Ad* lupillo *a Scaligero adscriptum est* puluillo 692. SATI*(vel* E*)*STSERU*(*STSERU *incerta)*OHOMIN *et in fine* Ũ, *dein in proprio v.* QUAMAMPLITER *A* STI. *Ritschelius. om. libri* Satiust seruo homini modeste facere *Ritschelius cum Guyeto.* sat est serui homini modeste facere *Nonius.* Sat est seruo homini modeste melius facere *BCDFZ.* 'Fuit *qui* Sat est: seruo homini modice meliust facere' *Ritschelius.* Sat est *deleri Lomanus p. 69 iubebat* 693. SUUMQ·MQ·DECETQUIBUSDIUITIAEDOMISUNTSCAPHIOET *et in proprio v.* CANTHARIS *A* Suum *libri cum A* diuitię *C.* diuicie *B* domi sunt *D: pro quo* cyatho *Guyetus* scaphiis *Bothius.* scaphio et *Z cum A.* caphio et *reliqui* 694. BATIOCHISUIUNTADNOSNOSTROSAMIOLOPOTERIO *A* batiohis *C.* bathiochis *F.* Batiocis *defendit Loewe Prodr. p. 276.* Batiacis *Turnebus l. s. s. ex Athenaeo, apud quem* βατιάκη *est XI p. 484 E,* βατιάκιον *p. 480 A et 484 F. Idem Ritschelius.* Batiolis *Camerarius: quod poculi nomen e Plauti Colace Nonius p. 545 affert* bibunt *CDFZ.* bibum *B* nos nostro samiolo *Z.* at nos nostro samiolo *F.* ad nos nostros amiolo *BD.* adnos nostro amiolo *C* 695. TAMENUIUIMUSNOSTAMENEFFICIMUSPROOPIBUSNOS *et in proprio v.* TRAMOENIA *A* Si nunc bibimus, tamen *Ritschelius.* Tamen uiuimus nos tamen *BCDZ cum A: quae vulgo post* uiuimus *interpungunt.* tamen uiuimus nos *F.* Viuimus, nos tamen *Scaliger.* Tamenetsi bibimus, tamen *Muellerus Pros. Pl. 474 V. 696—699 huc transposuit Ritschelius, qui in libris, etiam in A, sequuntur post v. 704* 996. SAG. *Ritschelius. om. libri* SEDAMICAMEAETTUAD*(*D *dubia) et in fine* ORNATNOSUOLO *A* dum comit *Camerarius.* dum cenat *(*cenat *CD) BCDFZ* dum comit dumque se exornat *Camerarius.* dum comit se exornatque *Guyetus.* dum comit se atque exornat *Ritschelius.* dum comit, dum se exornat *idem Proleg. Trin. p. CXXXI cum Weisio.* dum comit dumque se ornat *vel* dum comit dum se exornat *Muellerus Pros. Pl. p. 315* 697. TAMENLUDEREINTERNOS *et in fine* CCONUIUIO *A* Ludere *Guyetus,*

STICHVS

Nímium lepide in méntem uenit.

SAGARINVS

Pótiusne in subséllio

Cýnice hic accipimúr quam in lectis?

STICHVS

Ímmo enim nimium hic dúlciust.

SAGARINVS

Núnc uter utrubi áccumbamus?

STICHVS

Ábi tu sane súperior. 700

Atque adeo ut tu scíre possis, pácto ego tecum hoc díuido:

Víde, utram tibi lubét etiam nunc cápere, cape prouínciam.

SAGARINVS

Quíd istuc est prouínciae autem?

---

700. Utrubi hinc *vel e v. 750 transiit in gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Op. vol. II p. 269*

---

*Lomanus p. 69, Ritschelius.* Tamen ludere *libri cum A* internos *D* *Ante* Strategum *personae spat. BCD* huic *F.* hnc *BCDZ* 698. *Spat. om. CD* NIMIUMLEPIDEINMENTEMUENITPOTIUSQUAMINSUB *et in proprio v.* SELLIO *A* inmente *CDZ.* in mnte *ex* imnte *rasura B* SAG. *Ritschelius. om. libri cum A sine spatio* potiusne in subsellio *Ritschelius.* potius quam in subsellio (ins. *C*) *libri cum A.* potius in *Saracenus, Camerarius* 699. CYNICEHICACCIPIMURQUAMINLECTICIS‖IMMOENIMNI *et in proprio v.* MIUMHICDULCIUS *A* hic *om. libri praeter A: post* accipimur *inseruit Ritschelius* accipiemur *FZ* quamde *Fleckeisenus* in lecticis (inlecticis *BC*) *libri cum A: corr. Pius* STI. *Ritschelius.* SA. *FZ* enim nimium hic dulciust *scripsi duce A.* enim hic magis est dulcius *BCDFZ, Ritschelius.* enim mauis? STI. Dulciust *Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 44* ENIMNE‖MAUISDULCIUST *ex A proferens. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 395* 700. ...UTERUT(*vel* I)R *et in fine* ‖ABITUSANESUPERIOR *A* Nunc uter utrubi *scripsi.* Amica uter utrubi (ut rubi *B*) *BC.* amica ut̃ uir ubi *D.* amica uter uir ubi *Z.* amica ut uir ubi *F.* Uter amicam utrubi *Ritschelius.* Uter amicae utrubi *Gugetus.* Amicae uter utrubi *Camerarius.* Amice uter utrubi *Scaliger* Abiitusane *B.* Abitu sane *D.* Abitusane *C* 701. ATQ·ADEOUTTU *et in fine* P(*vel* F)ACTOEGOHOCTECUMDIUIDO·*A* Adque *C* uttu scire *B.* uituscire *C.* nitu scire *D.* ni tu scire *FZ* pacto *Ritschelius.* facto *BCDFZ.* factum *Saracenus, Angelius* tecum hoc *B.* hoc tecum *reliqui cum A* diuicio *B* *Ceterum in D* facto ego hoc tecum diuido *in ipso fine paginae, postquam prima manus omisit, adscripsit* $D^2$ 702. UIDEU *dein* B (lubet) *et in fine* UNCCAPEREPROUINCIAM *A* libet *libri* etiam nunc capere *CDFZ.* et iamnuncc̄apere *B: unde* etiamnum capere *Camerarius* 703. QUIDISTUC·····U·····UTRUMFONTI-

STICHVS

Vtrúm Fontine an Líbero
Ímperium te inhibére mauis?

SAGARINVS

Nímio liquido Líbero.
Séd interim, stratége noster, cúr hic cessat cántharus? 705
Víde, quot cyathos bíbimus.

STICHVS

Tot quot dígiti tibi sunt ín manu.
Cántio Graecást: ἢ πέντ' ἢ τρία πῖν' ἢ μὴ τέτταρα.

SAGARINVS

Tíbi propino. décumum a fonte túte tibi inde, sí sapis.

---

NEANLIBERO *A* Quid *ex* Quis *B* prouincię *C* autem *Ritschelius. om. libri* Fontine *Berglius Progr. benef. Marsch. Hal. a. 1862 p. 3, Beitr. p. 99.* fontale *(l ex* r *C) BCDZ.* feudale *F.* fontine *Ritschelius.* fontali *Saracenus, Camerarius.* Fontinali *Turnebus Advers. XVI 11* anlibero *B* 704. IMPERIUMTEINII *et paulo post* A*(dubia)*UIS#NI····· QUIDOLIBERO *A* inperium *C* teinhibere *D* mauir *B* nimio *ex* nemio *D* 705. SETINTERIMSTRATEGENOS *dein suo loco* CE *dubiae et in fine* ARUS *A* interim] *vide Prol. Trin.*[1] *p. CXXIX* strategę *BZ.* stratage *CDF* 706. UIDEQUOTCYATHOSUIU *et paullo post* QUOTDIGITITIBISUNT *et in proprio v.* INMANU *A* quod *BC* cyathos *BC cum A.* cyatos hos *DF.* cyathos hos *Z. Vbi* nos *'alibi scriptum' esse dicit Pius* quod *B* tibi sunt *B cum A.* sunt tibi *reliqui* 707. CANTIOGRAECAST *apparuerunt in A, ubi reliqua versus pars vacua est* SAG. *praemisit Bothius eidemque proximos duos continuavit* Cantio est greca *(gręca Z) libri praeter A.* Cautio est graeca *Scaliger.* Cantio est graeca *Bothius* ἢ πέντ' ἢ τρία πῖν' ἢ μὴ τέτταρα *Ritschelius.* cępente pine et trispine einet et tara *B.* cepente pine et trispine emet ettara *(et tara C) CD: item FZ, nisi quod* cępente *Z,* emet ei tara *F. Quae sic graeca fecit Scutarius:* καὶ πεντε πίνε καὶ τρις πινε ἥμι τετταρα, *sic autem Camerarius:* ἢ πέντε πίν' ἢ τρὶς πίν' ἢ μὴ τέτταρα. *Vbi* τρία *suadebat Turnebus Adv. XVI 11.* ἢ πέντε πῖν' ἢ τρεῖς, μὴ τέτταρα *Hasperus Nov. ann. vol. 125 (a. 1882) p. 783* *'Graecis verbis Plautus usus esse ut latinis videtur, ita ut ad latini septenarii rationes prosodiacas accommodaret. Qui si graecorum numerorum mensuram servasse credetur, facile cuipiam sic scripsisse videbitur:*

Cantiost: ἢ πέντε πίνειν ἢ τρί' ἢ μὴ τέτταρα:

*quam formam* παροιμίας *testantur Plutarchus Quaest. sympos. III 9 p. 657, Athenaeus X p. 426 D, Photius lex. p. 599, Eustathius in Odyss. IX p. 1624, 45. 49' Ritschelius* 708. TIBIPROPINODECUMUMAFONTETIBITEINDESISAPIS *A* SAG. *Acidalius. om. FZ* propino. decumum a fonte tibi tute *(ubi* tute tibi *Seyffertus Philol. vol. 25 a. 1867 p. 461) Ritschelius.* propino decũ ama fonte tibi tute *B.* propino decuma fonte tibi tute *CDFZ.* propino decem: affunde tu tibi *Lipsius Ant. lect. III.* propinod eccum a fonte: tu tibi *Muretus Var. lect.*

Béne uos: bene nos: béne te: bene me: béne nostram etiam
Stéphanium.

STICHVS

Lépide hoc actumst. tíbi propino cántharum.

SAGARINVS

Vinúm tu habes: 710
Nímis uellem aliquid púlpamenti.

STICHVS

Si hórum, quae adsunt, paénitet,
Níhil est. tene aquam.

SAGARINVS

Mélius dicis: níl moror cuppédia.
Bíbe, tibicen: bíbe si bibis. bibéndum hercle hoc est: né nega.
Quíd hic fastidis, quód faciundum uídes esse tibi? quín bibis?
Áge si quid agis. áccipe inquam: nam hóc inpendit públicum. 715
Haúd tuom istúc est, te uereri. erípito ex ore tíbias.

---

*XV 19.* propinod eccum: a fonte tibi tute *Acidalius.* propino decuma. fontem tibi tute *Bothius* 709. SA. *praemittunt FZ: spat. D: om. Acidalius* nos] uos *B* benete beneme *C* et iam *B* *Sequuntur in libris duo versus quos transposuit post v. 732. 733 Ritschelius* 710. STI. *om. CFZ* actum est *libri* cantharum (h *s. v.) C* SAG. *Ritschelius. sine intervallo libri et vulgata* uinum *libri.* uini *vitiose Gruteriana, Gronoviana* 711. STI. *praem. FZ. spat. D.* SAG. *Acidalius: om. Guyetus, Taubmannus* aliquit *ex* aliquid *B* pulpulmenti *BCD* STI. *Acidalius.* SAG. *FZ* Sihorum (rum *in litura) B* que *C* poenitet *Z.* penitet *reliqui* 712. Nihili es *Guyetus* teni *BCD* SAG. *Acidalius.* STI. *FZ* melius dixis *Pius.* merum ius dicis *'vir doctus' apud Taubmannum* nihil *libri* cuppedia *omnes, praemisso vacuo spatio C* 713. SAG. *praem. FZ: om. Camerarius Sticho continuans* Bibe si bibis: bibendum *Ritschelius verba* age siquid agis *c. v. 715 irrepsisse ratus.* age siquid agis bibendum (agiss-bibendum *B) libri. 'Quanquam ad legitimos numeros etiam sic licuit versum revocare:*

Bíbe tibicen, bibe: bibendum hercle hoc est. bibedum: ne nega'

*Ritschelius* nenega *BCD* 714. hic *del. Ritschelius.* hoc *scripserunt 'alii' apud Pium, Camerarius* uides faciundum tibi esse *Ritschelius* bibis *ex* bibes *D* 715. Agesi quid *B.* Age siquid *CD* nam hoc inpendit *Ritschelius.* non hoc inpendit *C.* non hoc inpendet (impendet *DF) BDF.* nõ hoc impende *Z.* hoc non impendit *Acidalius* 716. Haud *Saracenus, Pius.* Aut *libri* tuum istuc est *libri.* tuumst istuc *Ritschelius* te uereri (teuereri *D) CDFZ.* te uerereri *B.* uereri te *Acidalius, Ritschelius* *Post* uereri *spat. BCD* eripito *scripsi.* Eripe *libri, Ritschelius* exore *BCD.* ore *Bothius* Haú tuom istuc est réuereri. eripe ex ore tibi tibias *Mucl-*

STICHVS

Vbi illic biberit, uél seruato meúm modum, uel égo dabo.
Nóllo ego nos prosum hóc ebibere: núlli rei erimus póstea.
Námque edepol quam uís desubito uél cadus uortí potest.

SAGARINVS

Quíd igitur? quamquám grauatus fuisti, non nocuít tamen. 720
Áge tibicen, quándo bibisti, réfer ad labeas tíbias:
Súffla celeritér tibi buccas quási proserpens béstia.
Ágedum, Stiche: uter démutassit, póculo multábitur.

STICHVS

Bónum ius dicis: ímpetrare opórtet, qui aecum póstulat.

SAGARINVS

Age ergo obserua: sí peccassis, múltam hic retinebo ílico. 725

---

721. *Nonius p. 210, 23:* labea rursum feminini. Plautus in Sticho: 'age . . . tibias'

---

*lerus Pros. Pl. p. 312: cf. Fleckeisenus (qui praeter* uereri te *nil mutat)* 717. biberit *(*erit *ex* ent*) D* seruoto *(*o *post. ex* a*) B* ego dabo *Ritschelius.* tu dabo *BCDZ.* tu dato *F, Pius, Aldina* 718. Nollo *BCDZ ut v. 631.* Nolo *F.* Volo *Turnebus Advers. IV 21, Scaliger lect. Auson. II 26* nos hoc *Ritschelius.* nos *om. F* prosum hoc ebibere *Muellerus Pros. Pl. p. 34 duce Ritschelio, qui* prosum ebibere *scripserat.* prosumo bibere *B.* pro summo *(*prosummo *C)* bibere *reliqui, Turnebus l. s. s. IV 21 et IX 21.* prorsum obbibere *'Matth. Lanoicus' apud Gruterum.* prothume ebibere *Bentleius* rei erimus *Gruterus.* reierimus *B, unde* relerimus *eadem manus.* relerimus *CDFZ* 719. Nunquam *F* aedepol *Z* quam uis desubito *Ritschelius.* quamuis desubito *FZ.* quam uide *(*quamuide *D)* subito *BCD* uerti *omnes* 720. igitur *Saracenus, Scioppius Susp. lect. I 19.* agitur *libri* grauat *D* nun *CD.* num *(cum interrogatione) Scioppius: sed v. ad v. 766* nocuit *(*n *e corr.) C* 721. Agetibicen *D* quom bibisti *cum Bothio Ritschelius. 'Fortasse fuit* quando biberis' *Ritschelius* refers *BCD* labeas *BCD, Nonii libri plerique.* labea *Z.* labia *F.* labias *Camerarius* 722. Sufla *B* proserrens *BCD* 723. *'Ante hunc v. nescio an aliquid exciderit' Ritschelius* Age dum *BCD* ute *C* demutas sit *CD.* demutassis *F* poculo mulctabitur *Pius.* peculomutabitur *B.* procul mutabitur *reliqui.* poculo, multabitur *Iac. Cruquius apud Taubmannum, poculo cum* demutassit *iungens.* pro culpa multabitur *Turnebus Advers. IV 21. Cf. Bentleius in Hor. Serm. II 2, 123* 724. uis *C* impetrare *(*t *sup. scr. m. 2) D* quiaecũ *B.* quia equum *(*equum *D) CD.* quia aequum *FZ* postulas *FZ, Ritschelius* 725. SAG. *F. spat. CD. om. Z* Age *del. Ritschelius cum Guyeto: cf. Proleg. Trin.*[1] *p. CXXVII* sipecassis *C.*

STICHVS

Óptumum atque aequíssumum oras.

SAGARINVS

Ém tibi hoc primum ómnium.

STICHVS

Haéc facetiást, amare intér se riualís duos,
Vno cantharó potare et únum scortum dúcere.
Hóc memorabilést: ego tu sum, tú's ego: uni animí sumus.
Vnam amicam amámus ambo: mécum ubist, tecúmst tamen. 730
Técum ubi autemst, mécum ea itidemst: neúter alteri ínuidet.

SAGARINVS

Óhe, iam satist: nollo óptaedescat: álium ludum núnc uolo.
Bíbe si bibis.

STICHVS

Non móra erit aput med. édepol conuiní sat est:

---

si peccassit *F* multam *B.* mulctam *F.* multa *CDZ* 726. STI. *F.* SAG. *Z. spat. om. C* optimum atque aequissimum *libri* SAG. *F.* STI. *Z. spat. om. BCD* hem *libri.* en *Ritschelius* hem tibi. hoc primum omnium, Haec *Acidalio placuit* 727. STI. *Ritschelius. om. FZ: item CD in medio versu* facceciast *Z.* facet iast *B* riualis *B.* riuales *reliqui* 728. et unum *Camerarius.* unum *libri.* ambo unum *vel* una unum *Muellerus Pros. Pl. p. 568* 729. memorabile est *F* tues *BCD.* tu es *FZ* uni animi *BCDZ, Brandtius de gen. sing. pron. p. 24.* unanimi *F, libri Lambini, Ritschelius* 730. ubi est tecum est *libri* 731. *Spat. praecedit in D* ubi autemst] ubi aũ est *B.* autem ubi est *reliqui Sequitur spatium post* est *in CD* mecum ea itidemst *Ritschelius ('nisi* itidem mecumst *praetuleris' addens).* mecum ibi aẽest *B.* mecum autem ibi est *CDZ.* mecum ibi est *F.* ibi item mecumst *Guyetus. An* mecum simitust? neuter alteri *Camerarius, Lachmannus ad Lucr. p. 313.* neuter utri *libri.* neutri neuter *cum Guyeto Ritschelius.* neuter neuteri *Bugge Opusc. ad Madvigium p. 184 sq.* 732. 733. SAG. *Z.* STI. *F* Ohe *Ritschelius proprium esse versum iussit* Ohe iam satist *Ritschelius.* Ohe iam (Oheiam *B*) satis *libri* nollo *BCD, ut v. 718. 733.* nolo *FZ* optaedescat: alium ludum *Ritschelius.* obtaedes catali ut ludũ *B.* obcedes catali ut ludum *D.* opcedes catali ut ludum *C.* obcedes catuli ut ludunt *FZ.* obcaedes *nomen compositum interpretatur,* catali ut ludũ *autem in 'membranis morticinis' esse testatur Turnebus Advers. IX 21.* obscaeues, catuli ut ludunt bolo *Palmerius.* obscaeues, staticulum dum *Scaliger.* obscaeues etiam *Pistoris,* obcaedas *(h. e.* occidas*) Bothius* nunc uolo *BC.* úolo nunc *D.* uolo nunc *FZ* *V. 734. 735 huc transposuit Ritschelius qui in libris habentur post v. 709: de loco non assentitur Muellerus Pros. Pl. p. 588: interpolatos esse suspicatur Langenus p. 172* 734. *Stichi personam praemittit Ritschelius*

Módo nostra huc amíca accedat: íd abest, aliud níl abest. 735
Vín amicam huc éuocemus? éa saltabit.

SAGARINVS

Cénseo.

STICHVS

Méa suauis, amabílis, amoena, Stéphanium, ad amorés tuos,
Fóras egredere: sát mihi pulcra's.

SAGARINVS

Át enim mihi pulcérruma.

STICHVS

Fác nos hilaros hílariores ópera atque aduentú tuo.

SAGARINVS

Péregre aduenientés te expetimus, Stéphaniscidium, mél meum, 740
Sí amabilitas tíbi nostra placet, sí tibi ambo acceptí sumus.

---

*cum Acidalio* Bibe si bibis *Scutarius.* Bibessibibis *B.* Bibes si bibis *CD.* Bibe sis bibis *Z.* Bibes sis bibe *F* *Suspicor verba* Bibe si bibis *hinc aliena esse (cf. v. 713)* STI. *FZ.* SAG. *Acidalius, Ritschelius. spat. om. C* ap ud *B* *Post* apud *rasura est et vacuum spatium in C* med. edepol *scripsi.* me SAG. edepol *FZ et spatio pro* SAG. *relicto BCD.* me. set pol *Ritschelius* conuiuisat est *B.* con uiui satest *D* 735. ab est *utroque loco C* si id adest *Ritschelius: cf. Rothheimer de Enunt. cond. p. 12 et Bentleius ad Ter. Andr. V 2, 7* nihil *libri* nihil aliud *F* ab est *D* 736. STI. *om. FZ: vacuum spat. habent CD* amicam amicam *F* SAG. *F.* STI. *Z* 737. STI *F.* SAG *Z* sauis mellicula amoena *Koehler de verb. acc. s. q. s. p. 54* stephanum *BCD* adamores *B.* ad mores *Z* 738. sat *Ritschelius.* satis *libri* pulchra es *libri* SAG. *F.* STI. *Z* enim mihi *Acidalius, Bentleius, Lomanus p. 69.* enim *libri.* quidem mihi *Muellerus Nachtr. p. 100* pulcherrima *libri* 739. STI. *om. F.* SAG. *Z* adque *CD* 740. SAG. *om. FZ* expectimus *C* stephanis cidium *B.* stephaniscidium *C.* stephani sauium *F* 741. ambo *delet cum Guyeto Ritschelius, addens:* '*Nisi males* si ambo accepti tibi sumus. *Quanquam, ne quid dissimulem, totum versum talem potius a poeta profectum esse suspicor:* Si amabilitas tibi placet nostra, ambo si accepti sumus' *et hoc edidit Fleckeisenus* sumus *Camerarius.* sumus stephanium *libri, nisi quod maius post* sumus *spatium est in C*

STEPHANIVM. STICHVS. SAGARINVS. TIBICEN

STEPHANIVM

Mórigerabor, meaé deliciae: nam íta me Venus amoéna amet,
Vt ego huc iam dudúm simitu exíssem uobiscúm foras,
Nísi me uobis éxornarem. nám ita ingenium múliebrest:
Béne quom lauta, térsa, ornata, fíctast, infectást tamen: 745
Nímioque sibi múlier meretrix réperiet odium ócius
Sua ínmunditia, quam ín perpetuom ut pláceat munditiá sua.

STICHVS

Nímium lepide fábulatast.

SAGARINVS

Véneris merast orátio.

STICHVS

Ságarine.

SAGARINVS

Quid est?

STICHVS

Tótus doleo.

SAGARINVS

Tótus? tanto míserior.

*Act. V scaena 5* STEPHANIVM ANCILLA EIDĒ *DZ. om. BC.* Stephanium ancilla. Sticus Sagarinus serui duo *F* *Personarum notis usque ad finem fabulae carent CD* 742. Morigerabor *Ritschelius.* Morem (orem *cum spat. C)* uobis geram (cerã *C) libri.* Morigerabor uobis *Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 41.* Morem ergo geram *Guyetus* delicię *C* itame *C* amoena amet *def. Brugmanus p. 21.* amet *Luchsius l. s. s.* 743. huc *Scaliger, Guyetus.* hinc *F.* hic *reliqui* simitu exissem *B, Kampmannus de reb. Pl. p. 34.* sim id uexissem *D.* sim aduexissem *C.* exissem *FZ* uobis cum *B* 744. exornare *vitium Gronovianae* ita ingenium muliebrest *Ritschelius.* ita est ingenium muliebrem *B et, nisi quod* muliebre, *reliqui, ubi* mulierum *Weisius.* ita ingenium est muliebre *Bothius* 745. cum *libri* lauta *Scaliger, Guyetus.* lauta est *libri* ficta est *libri* infecta est *BCDZ.* inficta est *F, Bothius* 746. reperiet *Fuhrmannus de partic. comp. p. 22.* repperit *libri.* reppererit *Muellerus Nachtr. 145* odium meretrix reperit *Ritschelius* otius *BCD* 747. inmunditia *BD.* inmundicia *C.* īmunditia *Z.* īmundicia *F* in perpetuum *DZ.* inperpetuum *BC.* imperpetuum *F* utplaceat *D.* placeat *Fuhrmannus l. ad v. 746 commemorato* mundicia *CDF* 748. STI. *F.* SAG. *Z* fabulata est *libri* SAG. *F.* STI. *Z* merast oratio *Fleckeisenus.* mera est oratio *libri.* mera ea oratiost *Ritschelius* 749. STI. *F. om. Z* Sangarine *(paenultima littera e corr.) B.* Sangarine *reliqui* deleo *C* Totus *Saracenus.* Potus *libri*

STEPHANIVM

Vtrubi accumbo?

SAGARINVS

Vtrúbi tu uis?

STEPHANIVM

Cum ambóbus uolo: nam ambós amo. 750

STICHVS

Vápulat pecúlium: actumst: fúgit hoc libertás caput.

STEPHANIVM

Dáte mi locum, ubi accúmbam, amabo, síquidem placeo: nám mihi
Cúpio nunc cum utróque bene esse.

STICHVS

Díspereo. quid ais?

SAGARINVS

Quid est?

STICHVS

Íta me di ament, númquam enim fiet hódie, haec quin saltét tamen.
Áge, mulsa mea suáuitudo, sálta: saltabo égo simul. 755

750. *Cf. v. 700*

750. Vtrubi *Camerarius.* Vtrũ ubi *B.* Vtrum tibi *reliqui* accubo *C.* '*Fortasse fuit* ego accumbo' *Ritschelius: idem Muellerus Pros. Pl. p. 669 Accentus sic posui cum Fleckeiseno* SAG. *Camerarius.* STI. *FZ* Vtrubi *Camerarius.* Vtrũ ubi *libri* uis] ius *C* Cumambobus *B.* Cum ambabus *CD* ambosomo *B.* ambo amo *Ritschelius* 751. actum est *libri Ante* fugit *spatium BCD* fugithoc *D* capud *BC* 752. mihi *libri* locum mi ubi accubem *Ritschelius: cf. Muellerus Nachtr. p. 16* nam mihi *Fleckeisenus.* tum mihi *CZ.* tun mihi *BDF.* tum ibi *Bothius.* iam mihi *Ritschelius* 753. Cupio nunc cum utroque bene esse *scripsi.* Cupio cum utroque ei mihi bene *libri, nisi quod* esse mihi bene *F (sic etiam Pylades).* Cupio cum utroque esse bene *Ritschelius.* Nunc cum utroque bene esse cupio *Fleckeisenus* STI. *om. BCD sine intervallo* dispereo. quid ais *cum B Ritschelius.* dispereo *(*despereo *Z).* SA. quid ais *FZ.* dispereo *(*despereo *D)* quid ais *CD* SAG. *Ritschelius.* STI. *FZ. spat. B* Quid est *Weisius.* Quid ego *libri.* Hem quid est *Ritschelius* 754. STI.] SA. *FZ. spat. om. CD* mediament *B.* me *(corr.* ex mi////*)* di ament *D.* ita me di amet *C* enim] ei *Z* flet *BCD* haec quin saltet tamen *Camerarius.* hęc qui ñ saltent tamen *B.* haec *(*hęc *C)* qui non saltent tamen *(*saltenttamen *C, nisi quod* t *tertia ex* a *corr.) CDZ.* hoc qui non saltem tamen *F* 755. *Spatium vacuum praem.*

SAGARINVS

Núnquam edepol med ístoc uinces, quín ego ibidem prúriam.

STEPHANIVM

Síquidem mihi saltándumst, iam uos dáte bibat tibícini.

STICHVS

Ét quidem nobis.

SAGARINVS

Téne, tibicen, prímum: postideá loci,
Si hóc eduxerís, proinde ut consuétu's antehac, céleriter
Lépidam et suauem cántionem aliquam óccipito cinaédicam, 760
Vbi perpruriscámus usque ex únguiculis. inde húc aquam.
Tene tu hóc: educe. dúdum haud placuit pótio:
Nunc mínus grauate iam áccipit. tene tu. ínterim,
Meus óculus, da mihi sáuium, dum illíc bibit.

---

758. 759. Postidea *hinc et e proximo versu* antidhac *(pro* antehac*) transierunt in gloss. Plautinum: cf. Ritschelius Opusc. phil vol. II p. 269* 759. *Cf. 758* 760. *Nonius p. 5, 14:* cinaedi dicti sunt apud ueteres saltatores uel pantomimi . . . Plautus . . . in Sticho: 'lepidam . . . cinaedicam' 761. *Haec verba ante oculos abuit Apuleius Met. X 22, ubi* 'ex unguiculis perpruriscens mulier' *commemoratur*

---

*CD* sua uitudo *D* mulsa mea suauitudo *Acidalius.* mulsa mea, suauitudo *vulgo* 756. SAG.] STI. *FZ* aedepol *FZ* med istoc *Guyetus, Ritschelius (cf. Nov. exc. p. 29).* méistoc *B (sic).* me istoc *reliqui.* me tu istoc *Muellerus Pros. Pl. p. 600.* me istoc tu *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 29* uin ces *B* ibidem *(*ibidẽ *B ita, ut* ẽ *sit e corr.) libri.* ibi *vitium Taubmannianae secundae, Gruterianae, Gronovianae* pluriam *B* 757. saltandum est *libri* iam *Ritschelius.* tum *libri* bibant *FZ* 758. SA.] *spat. om. C* post id ea *CDF.* post idea *B* 759. eduxeris *Camerarius.* eduxerit *libri.* obduxeris *Scaliger* pro inde *C* consuetus *(*us *ex* is *ut vid. C) libri* ante hac *B.* antidhac *restituendam esse dicit Bergkius Diurn. antiqu. stud. a. 1850 p. 344: cf. tamen Ritschelius loco ad test. exscripto* '*Fortasse sic scripsit poeta:* Si hoc eduxis proinde ut es consuetus antehac *(vel* antehac es consuetus*)*' *Ritschelius* 760. cantionem *Nonius, Saracenus.* cantationem *libri* occipito *Saracenus, Pius.* occipio *libri.* occupito *cum cod. Bambergensi Nonii Fleckeisenus Nov. ann. vol. 60 (a. 1850) p. 252* cinedicam *Z.* cyne dicam *B.* cynedicam *CDF* 761. Vbiper pruriscamus *D.* Vbi perpruriscamus *(*r *post* p *e corr.) B* exunguiculis *D* *Act. V scaena 6* Eidem ·II· *praemisso novam scaenam ordiuntur* $D^3Z$. *Sine intervallo continuant reliqui, nisi quod* Aquã *in C positum est in versu singulari, proximi autem* e ne *scriptum est cum spatio initiali pro* Tene 762. SA. *praem. Z* ene *D* obduce *Scaliger* haud *Pistoris. om. libri* 763. orauate *C* tenetu *C* 764. damihi *BD* suauium *BC*

STEPHANIVM

Prostíbulist autem, stántem stanti sáuium 765
Dare amícam amico.

STICHVS

Euge, eúge: sic furí datur.

SAGARINVS

Age, iam ínfla buccas: núnc iam aliquid suáuiter.
Cedo cántionem uéteri pro uinó nouam.
Qui Iónicus aut cinaédicust, qui hoc tále facere póssit?

STICHVS

Si istóc me uorsu uíceris, alió me prouocáto. 770

SAGARINVS

Fac tu hóc modo.

STICHVS

At tu hóc modo.

---

765. *Stephanio dedit Ritschelius, quae vulgo Sagarino continuantur cum FZ: spatium habent CD* Prostibuli est autem *Turnebus Adv. IX 21, Salmasius.* Prostibiles tandem *libri, nisi quod* prostipiles *C.* tandem *def. Langenus p. 90.* Prostibili est autem *Camerarius* stanti sauium *Saracenus.* stantis autũ *B.* stantis autem *reliqui* 766. amicam amico *Ritschelius.* amicum amicae *(*amice *D) libri* STI. *Bothius. om. libri et quidem sine spatio CD in versus principio, cum spatio B* Fuge euge *C Cf. Langenus p. 216 Sequuntur in libris haec:* Qui dicitur *(*Quidicitur *CD)* quamquam grauatus non *(*num *B)* nocuit tamen *(*nocui tamen *C, nisi quod* n *initio e corr.* nocuitamen *D.* nocui tamen *Z.* nocuit tanquam *F): quae e v. 720 iterata esse post Guyetum Bothius vidit, ad v. 763 spectare Ritschelius dixit Opusc. phil. vol. II p. 281* 767. SAG. *Bothius. om. BFZ. spat. CD* inflabucas *B* buccas: nunciam *Ritschelius.* buccas. STE. Nunc iam *FZ.* buccas nunciam *B.* buccas ‖ Nunc iam *(*Nunciam *C) CD* 768. Cedo *Ritschelius.* Redde *libri.* Da *Guyetus* cantione *F* pro uino *Saracenus, Pius.* proui *B.* pro ui *(i e corr. C) reliqui* no uam *C*

*Act. V scaena 7* Eidem *praemisso novam scaenam* $D^3Z$ *ordiuntur: versum vacuum habet C cum rasura, ubi fuit* ui ionicus — possiet *(v. 769). Nullo intervallo continuant BF* 769. SAG. *praemittunt FZ* ui *cum spat. init. CD* cinaedicust *Ritschelius.* cenedicus *B.* cenydicus *CDZ.* cynedicus *F Verba ab initio usque ad* qui *in rasura habet C, ubi initium alterius versus scriptum erat* possit *Guyetus, Bentleius.* possiet *libri* 770. STI. *Ritschelius. om. libri* istoc *(*c *ex* r*) D* 771. SAG. *Ritschelius. om. libri: 'Eidem personae haec ita tantum continuari possunt ut pro* me prouocato *scribatur, quod nescio an Plautinum sit,* te prouocabo' *Ritschelius* Factu *BD* Face *(vel* Facito*)* hoc modo tu *Muellerus Pros. Pl. p. 639*

SAGARINVS

Babaé.

STICHVS

Tatae.

SAGARINVS

Papaé.

STICHVS

Pax.

SAGARINVS

Nunc páriter ambo. omnís uoco cinaédos, contra ut sáltent.
Satis ésse nobis nón magis hoc pótis est quam fungo ímber.

STICHVS

Intro híne abeamus núnciam: saltátum satis pro uínost.
Vos, spéctatores, plaúdite atque ite ád uos comissátum. 775

---

attu *B* At tute *Bothius* babe *D.* babe *(a ex* e*) C* Tate *BD.* Tata *C* Pa pę *B.* Pape *D.* Pape *ex* Papa *C* 772. omnis *omnes.* nunc omnes *Bentleius cum aliis* cinaedos *Angelius.* cinaedus *BZ.* cynedus *CDF* contra ut saltent. || Satis *Ritschelius.* contra || Satis *B: item* contra statis *CDZ.* contra satis *F.* contra stetis. || Satis *Bothius. Nihil vel Saracenus vel Acidalius profecit* 773. *Cf. 772* hoc potis est *Ritschelius.* potis est *libri.* potis sunt *Guyetus* fingo *C.* fungost *Spengelius Plaut. p. 234* fungus imbri *Saracenus* 774. STI. *Acidalius. om. libri* hic *B* prouinost *D.* proui nost *B.* pro uino st *C* 775. Vosspectatores *B.* Vosque spectatores *DF.* Vos spec tatores *C* adque *C* ad uos *Palmerius p. 762, Acidalius.* ad nos *(*adnos *C) libri* cõmissatum *CD.* omnis satũ *B.* cõmessatum *F.* comessatum *Z* PLAVTI STICVS EXPLICIT *BC et, nisi quod* STICHVS, *D*[3]

# Addenda.

*In adnotatione didascaliae commemorandum fuit, Schoellium in Fleckeiseni annal. vol. 119 (a. 1879) p. 44 de exemplari Graeco optime disputasse V. 393 adde, Spengelium (Sitzungsberichte der bair. Acad. a. 1883 p. 266) versum prorsus eodem modo scripsisse V. 441—445 me invito factum est, ut Ritschelii de duplici totius loci recensione suspicio silentio premeretur V. 582 Ritschelius Opusc. philol. vol. III p. 311* Pamphilum eccum *proponit*

# T. MACCI PLAVTI

# COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

---

TOMI II FASCICVLVS V

POENVLVS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIV

# T. MACCI PLAVTI

# POENVLVS

RECENSVERVNT

RITSCHELII SCHEDIS ADHIBITIS

GEORGIUS GOETZ ET GVSTAVVS LOEWE

---

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI II FASCICVLVS V

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIV

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

# PRAEFATIO

Poenulum Plautinam cum anno 1858 recenti et acri studio aggressus esset Fridericus Ritschelius quibus prohibitus laboribus aerumnisque non ad finem perduxerit, Otto Ribbeck libri quo viri unici vitam persecutus est pag. 188 sqq. vol. II planissime exposuit. Inventae autem sunt schedae nec paucae et nitidissimae textum apparatumque continentes versuum 760 priorum tam accurate scriptae, ut nisi plus quam viginti annorum spatium interiectum esset, nihil quin typothetae traderentur impediturum fuerit. Has igitur schedas ita fundamentum esse nostrae recensionis voluimus, ut paucissimis adnotationibus prorsus abiectis reliqua pari fide adhiberemus, qua in Mercatore et Sticho editis Ritschelii uerba servata sunt: cuius fidei testes esse possunt scaenae I 2 (v. 1—50) et II, quarum prior edita est ab ipso Ritschelio in prooem. Bonn. a. 1858/9, posterior ibidem a. 1865. Apparatum ubique nostrum esse vix est quod moneamus: de quo paucis egisse satis visum est.

Ambrosiani (A) largas reliquias Gustavus Loewe curis Ritschelianis Geppertianisque usus descripsit ita, ut apographon prima lectione confectum denuo cum palimpsesto conferre propter temporis angustias non posset. Servata autem sunt haec folia:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aa | | | | |
| 229. 230 | = | 282—299. | 300—317 | |
| 227. 228 | = | 318—335. | 336—352 | |
| 223. 224 | = | 353—371. | 372—388 | [LXVII] |
| 237. 238 | = | 389—407. | 408—425 | |
| 233. 234 | = | 426—444. | 445—461 | |
| 231. 232 | = | 462—480. | 481—500 | |
| B. b | | | | |

C. c
259. 260 = 572—586. 587—603
D. d
257. 258 = 635—653. 654—672
263. 264 = 673—691. 692—708 [LXVIII]
E. e
261. 262 = 746—763. 764—784
I. f

G. g
33. 34. = 850— 864. 865 — 878
23. 24. = 879— 894. 895 — 912
5. 6. = 913— 928. 929*)— 954
11. 12. = 955— 971. 972 — 990 [LXIX]
25. 26. = 991—1009. 1010 —1028
47. 48. = 1029—1042. 1043 —1065
H. h

161. 162 = 1104—1120. 1121—1139
347. 348 = 1140—1158. 1159—1174
331. 332 = 1175—1187. 1188—1198
343. 344 = 1199—1215. 1216—1232
353. 354 = 1233—1250. 1251—1268 LXX
333. 334 = 1269—1284. 1285—1303
349. 350 = 1304—1322. 1323—1342
175. 176 = 1343—1362. 1363—1381
J. i
[laciniae**)] = 1420—1422 cum subscriptione

*) V. 930—939 desunt.

**) Folii ultimi huius fabulae servatae sunt duae laciniae, quae colligendo novo volumini inserviisse videntur. Eae nunc in quinque particulas discerptae separatim asservantur in parvulo involucro, cui hic titulus inscriptus: 'Frammenti non lavati del Palinsesto di Plauto fine del Penulo'. Vetus scriptura nova non obscurata est nec quicquam delendae illius causa factum, ut vel minii reliquiae servatae sint: ductus enim ante MAC adornandi causa additos eo colore perscriptos habes. Pagina autem folii recta (quae titulo procul dubio caruit) praeter trium illorum versuum reliquias haec continet: v. 4 subscribentis ornamentum hoc: ⊕ (sub MU), versuum 6. 10. 13. 14. 18. 19 in principiis item ductus quosdam quales fere exstant in antiquissimorum codicum subscriptionibus; v. 8 MAC(vel O), ut in hoc fuisse probabile sit T MACCI PLAUTI. Paginae versae inscriptum fuit Persae argumentum, eis litteris recentioribus pictum, quo Pseuduli illud argumentum insigne est.

Titulus binis paginis hic inscribi solet: PLAUTI | POENULUS.

Palimpsesti Punica quae Studemundus accuratissime testatus est omnia in Schroederi libri 'die Phönizische Sprache' (ed. Hal. a. 1869) inscripti p. 288 sqq. iterum conferenda esse non duximus. Praeterea sciendum est Ambrosiani paginarum 5. 6. 11. 12. 25. 26. 47 apographon singulari quodam casu dum plagulas corrigimus non praesto fuisse. At praeter puncta quaedam falso vel omissa vel addita errores propterea aut nullos aut leviculos irrepsisse confidimus. Ceterum nolumus iterare quae de modo, quo palimpsesti collationem in his editionibus testandam putamus, recte aestimando in Mercatoris praefatione p. VIII monuimus. Nunc unum addimus hoc: ubicunque palimpsestus maioribus lacunis pessumdatus est, spatia accurate dimensus est Loewius, ut Palatinorum lectio utrum congrueret necne definiretur. Ubi autem congruit, totidem puncta posuimus, quot litteras Palatini servarunt et ita quidem, ut personae quoque spatium puncto notaremus. Ubi non congruit, diserte indicavimus quid inde consequi videretur.

Codicem veterem (B) Hinckius contulit et ante eum Ritschelius, Vaticanum (D) Augustus Mau*), Heidelbergensem (C) Gustavus Loewe: de FZ nihil addimus eis quae aliarum fabularum praefationibus praemisimus.

Praeter codices autem eos, quos ad hunc usque diem servatos habemus, disserendum videtur etiam de egregiae notae libro quodam, qui dolendum est quod huic editioni adornandae adhiberi non potuit. Notum est enim (quamquam fere ignorant Gepperti Ussingiique) Ritschelii (Opusc. II p. 4. 121 sqq.) maxime beneficio, Adrianum Turnebum codice quodam usum esse, cuius praestantia satis laudari nequit. Ex eo cum ille Poenuli maxime versus attulerit, non abs re videtur paullo accuratius in eundem inquirere, exscriptis Turnebi de libro pretiosissimo testimoniis quae inda-

*) Is de diversis manibus haec adnotavit: $D^2$ eae correctiones sunt, quae non statim inter scribendum, sed paulo post factae esse videantur. $D^3$ titulorum manus est. $D^4$ manus recentior, quae pallidulo atramento usa est.

gavimus omnibus*). Quod cum fecerimus, accuratius quam adhuc iudicarunt de indole codicis deperditi iudicare poterimus. Neglexit autem Ritschelius praeter Adversariorum (a. 1564 primum publicatorum) locos nonnullos etiam illud, quod alibi quoque Turnebus eiusdem mentionem facit, etsi multo rarius, velut in commentariis librorum quorundam ab ipso editorum. Quos ne neglegeremus, usi sumus Operum editione integrorum, quae Argentorati a. 1600 prodiit. De his igitur T codicis (sic enim appellabimus librum) scripturis testatur vir ille egregie doctus:

Asinariae v. 564 sq. Adv. XXIIII 31:

*artitos* T. *astutos* B D E J. *artutos* scripsimus cum Fleckeiseno

Captivorum arg. v. 3. prol. 24. 27. 31. Adv. XXIII 24:

ego et fide librorum veterum et auctoritate rerum adductus legendum censeo *Alii* [pro *Aulidae*]; sic . . .

argum. v. 3: *Alios*; prol. v. 27: *Alios*; ibid. v. 31: *Alium* 'aut ut in quodam libro legi *Aleum*';

Opp. I p. 71, 38 'legendum *cum Alidis* [prol. v. 24] aut certe *Aliis*, quod magis probo. Huic emendationi subscribit vetus liber in quo *Alidis*'

Casinae III 1, 9 Adv. VIII 11:

*sed facito dum Maeoni aper uersus quos cantat colas* T
*merui aperuorsus quos* B.
*merula per uersus quod* Festus

ibid. III 2, 8 Adv. VIII 11:

*non ecastor uilis emptus est* T B

ibid. III 2, 22 Adv. VIII 11:

*catillae tum* T
*catillatum* A (?) B, Fulgentius

ibid. III 5, 16 Adv. VIII 11:

*nisi haec meraclo se uspiam percussit flore libyco* T
*nisi haec meraglose uspiam percussit flore libico B*
*Liberi* A

ibid. III 6, 9 Adv. VIII 11:

---

*) Paucula quaedam nos fugisse monuit inter corrigendum amicus quidam: Aul. III 5, 37 = Adv. VI 24; III 2, 24 = Adv. XV 5. Asin. prol. 5 = Adv. XXIV 31; Capt. I 2, 80 = Adv. XIV 7; III 4, 108 = Adv. XIV 7; Cas. V 2, 8 = Adv. XVI 3.

erat... plane et literate perscriptum *dabo μέγα κακὸν*
dabo tibi ΜΕΓΑΚΑΚΟΝ A
B *tibi* om.

ibid. V 4, 4 Adv. VIII 11 et XVI 3:
*caninam scacuam* T

*Curculionis* v. 485 Adv. XXVII 27:
*operiam* T
*oppiam* BEJ

Mostell. v. 760 Adv. XIX 32:
*laudasse* TBCD (Ritschelius cum Bothio *laudauisse*)
*hasce* TB. om. CD
*architectonem* TB[1]. *architectorem* B[2]CD

Poenuli v. 19 Adv. XIX 12:
*praeter os obambulet* TBCD

ibid. v. 30 Adv. XIX 12:
*peritent* T. *pertant* B. *pereant* CD

ibid. v. 47 Adv. XIX 12 (cf. XVI 7):
[*sitis*] *gnarures* T
*siti signa rures* BCD

ibid. v. 55 Adv. XIX 12:
*rationes* TB. *orationes* CD

ibid. 137 Adv. XV 6:
*lyrae lyrae* T. *lyrae lyre* B. *lire lire* fere CD

ibid. v. 231 Adv. III 5:
[*facere*] *en iam* T
*faceren niam* B
*facere* CD

ibid. v. 245 Opp. I p. 61, 35:
*eius seminis* TBCD
*eiusce modi* FZ

ibid. v. 319 Adv. XV 6:
*prima cum ut* TB
*prima cum* CD: *Primae ut* A

ibid. v. 371 Adv. XV 6:
*ninnium T. nin nium* B
*nimium* CD

ibid. v. 413 Adv. XV 7:

*partem minore* (*parte in ore* A) *habitas mea* T. item BCD, nisi quod melius *parte*

ibid. v. 471 Adv. XV 7 'ex uetusta membrana, aliquantulum tamen scriptura conturbata':

*lenulle* T, Priscianus

*lennuite* B. *lenuite* CD

*denullo* A ut vid. (v. apparatum)

*de illa* A, Priscianus. *de illac* T(?)BCD: unde corr. adn.

*pentethronnica* T. *pentetronica* ABCD

ibid. v. 478 Adv. XV 7:

*farferi* TABCD

ibid. v. 530 Adv, III 11 (coll. XV 7):

*uel* (ita XV 7; *et* III 11) *clauatorem* T

*el clabatorem* B. *uel glabatorem* CD

*uel gralatorem* Varro

*et grallatorem* Festus

ibid. v. 580 Adv. XV 7:

*condocta* TAB

*conducta* CD

ibid. v. 581 Adv. XV 7:

*condoctior* TAB

*conductior* C

*indoctior* D

ibid. v. 770 Adv. XIX 12:

*id nunc his cerebrum uritur* TA

*id nunc hisce crebro auritur* CD

*id nunc* B

ibid. v. 778 Adv. XIX 12:

*refert rauio* TAB correctus

*refert auio* B non corr., CD

ibid. v. 977 Adv. X 24 (cf. Opp. I p. 61, 42):

*punica est guggast homo* T

*punicast guggast homo* A. om. BCD

ibid. v. 1033 Adv. X 24:

*micdilix* T

*micdilia* BCD

*migdilix* (vel *-a*) A

ibid. v. 1168 Opp. I 61, 37:

'legendum puto *graecae sunt hae columnae, sustolli solent* subscribente huic lectioni veteri libro': nihil de libro Adv. X 24. Cf. eius versus adnotationem nostram.

ibid. V 1312 Adv. X 24:

*Deglupta maena sarrapis sementium*
*Mastruga hals agoras hama tum autem plenior*
*Alli ulpicique quam romani remiges*

'hoc versus, qui in exemplaribus sic scribuntur, ut non intelligantur, excudendos sic curavi ut reperi'. Cf. adnotationem nostram.

Pseuduli v. 738 Opp. I p. 64, 53:

*hircum ab aliis* (*alis* Adv. XX 10) T
*hirquuum ab aliis* B
*hiscum ab aliis* CD
*irchum* (?) *ab alis* A

ibid. v. 743 Adv. XX 10:

*lamberas* TABCD

ibid. v. 1051 Adv. XX 10:

versum servarunt TAB, om. CD

ibid. v. 1100 Adv. XX 10:

*ad molas coloniam* TBCD

Rudentis v. 122 Opp. I p. 103, 51:

*exicasque* T

cf. Opp. I p. 61, 16. 193, 13. Adv. XXI 2. XXVII 27.

ibid. v. 363 Opp. I p. 60, 64:

*anancaeo* T

ibid. v. 461 Opp. I p. 61, 2:

*praeficiscine* T

ibid. v. 525 Opp. I p. 61, 13:

*at velitatione* T, unde *advelitatione* Turnebus

Festi glossam *aduelitatio*: *iactatio quaedam verborum est* ad hanc versus formam spectare posse idem intellexit, quod contra ne quis proferat eiusdem locum *uelitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnae*, monemus videri nobis Festum hoc loco Asinariae v. 307 respicere, ubi libri cum Nonio *uerbis uelitationem fieri compendi uolo.*

ibid. v. 578 sqq. Adv. XXI 12:

*eho an te poenitet in mari quod claui nisi hic in terra iterum cluam* T (?)

ibid. v. 613 Adv. XXI 12:

'integratum .. inveni versum hunc, qui vel mutilus vel nullus est in exemplaribus *sed quid hic in Veneris fano meae viciniae*'

ibid. v. 641 Adv. XXI 12:

*obsecro hoc praevortere ergo* T, quode verbis accurate intellectis dubitari nequit

ibid. 724 Adv. XXI 12:

*non licet est lex apud nos*

ibid. v. 671 Adv. XXI 12:

*quin scelestus sacerdotem anum praecipes* T

ibid. v. 767 Adv. XXI 12:

'lego ex veteri libro: *quin ut humanum exurias tibi*'

Stich. 732 Adv. IX 21:

morticinae (?) membranae *catali ut ludum* TBCD

Praeterea autem certum uti Turnebum codice illo fonte non allato. Nam ut nonnullis locis scripturas profert T librum non indicans quas alibi disertis verbis in eodem exstare testatur (velut cf. supra locos ad Poenuli v. 977 indicatos), ita interdum codicibus nostris in comparationem adhibitis suspicamur ab eo prolata ad T, non ad solum Turnebi ingenium redire. Velut Poen. 1355 legendum censet *haud verbum quidem,* ubi *aduersum quidem* Palatini, A contra *haud uerbum quidem.* Similiter comparati loci Poen. v. 373 et 384 Adv. XV 6; Rud. v. 767 Opp. I 61, 9; Casinae epil. 3 Adv. VIII 11; alii, quamquam de nonnullis dubitari posse concedimus. Diutius autem in hisce non haesimus, quamquam haud pauci addi possunt: nihil enim fere lucri ex operosa hac investigatione redundat.

Iam quo modo ille codex comparatus fuisse videatur quispiam quaesiverit. Non integrum librum viginti vel adeo viginti unius fabularum fuisse censemus. Neque enim casui tribuimus, quod earum comoediarum inde afferuntur scripturae quarum litterae initiales ad certas alphabeti series spectant. sunt autem hae:

Asinaria
Captivi
Casina

Curculio
Mostellaria
Poenulus
Pseudulus
Rudens
Stichus

Videntur igitur codicis cuiusdam Plautini initio et in medio, fortasse etiam in fine mutili reliquiae fuisse. Quocum vide num illud congruat, quod uno loco (Adv. XVI 3) de 'membranulis' loquitur. Neque obloquemur, si cui certae harum comoediarum partes (velut quaternionum aliquis numerus) tantum servatae fuisse videantur, unde facilius explicaveris quod vestigium eorum remansit nullum, eodemque spectare possunt quae ipse dicit: 'aliquando in aliquot membranas pervetustas incidi' (Adv. XIX 12). Praeterea cum levicula quadam argumenti specie id in rem afferri possit, quod de sola Poenulo diserte testatur eam comoediam in membranis illis pervetustis scriptam fuisse (Adv. XIX 12). Quae res utut se habet, certum est nec a quoquam hucusque observatum, Turnebo, dum Adversaria scribit, pretiosissimum illum librum non iam praesto fuisse. Id quod inde sane non consectaneum, quod nusquam velut ita scribit: 'membranae, quae penes me sunt' 'quas in manu habeo' 'quae mihi praesto sunt', quamquam hic illic tale quid sane exspectaveris, quod contra semper talia profert qualia sunt: 'ita in libro antiquissimo scriptum reperi' (Opp. I p. 60, 64): sed probabile illud inde, quod Adv. XIX 12 sic legimus: aliquando in aliquot membranas pervetustas incidi, in quibus scriptus erat Poenulus'. Nam cui in manu liber est, vix ita loquitur. Certum autem fit omnisque rei dubitatio eximitur loco illo, ubi sic ait: 'aliquot membranae quas aliquando habui' (Adv. XV 7). Videtur igitur olim excerpsisse librum, quo postea uti nequibat.

Iam quae summa rei est, indoles illius codicis 'pervetusti' (sic tantum non semper appellatur) accuratius videtur definienda esse. Fuit autem liber optimae notae, id quod ei qui supra conlecta perlustraverit, in oculos incurrit. Verba in BCD omissa, integrum versum, qui in CD deest, conservat, cum A saepius consentit in egregiis scripturis diversa BCD librorum

memoria, saepissime cum B, discrepantibus CD. Dubitaverit igitur quispiam utri recensioni adscribendus videatur esse: quo de nos non dubitamus. Certe codex Palatinorum recensioni adscribendus est, non palimpsesti, id quod non negaveris collatis velut versibus ex supra allatorum numero hisce: Cas. III 5, 16. 6, 9. Poen. 471. 1033. 1313, neque neglegenda est recensionis discrepantia Poen. v. 530, quae inter TBCD et Varronem Festumque intercedit. Fuit igitur Palatinae recensionis codex praestantior certe multis locis — quoniam consentaneum de propriis vitiis Turnebum non rettulisse — quam ei libri qui nunc praesto sunt. Egregie igitur crisis Plautinae difficultatem minuet, qui schedas Turnebi in recondita aliqua Galliae bibliotheca indagaverit.

Turnebi codex ut indagetur fieri sane potest: alius autem eiusque plane adhuc ignoti recuperandi spes prorsus abicienda est. Qui quamquam ad Poenulum nihil pertinet, hoc loco tamen deperditae illi membranae adiciatur. Exstitit enim usque ad huius saeculi a. 1848 codex quidam Messanensis saec. XIII, qui priores octo Plauti fabulas continebat. Cuius quidem notitia hoc modo ad nos pervenit. Cum enim in eo esset ut Loewius iter Italicum Poenuli causa pararet, comiter certior factus est a Martino Hertzio, exstare in Benedictinorum Messanensium bibliotheca codicem Plautinum saec. XIII, quem suis ipse oculis a. 1847 vidisset. Iam quamquam multum novi ex illo peti posse probabilitate carebat, decrevimus tamen codicem examinare, aemulum fortasse eius, quem Mediolani a. 1878 repperimus. Ut tamen caveremus ne frustra illuc proficisceremur, a Papa Philippo Matranga, parrocho graecocatholico Messanensi accuratiora de illa Messanensi bibliotheca petivimus. Qui quaerentibus nobis amabiliter respondit, a. 1848 (hoc est anno postquam Hertzius illic fuit) S. Placidi libros igni absumptos esse. Itaque nihil nunc de eo scimus nisi quae Hertzius enotavit:

C 23 saec. XIII. 8⁰. *Plauti in amphytrione incipit prologus. In faciem uorsus* cet. [argum. II]. Explicit: *Plauti epidicus explicit*

et ea quae ante eum a. 1834 Blumius in Bibliotheca librorum manuscriptorum Italica p. 227 ex schedis Goettlingii attulit:

*Plauti Amphitruo Asinaria Aulularia Captivi Curculio Casina Cistellaria Epidicus membr. 4 folior. 9* (?)*)

Sufficiunt autem paucula ea quae Hertzio debemus ad demonstrandam aliquam deperditae membranae bonitatem

Titulus *incipit prologus in amphitrionem plauti poetę* B
*plauti in amphytrione incipit prologus* cod. Messanensis
Titulo carent DE. Initium fabulae intercidit J. Arg. I 1:
*uersus* BDE (in J servatus non est v.)
*uorsus* cod. Messanensis.

Punica recensere ipsi non potuimus: ne tamen officio nostro deesse videremur, Ioannem Gildemeister de hac re adivimus: qui quod partem saltem recensuit ut ipsi laetamur ita alios laetaturos esse scimus.**) Scripsit autem de recensionis suae ratione haec:

"Ritschelius cum anno huius saeculi sexagesimo et tertio aut quarto de edenda Poenulo cogitaret, me arcessivit, qui in Punica verba tractanda et ad normam linguae revocanda operam conferrem. Praeparavi tunc decem versus priores

*) Alterum codicem Plautinum S. Placidi Messanensis, quem Blumius eodem loco sic describit: 'Plauti Bacchides, Mostellaria, Menechmi, Miles gloriosus, Charinus, Mercator, Pseudolus, Penulus, Persa, Stichus, Trinummus, Truculentus. membr. et 'chart. fol. folior. 178'. B 10 signatum fuisse et saec. XV scriptum idem nos docuit Hertzius.

**) De verbis *mycthibarui mysehi* (s. *ischi*) quam vario et miro modo docti iudicaverint, non inutile erit scire: qua de re quae composuit Gildemeister tacere nolumus: "Petit: filias generavi (potius: concepi), robur meum. — Bochart: ex ductu eorum negotium meum. — Sappuhn: [ad] gaudendum in negotio meo. — Verbrugge: iuvenem meum, si virum meum. — Dorhout: [pro]pter res meas, heri. — Velthusen: [ob] quod transfretavi inde. — OGTychsen: [exe]quantur rem meam in salutem meam. — Bellermann: ex edictis illorum negotium meum. — Lindemann: [in] angustiis meis rite procedat opus meum. — Gesenius: iussu eorum desiderium meum, (vel:) cum desiderio eorum. — Wurm: quoniam de rebus meis est profectio mea. — Wex: pro rebus meis; utinam potestas fiat. — Idem: ex verbis eorum; desiderium meum est. — Idem: rite; respicite desideria mea. — Benary: e decreto vatum; desiderium meum. — Ewald: von Fehler frei und von Versehen. — Movers: kommend in diese Stadt und zu deren Bewohnern. — Hitzig: mein Finden Frömmigkeit und gestern (quod esse vult: nachgerade) gelinge es. — Meier: ohne Schaden, rein und ohne Unrath. — Iudas: rite desiderium meum. — Schroeder: gut; sehet, das ist mein Wunsch. — Derenbourg: [vers] le but pour lequel je suis venu. — Neubauer: by coming into the town and that I may find. — Rodwell: [that] so I may be spotles".

prorsus fere tales, quales nunc a novis editoribus denuo evocatus, ne promissis deesse videar, in hoc volumine exhibeo.

In animo erat ex eis, quae per tria iam saecula a doctis viris tentata sunt, probabiliora quaeque aut, cum tot scrupuli restarent, minus improbabilia seligere et si qua omnino tolerari non posse viderentur, mea qualicunque coniectura meliora facere.

Postulanda sunt, id quod saepius non observatum videmus, duo: alterum, ut quae enucleentur, sermonem praebeant simplicem naturalem, qualem comoedia requirit, verbis usitatis tantum compositum nec contortum fucatumve; alterum, ne quae arripiantur linguarum Semiticarum et imprimis Hebraicae analogiam in formarum et verborum usu positam nimis excedant. In hac re una tantum exceptio est: qui Punica scripsit, singula verba transtulit, eorum ordinis apud Semitas legitimi ratione non habita, sed latinam consuetudinem ubique secutus, unde factum est, ut praemitteretur accusativus v. 1. 2. 6. 7, a nomine suo disiungeretur genetivus v. 1, sententiae verbis finirentur v. 5. 8, inverterentur vocabula v. 1. 9. 10. Quod fieri vix potuit, nisi Plautus interprete usus est, qui Punicam linguam in quotidianum et forensem usum didicerat, at vocibus iuste struendis impar erat.

Sed ne hac quidem cautione adhibita fieri potest ut maiora assequamur, quam ut quodammodo loci Poenis restituendi umbram et imaginem nobis depingamus, nec plura exspectare licet. Causa est in ignoratione linguae Punicae, quae nobis in vitam revocanda est ex solo loco Plautino, cum inscriptiones ab hoc argumento satis alienae nec vocalium signis instructae parum adiuvent. Qua in re saepe ab una littera fortasse perperam scripta pendet interpretatio. At quis sibi persuadebit, in codicibus undecimi saeculi omnia ad nos pervenisse immutata? Altera ex parte eis, quae eidem codices praebent, astricti sumus, nec negari potest verba praeter exspectationem integra videri. Omnino tamen omnibus lectionis mutationibus nemo hucusque supersedere potuit, quae fere ubique ita comparatae sunt, ut ex scriptura minuscula explicari possint. Infra ea, in quibus alii coniectura a codicibus discedendum putarunt aut ipse putavi — utrumque septies octiesve factum est — litteris obliquis distincta sunt. In vocalibus fortasse

etiam alia emendanda essent, dummodo de sonis, qui apud Poenos fuerunt, plura constarent, quam quae ex nominibus propriis, imprimis eis quae inscriptiones bilingues praebent, colligi possunt. Non desunt quidem, qui rationem qua latine apud Plautum scriptae sunt (ut etiam alia, velut aspirationem consonarum) ad certas leges referri posse sibi persuaserunt, sed frustra, cum continuo exceptiones statuere coacti fuerint. Itaque quae in his librarii peccarint, perspici nequit. Eorum quoque irriti fuerunt conatus, qui ipsa Punica verba ad metrum revocare studuerunt. Poenorum linguam in nativis vocalibus deminuendis et omittendis Hebraicam aequasse, nisi superavit, apparet; qui apud illos numeros longarum et brevium syllabarum discrimine modificatos quaerit, idem facit ac qui olim similia apud Hebraeos tentarunt, quorum incepta iam dudum omnium consensu explosa sunt. Poetae artem interpres ita tantum imitatus est, ut versus eiusdem fere ambitus, qui senario responderet, quindecim aut sedecim syllabarum faceret; etiam hiatum plerumque vitavit. Nihil tamen impedit, quominus statuamus, histrionem in scaena verba arbitrario modo ad numerum iambicum accommodata recitasse. Hoc, non ipsorum Poenorum locutionem spectare videtur, quod Sisenna (Gramm. lat. VI 561 ed. K.) tradidit, in vocabulo *alonim* vocalem (puta primae syllabae) propter metrum producendam esse; apud Poenos ne brevis quidem vocalis, sed dimidia tantum audiebatur, quam productam pronuntiare nemo Poenus poterat.

Si igitur in versibus decem prioribus non improbabilia erui possunt, longe aliter res se habet in reliquis eisque multo magis depravatis et lectu in antiquissimo codice arduis et incertis. In his ea tantum verba vere intellegimus, quae in illis quoque inveniuntur; quae interiecta sunt, nemo adhuc ita restituit et explicavit, ut veri similitudinem quandam praeberent. Quod ne iniquius dictum videatur, uno exemplo utar. Quae v. 6 inter *fel* et *lifid* leguntur, valere volunt Movers, cui astipulantur Schroeder (huius verba sunt) et Hitzigius: du hast gethan *die Pflichten eines in aller Rechtschaffenheit wandelnden und (handelst immer so) wie es Schuldigkeit ist* zu handeln', quod mira arte eliciunt collatis vocabulis Hebraicis longe aliud spectantibus. At recte iam inde

a Bocharto interpretes viderunt, verba *fecit quod faciundum fuit* de obitu dicta esse; nam si loco patris filium anquirit Hanno, causa esse non potest patris probitas, sed mors. Negarunt quidem, quorum erat prae ceteris interpretibus latinae linguae peritiam affectare, Lindemannus et Wexius, Romanos unquam ita esse locutos: sed errarunt. Testes sunt inscriptiones sepulchrales eaeque antiquiores, ex quibus sat amplam exemplorum copiam congessit Buecheler (Mus. Rhen. nov. XXI 131. 132). Ad reipublicae aetatem referendi sunt iambi: *Noli dolere, mater, faciendum fuit, Properavit aetas, voluit hoc fatus meus,* qui deinde variati repetuntur: *faciendum hoc fuit; noli dolere, mater, factui meo;* alia vide ille loco. Neque ita latebram quaerere licet, ut dicatur, Plautum quidem de obitu loqui, hominem autem, quo adiutore usus esset, latina vocabula perperam reddidisse. Sequitur potius fieri non posse quin illa Punica verba prorsus false explanata sint. Ex hac verborum inter utrumque carmen discrepantia sat grandi colligendum est, alteram formam ad aliam fabulae recensionem pertinuisse et fortasse etiam aliud carmen latinum paulo diversum comitem habuisse.

Nec meliora promittunt scaenae secunda et tertia, in quibus deficiunt latina quae respondeant: pro his auxilium exspectari posset e diverbii contextu; at revera sunt vocabula nonnulla, quae statim agnoscuntur, ut *rufe* medicus, alia. Sed reliqua, quae maximam partem detorquet scurra, vel magis obscura manent neque cuiquam contigit, ut sub plerisque aptam subiceret sententiam. Etiam hic unum, de quo iudicetur, exemplum propono. Vocabula duo, quibus Hanno salutanti Milphioni respondet — recentissimos tres eosque linguarum semiticarum peritissimos eligo — Ewaldus, cui Schroeder se adiunxit, vult significare: *gratiam per te,* Moversius: *quae est ista confusio tua,* Hitzigius: *post adventum tuum.* In omnia alia discedunt, sed cum quonam inter haec melius quadret Milphionis responsum: *istuc tibi sit potius quam mihi* nemo facile dixerit. Nec melius reliqua constituta sunt.

Quae cum ita sint, non improbabitur, spero, quod inde a v. 11 omni conatu Punica redintegrata exhibendi abstinere nec ubi certiora postulantur opinionum commentis locum

dare maluerim. Non enim potui a me impetrare, ut in chartam conicerem, quibus ipse non adiungerem fidem, nec ceteris omissis pauca illa, quae perspici possunt, disiuncta a conexis proponere utile existimavi. Satius visum est ibi tantum, ubi probabiliora afferri possunt, monstrare, quomodo fere Punica se habuerint.

Ampliori commentario, sine quo talia doctorum hominum arbitria proponere vix licet, pro ratione huius editionis locus non est. At meum esse putavi brevissime indicare, cui inventori debeantur, quae praetulerim, id quod ita institui, ut inter lunulas praemitterem eorum nomina, quibus primis idem vocabulum nec tamen eadem vocabuli forma in mentem venit. Pauca tamen adieci, quibus quae sentiam de nonnullis locis minus certis significarem".

Miram fortunam haec fabula passa est quippe cuius tot sint vestigia duplicis recensionis, ut fieri non possit quin cupide exspectemus diversas quas nunc adhibere quidam volunt huius generis expediendi rationes.*) Verum tamen praestare putavimus, omnia quae de hac re adnotanda viderentur apparatui inserere; in ipso contextu nihil mutavimus, nisi quod paucis quibusdam locis diasceues reliquias sententiarum nexum prorsus turbantes uncinis rotundis inclusimus: uncinos quadratos ad interpolationis varia genera pertinere voluimus. Retractationis insigne documentum etiam v. 350—400 exhibent, de quibus similiter iudicamus atque Schuethius 'de Poen. Plaut. quaestiones criticae' (ed. Bonnae a. 1883): quo libello in altera tantum fabulae parte uti potuimus. Idem dicendum de Langrehrii libello scholastico eodem anno edito, quo 'de Plauti Poenulo' disputavit. Ussingii denique editionem inde a v. 389 consuluimus, partim plagulis inserentes quae inveneramus, partim schedis typothetae tradendis. His autem libris dum plagulas corrigimus editis effectum est ut abiceremus consilium quod initio ceperamus totam retrectationis quaestionem paucis persequi: ampliorem nunc quidem fore disputandi materiem quam pro praefationis ambitu facile perspeximus. Itaque satis duximus lectorem de illis

*) Spectat huc res quam Goetzius persecutus est in indice lect. aest. lenensi a. 1883: quae commentatio eo tempore quo primae plagulae typis describebantur nondum scripta erat.

libris commonuisse. Ac ne alias coniecturas quidem quae interim prolatae sunt hoc loco ut adderemus a nobis impetrare potuimus.

De personarum nominibus pauca dicenda sunt. Antamoenidis nomen rectissime restituit Ritschelius: Plauti temporibus Antamunides fuisse probabile est: cf. Opusc. philol. vol. III p. 346. Eiusdem Ritschelii auctoritate moti Anterastylis nomen retinuimus: cf. tamen Koenig, de nom. propr. p. 23, Franckenum Mnem. vol. IV (a. 1876) p. 155, Ussingium praef. p. 293. Idem denique Ritschelius Collabiscus nomen optime munivit l. s. s. p. 345. Casu factum est quod nutricis nomen in personarum indice tale remansit quale in prioribus editionibus est. Voluimus enim illud *Giddenis, Giddenīnis* esse, ratione habita et eorum quae Muellerus Nachtr. p. 110 adnotavit et librorum ipsorum scripturae, qui his locis nomen servaverunt: v. 898 GIDDENI*(vel* E*)*NE*(vel* I*)*M *A: om. BCD*; v. 1119 FORASG*(vel* C*)*IDDE*(vel* I*)*NI*(min. prob.* E*)*NI*(min. prob.* E*)*MEST *A:* Foras giddeneme est *BCD*; v. 1130 giddeninem *B*, G . . . E*(vel* I*)*NI*(min. prob.* E*)*NE*(vel* I*)*M*(dubia) A*, giddenimem *C*, giddenimen *D*; Actus V 3 titulus G*(vel* C*)*IDDE *(vel* I*)*NIS *A*, GITDIS $D^3$, Ciddis *B: om.* $CD^1$. Cum his cf. quae Geppertus Stud. Pl. vol. II p. 136 sq. exposuit. De graecis in B personarum notis in singularum scaenarum initiis quae opus sunt diximus: illae notae pertinent a v. 470 usque ad v. 1192. De personarum compendiis latinis accuratius agere nolumus.

Versuum discriptionem ubi a libris discedit saepius in apparatu commemoravimus. Nequid desit, reliqua hoc loco addimus. Codex vetus igitur initia discrepantia praeter ea quae in ipsa adnotatione commemoravimus haec praebet:

140. *Adamans — Haud — Item — Si — Si — Ego ne — Mihi — Cur ego — Adego — Lenonis — Differor — Vintu — Vindare — Vtrumque — Vintu — Cupio — Trecenti — Quidiis — Dabo — Tuus — Intellego — Et dabitur — Se amare — Vbi — Celabit — Ille — Duplitibi — Neque — Addicet — Immo — Ego in — Scio — Hoc primum — Abeamus — Quamquam — Faciam — Sine damno — Itaque — Quoi — Quam ego — Sed — Haec — Sed — Si uis — Emamores — Quom hoc* — 230. *Postremo — Neque umquam* — 262. *Taceo — Eho amabo — Maneat pol — Prosedas* — 278. *Hanc equidem — Heus Milphio* — 301. *Bono me — Aurum — Bonum bonam* — 308. *Eho tu — Possum — Quia iam* — 317. *Nimia — Primae*

— *Quae habent* — *Priusquam* — *Sacrificare* — *Ita sunt* — *Edepol* — *Nihil nisi* — *Ec quid* — *Nam quidem* — *Age sis* — *Primum prima* — *Salue extra* — *Quote* — *Eho an* — *Quid mihi* — *Scio* — 352. *Quid ego* — Verba *Quid me uis* versui 284 adhaerent — 403. *Verum* — *Non sum* — *Mox* — *Adque audin* — *Atque hoc* — *Respexit* — 412. *Quid iam* — *Quid nunc* — 418. *Perque* — *Em* — *Fac* — *Perfacile* — *Iam* — *Fugio* — *Ego ne* — *Vt non* — *Emittam* — *Quantum* — *Abiturus ne* — *Neque stellę* — *Neque hercle* — 469. *Qui hanc* — *Ita ut* — *Quo sexaginta* — *E uolaticorum* — *An obsecro* — *Quomodo* — *Fundasque* — *Scitis* (v. 547) — 560. *Isque* — *Vbi is* — *Meministis* — *Id dublicabit* — *Adeam* — *Vix* — *Hoc* — *Bene* — *Optime* — 621. *Aetolici* — *Et quan quam* — *Fortunati* — *Istic* — 700. *Ibi te* — *Ibi ut* — 768. *Ha ha* — *Peregrinum* — 1131. *Nouis et* — *Quid tibi* — *Aphrodisia* — *Ora tum* — *Pol* — *Eho* — *Ita* — 1149. *Sed quis* — *Ego* — *Abeo* — 1157. *Pac tam* — *Spondes ne* — *Mihi patrue* — *Nunc* — *Iam dudum* — *Quid si* — *Praeterbit* — *Magne* — *Restitue* — *Ego* — *Haecine* — *Scin* — *Opinor* — 1179. *Arabius* — *Complebat* — *Festus* — *Que ad* — *Attinuit* — *Neque ab* — *Malim* — *Spero* — *Vt pol* — *Eo sumus* — 1191. *Omnia* — *Tace* — *Ne lacruma* — *Sicut* — 1195. *Si tibi* — *O patrue* — *Quid est* — *At enim* — *Quid est* — *Ingenium* — 1382. *Quis hic* — *In seruitute* — *est* # *Bellum* — *Te esse* — *Qui norunt* — *Et hunc*

Haec autem C:

10. *Nimia est* — *Incedere* — *Situum* — *Nam* — *Vt mercedem* — *Scortum* — *Aut uirge* — *Ducat* — *Animo* — *Liberis* — *Domum* — *Et loris* — *Pueros* — *Afferant* — *Hic quasi* — *Lanora* — *Conferant* — *Curatores* — *Niue* — *Bonis* — *Inpopinam* — *Nunc dum* — *Imperio* — *Ad argumentum* — *Siti signa rures* — *Ei rei* — *Comediais inodiosi* — *Carchedonius* — *Nomen* — *Hic censebitur* — *Vos* — *Patrueles* — *Viuit* — *Quia mihi* — *mortuus est* — *Puer* — *Quam* — *Conicitur* — *Fratrem* — *Ille* — *Hic diuiti* — *Emit* — *Adoptat* — *Is illic* — *Carthaginem* — *Qui dederit* — *Sed illi* — *Altera quinquennis* — *A magaribus* — *A somnis* — *Est homo* — *Vos met* — *Cui lico* — *Huc* — *Is inillis* — *Efflictum* — *Neque eam* — *Quo mea* — *Volut* — *Illam* — *Qui illam* — *Marite* — *Ingressus* — *Dat* — *Captaneant* — *Ita* — *Sed* — *Is heri* — *Idem huic* — *Ducite* — *Oblitus* — *Filio* — *Veniet* — *Quidem* — *Hic qui* — *Filium* — *Quod* — *Vt uos*

*epe* — *Inopiosas* — *Mihi deberi* — *tempus* — *Quod* — *Nunc* — *Contriuisti* — *Ignoscere* — *Et nunc* — *Ob* — *Sitibi* — *Auctor* — *Dissolutus* — *Quin* — *Immo* — *Apud* — *Sentiunt* — *Lenonis* — *Istuc* — *Illius* — *Dare* — *Dic* — *Em* — *Locare* — *Tuam* — *Facias* — *Satis* — *Tibi* — *Iam* — *Nouit* — *Nescio* — *Vt ad* — *Se amare* — *Preberier* — *Accipiet* — *Placet* — *Queri* — *Duplici* — *Habet* — *Ita* — *Immo* — *Rudest* — *Aphrodisia* — *Munditiis* — *Abeamus* — *Fallatiam* — *Tibi* — *Huic* — *Itaque* — *Ballistast* — *Sed* — *Erum* — *Siuis* — *Em* — *Cum hoc*

*egotii* — *Nam* — *Neque* — *Sacietas* — *Ab aurora* — *Ex* — *Lauari* — *Et una* — *Eae* — *Operam* — *Apagesis* — *Maxumo* — *Diesque* — *Postremo* — *Neque umquam* — *Nam* — *Miror* — *Et faceta* — *Vix* — *Tamen* — *Nimia* — *Soror* — *Esse* — *Aqua* — *Non uelis* — *In-*

*sulse — Coqua est — Vt maceret — Sat — Quiesco — Omnia — Diem — Dignum — Ec quid — Cado — Vt ego — Amem — Taceo — Quid — Veneris — Turba est — Proseda — Miseras — Quę tibi — Quas adeo — Domum — I in malam — Pro pidium — Et monstrum — Quo uis — Dii — Quid — Qui haec — Hanc — Milphio heus — At ego — Haec didici — Tetigeris — Quibus — Aspicio — Immo — Nam pro* — 295. *I in — Perpetuo* — 323. *At ego — Quid — Splendent — Cedo — Tractes — Qua de — Veneris — Non — Prius — Sacruficare — Ita — Milphio — Obsecro — Sisumam — Ec quid — Minime — Addecet — Sequere — Adeas — Salue — Et oleum — Veneris — Propitia — Quid mihi — Quid — Ego — Spectandam — Meretricius — Inuendibili — Facile — Quid ais — Quo die — Nescio* — 355. *Iam hercle — Quam — Faciam* — 361. *Liberaret — Neque usquam — Ita — Eo quid — Mea amoenitas — Sauium — Mene — Iubeo — Suscensere — Pro te* — 379. *Male — Amabo — Trioboli — Em uolumptatem — Salutem — Iam — Eo quid — Ergo — Voluptas — Lingua — Mastigia — Omnia — Obsecro — Mammiata — Mea mel — Potest* — 401. *Aliquid — Nam — Noxiam — Da ergo — I ergo — Veneri — Atque — Respice*

*uid — Auctionem — Hasce — Habitas — Trecentos — Nunc — Lauam — Perque — Disce (Milphi Disce) — Mihi — Adduce — Et sicophantis — Fugio — Egone — Ego te — Non hercle — Acherunt est — Aqua in — Pergin — Neque hoc — Opus si — Neque hercle — Dicam — Vide — Egomet — Opus — Abtit — Moram — Me oboedientem*

*i illum — umquam — Sacruficauerit — Sex — Facere — Iratus — Non bona — Eo — Quod sat — Sic me — Mage — Condigne — Portendi — Quid ei — Argenti — Miles — Sed ec cum — Lenuite — Vno — Hominum — Sunt — Quo mo do — Fundasque — Ne ad — Peri uras — Globos — Verba — Accidebant — Per — Vmquam — Sacruficem — Credo — Exta — Nihil — Elidam — Malam — Tum tu — Meretricem — Omnis — Decretum est — Sequor*

*ta me* — 507. *Tardiores — Equidem — Aetati — Procos — Ite audite — Homini — Succretu est — Et pauperes — Audacter — Sumus — Dedimus — Nos — Censeas — Ire — Placida — Properabas — Netu opinere — Me in — Gradu — Si (Podagrosi) — Quo curratur — Vsque — Sed tamen* — 550. *Omnia — Nunc causa — Docere — Scimus — Vna — Igitur — Itane — Quomodo — Deferret — Peregrinum — Seruum — Seruastis — Id duplicabit — Nos esse — Ita — Agendum — Te aduocatus — Optime — Femina — At oculos — Quod dici — Iniuste — Callemus — Tenetis*

*ium tenes* — 582. *Probus — Tot quidem* — 586. *Hodie — Si nihil — Vos — Et bene* — 596. *Vt sciamus — Aurum est — Pingues — Agin dam — Sed ita — Scilicet — Oraueris — Voluptarium — Eu edepol — Porro — Mecum — Obiciatur — Habeamus — Mortales — St tace — Modo — Perduint — Faciunt — Illic — Malus est*

*am istuc — Commodos — Mulieres — Huc — Et ille — Aetolici — Inuiti — Fortunati — Sitaturam — Vt — Deueniat — Ego — Vos certum est — Si male — Si periculum — Scies — Male facias — Attinet — Quamquam — Siquid — Nec ferimus — Credo — Hunc*

— *Istuc* — *Cum reda* — *Inplagas* — *Quidem* — *Istum* — *Salutat* — *Insicophantiam* — *Ait* — *Preberier* — *Tu si* — *Aurum* — *Locum* — *Nequis* — *Vtquidem* — *Quoniam* — *Optume* — *Precipitis* — *Quo accurres* — *Rex* — *Quidem* — *Adme* — *Decet* — *Nos tibi* — *Capere* — *Hospites* — *Illic* — *Vellem* — *Bonam* — *Quorsum* — *Hospes* — *Dident* — *Querito* — *Minime* — *Adueniens* — *Vbi ego* — *Edepol* — *Pati* — *Complexum* — *Leucadio* — *Inriges* — *Quid* — *Vngentarium* — *Quid ita* — *Accipere* — *Duc ergo* — *Huc agor.* — *Heus* — *Vttute*

*uidest* — *aurum* — *numerati* — *Hinc* — *Prodigium* — *Age* — *Narrato* — *Abduc* — *Estis* — *Esto* — *Eum* — *Populi* — *Commeminisse* — *Meminimus* — *Si pultem* — *Leno* — *Quippini* — *Ibi* — *Nummis* — *Queritari* — *Iuratus* — *Id quidem* — *Quippini* — *Ibo* — *Est nam* — *Lycum* — *Ne nos*

*uspendant* — *Quodloquantur* — *Malum* — *Rem* — *Magis* — *Euenit* — *Valeant* — *Postulatum* — *Adelphasium* — *Calidum* — *Quia* — *Seruum* — *Factum* — *Ita* — *Me* — *Mementote* — *Ha ha he* — *Conciliauerunt* — *Crebro (Cerebrum)* — *Nunc* — *Adlegauerunt* — *Esse* — *Adque* — *Negasne* — *Siquid* — *Quem tibi* — *Modo detulit* — *Ve* — *Age* — *Furos* — *Abhoc* — *Consulto* — *Dubito* — *Adprętorem* — *Qui si* — *Amicos* — *Censeant*

*agtu* — *Estne* — *Quid* — *Vtinam* — *Cras* — *Abscedas* — *Factus* — *Dormitat* — *Factum* — *Cras* — *Intro* — *Nostros* — *Siquid* — *Plumbeas* — *Quando* — *Vtperderemus*

*xspecto* — *Lenonem* — *Is me* — *Seruire* — *Attat* — *Habeat*

*atis* — 833. *Verberatum* — *Omnia* — *Tenebre* — *Ibi* — *Cubitum* — *Omnia* — *Illi* — *Etautem* — *Fieri* — *Seruos* — *Male disperit* — *Frugi* — *Nunc* — *Erus* — *Lepidam* — *Venerem* — *Nunc* — *Vocat* — *Onere* — *Vbi uoles* — *Operam* — *Tu corium* — *Malus sum* — *At tu* — *Saluos* — *Quem nam* — *Quem ament* — *Lepidū* — *Manu festo* — *refero* — *Me* — *Meum erum* — *Idest* — *Memorandum* — *Quo dedis* — *Gratiis* — *Vt ego* — *Sine* — *Nolito* — *Erunt* — *Verum* — *Quidiam* — *Tacitus* — *Animum* — *Crede* — *Scintu* — *Propter* — *Doctum* — *Meus* — *Siquid* — *Metuo* — *Pari lem* — *Mortali* — *Numquam* — *Nisi* — *Id esse* — *Sed tu* — *Loquere* — *Volet* — *Facile* — *Quia* — *Eodem* — *Quia* — *Duo deuiginti* — *Duo deuiginti* — *Etille* — *Alébat* — *Nam* — *Sex ennis* — *Cum hic* — *Omnia* — *Liberali* — *Rediget* — *Calcem* — *Hunc* — *Ita* — *Vttibi* — *Cura* — *Atenim* — 925. *Id negotium* — *Consulendum* — *Inseruiendum est* — *Qui* — *Nunc*

950. *Deos* — *Huc* — *Repperire* — *Et fratris* — *Eum fecisse* — *Hic* — *Mecum* — *Hos*

*intu* — *Surrupticias* — *Eas* — *Popularis* — *Pro* — *Hominum* — *Vt mihi* — *Testis* — *Quin tu insistis* — *Incipere* — *Illec* — *Circumductus* — *Seruos* — *Viden* — *Non* — *Auribus* — *Punice pergam* — *Quid* — *Nam* — *Pro* — *Perire* — *Aïs* — *Hunc* — *Est denus* — *Quid uelit* — *Sit ne* — *Annon* — *Hannonem* — *uo* — *Nescio* — *Auo* — *Istuc* — *Buccam* — *Esse nolo* — *Sic* — *Opus* — *Aut quid* — *Muiulechianna* — *Inpompam* — *Quid nunc* — *Nunc orat* — *Is sam* — *Milphio* — *Quidem* — *Nequid* — *Muphonnium* — 1030. *Seruum* — *Peregrinum* — *Hominem* — *Captatum* — *Maledicta* — *Huic* —

*Cartagini — Salue — Dic — Verum — Quero — Ec quem — Si quidem — Tu quaeris — Me esse — Agedum — Hospes — Ergo — Hospitium — Di — Cartagini — Surruptus — Me — Sed — Parentum — Memorandum — Amsigura — Matrem — Quod — Pater — Cum suum — Sed si — Ludenti — Audi atque — Item — Bene — Paterna — Que — Suam — Et si — Festiuum — Tua est — Vt uoles — Inimico — Huius — Sapienter — Ei — Efflictim — Amatio — Hic illi — Consilium — Filias — Manu — Impellegis — Cum — Assimulas — Vellem — Est olli dum — Facilius — Sed — Haud — Venusta — Formam — Videre Meae — Heus — Qui illam*

*uis — Mouistin — Ego — Mearum — Ecce — Perduxit — Insperastis sume — Mirari — Ancillam — Apud — Aphrodisia — Sibi — Adest — Tua — Tempore — Indignum — Bene — Quidilli — Hec autem — Que ea — Tu — Fac — Doctissime — Patruo — Ego — Codicem — Audin — Despondeas — Spondeo — Nunc — Tuas — Quid — p̃ biterta — Ego — Ipsas — Scin — Opinor — Et seuerum — Pol — Intro*

*uit* — 1179. *Arabius — Sordere — clientarum — Certo — Pacisque — Habite — Aliis — Vtpol* — 1191. *Omnia — Tace — Soror — Puchritudine — Videre — O patrue — Gnate quiduis — Istuc — Vtsapit* — 1203. *Multa — Placent — Inextis — Dixit — Domino — Faxint — Patruelis — Soror — Clamabas — Vult — Amicus — Mea — Amittia — Multa — Gaudio — Libertatique — Ita me — Illam — Verba — Certo — Hercle — Sitiunt — Inlisos — Hanc — Iam — Ite — Te — Quidem — Moramini — Quid — Etiam — Dato — Canem — Quid nos — Vos — Rogato — Atque* — 1245. *Et predicabo — Huius — Surruptas — Quin — Sit — Mulieres — Euenire — Eas — Decorantque — Huiusce — Ita di — Nobis — Ambe — Post ea — Hac — Credatis — Apud — Mihi — Littera — Brachialem — Tandem — Cur — Nihil — Vobis — Adfecistis — Mi — Habeas — Et dotis*

*iego — Me — Adduxit — Vbi — Parte — Tetigero — Sed — Iam pol — Ita — Cortinam — Voluptas — Auferat — Ego — Sed* — 1304. *Sed — Dico — Adulescens — Digito — Ligula — Aut — Sementium — Alu ulpicique — Male — Cur non — Esse — Iste istinc — Dixi — Anto monedes — Noster — Ita — Siquidem — Obtigit — Credo — Eccum — Est et — Auri — Intus — Iniuriarum*

*ecipitur — Narrat — Vt me — Obsecro — Voco — Ingenuasque — Iam — Istas — Inluseas — Proferto — Multis — Minimam — Colorem — Numquid — Mulieres — Haud — Arabonem — Haud — Pretore — Trecentos — Tantisper — Sequere — Huius — Malum — Condimentum*

*am — Memirere — Suas — Tetigit — Carthaginenses — Semper — Ve — Qui — At — Nouelle — Auri — Rapacem — Quinorunt — Et hunc — Vt bonos — Iam — Eas — Reddam — Nihil — Egomet — Heus — Vtinam — Di — Aurum — Quid — Si — Quantum — Nipater — Ausculta — Hoc age — Non — Leno — Iam — Siquid — Iduti — Ita — Leno — Vin — Nescias — Dabo — Facto — Vero — Nam — Dum — Faciam*

Cum C autem prorsus consentit D, a leviusculis quibusdam rebus si discesseris, quas adnotare taedet.

Restat ut addamus quae corrigenda vel supplenda esse videntur.*)

De prologo cf. praeter eos quos commemoravimus cf. Martins, Quaest. Pl., ed. Halis a. 1879 p. 12 sq.; Schuethii et Langrehrii libelli supra commemorati.

In Prologi v. 43 veteris codicis scripturam *scribilitae* ab editoribus non paucis olim receptam nunc improbare solent. Quod contra nos probam veramque eandem esse censemus. Tot enim testimoniorum libro illi optimo accedit auctoritas, ut librariorum merum vel errorem vel usum vulgarem agnoscere vix possimus. En habes, quae collegimus:

Afranii v. 161 sq. (p. 184 sq. ed. Ribb.[2]): *pistóri nubat? cúr non scriblitário, Vt míttat fratris fílio lucúnculos?* Nonii, qui versus attulit, codd. W et Parisiensis P *scribilitario*, quod recipiendum cum L. Muellero de re m. p. 359.

Martialis III 17, 1: *circumlata diu mensis scriblita secundis***) *Urebat nimio saeua calore manus.* Ibi antiqui codices paene omnes *scribitita* = *scribilita*, cum alterius familiae memoria (cf. Schneidewinus Anal. p. 699) sit *inscripta.*

Petronius c. 35 (p. 38, 1 Buech. ed. maior.):
*sciribillita* cod. Traguriensis.

Idem c. 66 p. 78, 19 *sciribilita* idem.
ibidem 20 *sciribilita* idem.

Videtur etiam e glossariis simile quid peti posse. In ex-

*) Nullis machinis efficere potui, ut erratis prorsus vacaret Stichi quae nuper prodiit editio. Leviusculos errores, qui legentes non impediunt, corrigere nolo: graviora quaedam quae et ipse inveni et alii investigaverunt hoc loco emendanda esse censui. V. 311 adn. ante ANPEDES *et* intercidit; neque enim desunt verba *an cubiti*; v. 440 adn. scribe: *Sic A, nisi quod* AUT *et* IBOATQ:; v. 62 A habet QUICQ:; v. 418 pro *reliqui cum A* lege *reliqui praeter A*; A enim HASCE recte habet; v. 587 in B codicis lectione *mihi* post *egomet* errore omissum est; v. 192 scr. *cenassit CD*, non *BD*; 639 *intus mihi iam FZ*, non *DFZ*. Haec omnia facile corrigi potuerunt. Multo magis doleo quod p. X praefationis διασκευάσεως formam reliqui, quamvis ipse Ritschelius in praef. Pseuduli correxisset. Horum igitur erratorum veniam peto, nec indignabor, si ab aliis castigabor. G. G.

**) Inter mensae secundae bellaria scriblitam vel scribilitum (cf. infra) exhibent glossaria bilinguia.

cerptis enim Stephani (p. 275, 10 ed. Vulcan.) inter bellaria exstat *subitillus*: *ἔνθυτος*, ubi scribendum putamus *scribilitus*: *ἔγχυτος* collatis Philoxeno p. 193, 58 *scriblita*: *ἔγχυτον, πλακοῦς* et Boucherii (Notices et Extr. 23, 2 p. 411) glossa *εγχυτους sibitillus*. Ceterum idem lemma alii codicis tradunt *sinitillus* (Amplonianus Loewii) et *simitillus* (Leidensis a Boucherio excitatus). Quam glossam etiamsi obscuriorem esse facile quispiam concesserit, reliquorum tamen locorum consensus facit ut de forma non dubitemus. At numeris repudiari eandem dicit Ribbeckius ad Afranii fragmentum. Repudiatur sane, si *i* primam productam esse statuimus: at quis quaeso ostendit verum esse Turnebi veriloquium Adv. XXIII 10: '*scriblita* ex eo fortasse appellata est, quod qui eam fingit tanquam scribit: aut quod esset notis quibusdam signata et tanquam scripta videretur'? Etymon cum ignoretur ex poetarum, ubi tradita est vox, omnium codicibus optimis concludimus *scrĭbĭlīta* formam, quae metro nusquam repugnat, praeter contractam *scrĭblīta* in usu fuisse.

Testimoniis adde hoc: V. 349. Festus Pauli in media glossarum Plautinarum serie p. 28, 14 hanc exhibet: *amiculum genus est uestimenti, a circumiectu dictum*, quae aut ad Cistell. I 1, 117 (*amiculum hoc sustolle saltem*) aut ad hunc locum spectare videtur.

V. 53 sq. tales esse vult Schoellius noster exempli causa:

Carchédonius uocatur haec comoedia
Graecé: Menander scripsit, postid Poenulum
Latíne Plautus fecit Pultiphagonides.

V. 191 idem *sat* ante *scio* inserit. 274 idem *Quoius ego oeno nebulae*. V. 496 revocanda est librorum scriptura: *Malam crucem ibo*. V. 824 *Quoi homini erust monstri consimilis* Schoellius. V. 835 *quasi in popina bibitur estur, hau secus* idem. V. 1075 *Apprende si audes* idem. V. 1248:

*Vbi sunt eae aut quas ⟨obsecro turbas litesque concis?*
*Heu edepol, quam miserae sumus.⟩ Satis* c. q. s.

idem. V. 1265 *primulum me gnouit* idem. V. 1295 *hoc hodie* idem. V. 1337 ad *induci* confert Schoellius *inductores* Asinariae v. 551. Denique v. 1130 comma delendum.

Dabamus Ienae et Gottingae mens. Dec. a. 1883.

**G. G. G. L.**

T · MACCI · PLAVTI

# P O E N V L V S

(PATRVOS)

GRAECA · CARCHEDONIOS

# ARGVMENTVM

Puer séptuennis súrripitur Carthágine.
Ossór mulierum ibi émptum adoptat húnc senex
Et fácit heredem. item éius cognataé duae
Nutríxque earum ráptae. mercatúr Lycus
Vexátque amantem. at ílle cum auro uílicum 5
Lenóni obtrudit ét ita eum furto álligat.
Venit Hánno Poenus, gnátum hunc fratris répperit
Suásque adgnoscit quás perdiderat fílias.

---

*Argumentum* ARGVMENTVM IN PENVLVM PLAVTI *BD: om. C duorum versuum spatio relicto* 1. *Cf. prol. v. 66* uer *cum spat. C.* Per *F* septennis *Guyetus* subripitur *F.* surpitur *Bothius* carthaginem *DZ* 2. *Cf. v. 74 sq.* Ossor *CDZ.* Osor *BF* mulierum ibi *Ritschelius.* mulierũi *B.* mulierum *reliqui* emtum *D* adoptat *ex* adocat *B* adoptat hunc emptum *Pylades, Muellerus Pros. Pl. p. 499.* hunc emptum adoptat sibi *Geppertus* 3. item eius *Ritschelius, Muellerus Pros. Pl. p. 499.* eius *libri.* eius pueri *Pylades.* illius *Pareus*[3]. eiusce *Geppertus* cognatę duę *C* 4. Nutrix que *B* rapte *C* mercatur *Angelius.* mercatus *libri* 5. Orbatque *initio Pareus, ut fieret* Poenolus amantem *inter scribendum ex* amentem *corr. D* uillicum *FZ constanter* 6. et ita eum *Ritschelius.* itae eum *B.* itaeũ//// *D*[2] *ex* itaei, in *ut vid. er.* ita eum *reliqui.* itaque eum *Geppertus, Muellerus Pros. Pl. p. 534, qui* atque ita eum *vel* illum alligat *ibidem proponit.* inde eum *Pylades* frurto *C* 7. hanc *B* repperis *B* 8. Vasque *B* adgnoscit *(gn ex no corr.) C.* adcognoscit *B.* agnoscit *F*

---

# PERSONAE

AGORASTOCLES ADVLESCENS
MILPHIO SERVOS
ADELPHASIVM MERETRIX
ANTERASTYLIS MERETRIX
LYCVS LENO
ANTAMOENIDES MILES
ADVOCATI
COLLABISCVS VILICVS
SYNCERASTVS SERVOS
HANNO POENVS
GIDDENEME NVTRIX
PVER

# PROLOGVS

Achíllem Aristarchi míhi commentarí lubet:
Inde míhi principium cápiam ex ea tragoédia.
'Siléteque et tacéte atque animum aduórtite:
Audíre iubet uos ímperator' hístricus,
(Bonóque ut animo sédeant in subsélliis, 5
Et qui ésurientes ét qui saturi uénerint.
Qui edístis, multo fécistis sapiéntius:
Qui nón edistis, sáturi fite fábulis.
Nam quoí paratumst quód edit, nostra grátia
Nimiást stultitia séssum inpransum incédere.) 10

---

*Prologum Poenuli 'a balbutiente potius quam latine loquente homine scriptum' aliqua ex parte disceptavit Ritschelius Parerg. Plaut. p. 204 sqq., 'Plautinum etsi non Plauti' Lipsius dicit de amphith. c. 15: priorem partem imitatori tribuit Liebigius de prol. Ter. et Plaut. p. 36: sannione dignissimum et Plauto recentiorem dicit Franckenus Mnemos. vol. IV (a. 1876) p. 174 De explicandis v. 1—45 cf. Benndorfius Diurn. gymnas. austr. vol. 26 (a. 1875) p. 1—29, 33 sq., Sommerbrodtius Mus. Rhen. vol. 31 (a. 1876) p. 129—131* 1. Prologus *om. C, uno v. vacuo* chillem *cum spat. init. C* Achille mar istarchi *B.* Achilem Aristarchi *Muretus Var. lect. XVII 14* mihi imitari *Mureti alterum 'vet. exemplar'* 2. *Versum delet Guyetus* Indemihi *D* eat ragoedia *B* 3. *Enni verba hic et v. 11 insigniverunt Ribbeckius Trag. lat. rel.*[2] *p. 16 et Vahlenus Enn. poesis reliqu. p. 94* Silete que *B* 4. Audireiubet *D* lubet *B* uos iubet *Guyetus* hystricus *BCD (y planiorem reddidit D*[4]*)* *V. 5—10, quos post v. 16 collocat Geppertus, alius esse recensionis videntur: cf. Hasperus de Poen. dupl. exitu p. 304 (28)* 5. Bono que *B* sedeate *BC.* sedea///te, q' *er., D* insubselliis *C* 6. Etqui esurientes *D*[4]. Et qui esu plentes *C.* Etquiesuplentes *D*[1]. Etquie suplentes *B* qui *B, Pylades. om. reliqui* 7. edisti *B* sapiencius *B* 8. saturifice *(ri s. v.) B* fitefabulis *D* *Lusum verborum quaerit in* saturi — fabulis *Loewius Anal. Pl. p. 206* 9. Num *B* cui *libri* paratum st quod edit *D*[4]. paratum si quo dedit *D*[1]. paratum si quo dedit *BC.* paratum si quod edat *Z.* paratum est quod edat *F* gracia *B* 10. nimia *(alt. i planiorem redd. D*[4]*)* est *libri* stulticia *B.* stultia *CD* sesum *C* īprasum *C* cedere *Scaliger*

'Exsúrge, praeco, fác populo audiéntiam'.
Iam dúdum exspecto, sí tuom officiúm scias.
Exérce uocem, quám per uiuisque ét colis:
Nam nísi clamabis, tácitum te obrepét fames.
Age núnc reside, dúplicem ut mercedém feras. 15
Bonum fáctumst, edicta út bene seruetís mea.
Scortum éxoletum né quod in proscaénio
Sedeát, neu lictor uérbum aut uirgae múttiant,
Neu díssignator praéter os obámbulet,
Neu séssum ducat, dum hístrio in scaená siet. 20
Diu quí domi otiósi dormierúnt, decet
Animo aéquo nunc stent uél dormire témperent.
Seruí ne obsideant, líberis ut sít locus,
Vel aés pro capite dént. si id facere nón queunt,
Domum ábeant, uitent áncipiti infortúnio: 25
Ne et híc uarientur uírgis et lorís domi,

---

11. Exurge *C.* Exur ge *D* preco *BC* poplo *H. Stephanus* audienciam *B* 12. Iamdudum *D* expecto *C* si *(situum BC)* tuum *libri* officium *(prior* f *s. v.) D* 13. per uiuis que et *C.* peruiuisque et *B.* per *(s. v.)* uiuisque et *D.* peruiuis et *F (*per uiuis*) Z* cluis *Scaliger, Loewius Anal. Pl. p. 206.* uales *Geppertus* 14. Num *B* clamabis tacitum *Turnebus Advers. XIX 12, Scaliger.* clamabista titum *B.* clamabis statim *reliqui Versum delet Loewius Anal. Pl. p. 206* 15. utmercedem *B* 16. factum est *Pylades.* factum esse *libri.* hercle factum *Geppertus* bene *Ritschelius. om. libri* utseruetis *B* seruitis *ante corr. C.* serues *F* 17. ex oletum *B* neqd̄ in *F, Ritschelius Parerg. p. 211.* nequa pro *vel* nequa sub *idem ibidem.* ne quis in *BDZ (*nequis*), constructum ab Acidalio cum* Scortum exoletum *genetivis.* neque in *C.* ne quasi in *Geppertus* proscęnio *C (*inp-*) D.* proscenio *FZ De explicando v. cf. Benndorfius et Sommerbrodtius l. s. s.: praeterea anonymus Philol. ind. vol. 8 (a. 1877) p. 149 sq., A. Muellerus Philol. vol. 35 (a. 1876) p. 315 sqq.* 18. neu lictor *Camerarius.* neue lictor $D^1F$. niue lictor *C.* ni ue lictor *BZ.* niuelictor $D^1$ uerbo aut uirga mutiat *Acidalius: cui obsequeremur nisi aspera et insolita hic prologus tot alia prae se ferret* uirge *CD* mutiant *F* 19. dissignator *DFZ, Lipsius Ant. lect. II 19.* dis signator *B.* designator *C, Pylades* praeter os obambulet *D, Turnebus Advers. XIX 12* praeter os *ex membranis, Scioppius Susp. lect. I 15.* preterosobambulet *B.* preter os *(*s *ex* b*)* ob ambulet *C.* pręteriens obambulet *F (*pre-*) Z* 20. dum̄ dum *C* scena *libri* 21. otiosi domi qui dormierunt *Muellerus Pros. Pl. p. 171.* otiosi domi dormiuerunt *Geppertus* otio si *B.* ociosi *DFZ* 22. Aequo animo *Ritschelius dubitanter* nunc sient *F, Weisius* uel *deleto.* stent nunc *Ritschelius* uel] et *Lambinus* dormiẹn temperent *(sub priore* t *punctum er.) C* 23. Seruine *C* 24. procapite *C* 25. abeant *m. 4 ex* habeant *D*

Si mínus curassint, quóm eri reueniánt domum.
Nutríces pueros ínfantis minútulos
Domí procurent néue spectatum ádferant:
Ne et ípsae sitiant ét pueri peritént fame, 30
Neue ésurientes híc quasi haedi obuágiant.
Matrónae tacitae spéctent, tacitae rídeant:
Canóra hic uoce suá tinnire témperent,
Domúm sermones fábulandi cónferant:
Ne et híc uiris sint ét domi moléstiae. 35
Quodque ád ludorum cúratores áttinet,
Ne pálma detur quoíquam artifici iniúria,
Neue ámbitionis caúsa extrudantúr foras,
Quo déteriores ánteponantúr bonis.
Et hóc quoque etiam, quód paene oblitús fui: 40
Dum lúdi fiunt, ín popinam, pédisequi,
Inrúptionem fácite: nunc dum occásiost,
Nunc dúm scribilitae aestu aéstuant, occúrrite.

---

27. *Versum delet Guyetus* curasint *D.* cura sint *BC* cum heri reueniant *Bothius.* quom eri ueniant *B.* cum eri ueniant *CD et, nisi quod* heri, *Z.* tum reueniant *F.* cum ueniant heri *Pylades.* quando heri ueniant *Bothius olim* 28. minutulos *BD*[1]. minitulos *CD*[1]. miniculos *Z.* minutilos *F* 29. procurent *Pylades.* ut procurent *libri* neue *Pylades.* neuque *CFZ.* neu que *D.* neu quae *B.* ne quom *Geppertus.* ut quom . . . ne *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1873) p. 112* afferant *FZ.* adferat *B.* afferat *CD* 30. Ne *del. Geppertus* ipsę *C.* ipse *D* siciant *D* peritent *membranae Turnebi Advers. XIX 12, Ritschelius.* pertant *B.* pereant *CDFZ* Ne et ipsa sitiat et puer pereat *Buechelerus teste Brugmano p. 42* adferat *v. 29 defendens* 31. aedi *BCDZ (ędie).* hedi *F* obuiant *C* 32. Matrone *D* tacitę spectent *C* tacite *C* rediant *B.* redeant *C.* reddeant *D* 33. Canora *DZ.* onara *cum spat. init. B.* Lanora *C.* Panora *F* uoce *om. C* sua tinnire] scaturire *F* 34. sermones] materiam *quendam proposuisse Ritschelius adnotat* 35. Neethic *B* iuris *Z* sintet *B* molestiae *(i s. v.) B.* molestię *C* 36. ad *om. B* 37. Nepalmadetur *D* quoi quam *B.* cuiquam *CDFZ* 38. Neue *BDFZ.* Niue *C.* Neiue *Ritschelius* extrudantur *ex* extruduntur *D.* extrudatur *F* 39. ante ponantur *BC.* anteponant *F* anteponantur, boni *Acidalius* 40. et iam *B* paene *B.* pene *reliqui* 41. du *D* inpopinam *C.* inpopina *F* pedi sequi *vel* pedisequi *B.* pedisęqui *D.* pedissequi *FZ* 42. occasio est *libri* 43. dum scriblitae aestu *Goetzius Ind. Ien. a. 1883 p. VII.* dum scribilitae *B: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 118 et praefatio nostra.* dum scriblitae *DF(-te)Z(-tę).* dum scriplitę *C.* dum scriblitae etiam *Muellerus Pros. Pl. p. 499.* dum streblitae *Iunius.* dum scribellitae *Scaliger.* scribilitae dum *Bothius* estuant *B.* exaestuant *Pareus* accurrite *Acidalius*

Haec, ímperata quaé sunt pro imperio hístrico,
Bonum hércle factum pró se quisque ut méminerit. 45
(Ad árgumentum núnc uicissatím uolo
Remigráre, ut aeque mécum sitis gnárures.
Eius núnc regiones, límites, confínia
Detérminabo: ei re égo finitor fáctus sum.)
Sed nísi molestumst, nómen dare uobís uolo 50
Comoédiai: sín odiost, dicám tamen,
Si quídem licebit pér illos quibus est ín manu.
Carchédonius uocátur haec comoédia
Graecé, latine Pátruos Pultiphagónidae.

---

46. Vicissatim *hinc excerpsit gloss. Pl.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 254* 48 sq. *Nonius p. 11, 23:* finitores dicebantur quos nunc agrimensores dicimus: dicti quod fines diuiderent. Plautus Poenulo: 'eius ... finitor'

---

44. Hec *B* imperata quae sunt *Camerarius.* quae *(quę C)* imperata sunt *libri.* quae sunt imperata *Pylades* *Neque* pro imperiod *neque* prod imperio *defendi posse dicit Ritschelius Nov. exc. p. 73, 98* histrico *(h s. v.) D.* hystrico *F* 45. prose *C* ut *om. F* utmeminerit *B* *V. 46—49 ex alia fabula huc illatos censet Dziatzko de prol. p. 31, ex priore Poenuli recensione resedisse Hasperus de Poen. dupl. exitu p. 304 (28)* 46. uicis satim *B.* uicis satim *C* 47. Remigare *B.* Migrare *Geppertus* *Nondum in argumento versatum esse prologum Muretus notavit Var. lect. XVII 14* ut aequi *DFZ.* aeque ut *Camerarius.* ne aeque *(et* ignarures*) Reuterus* sitis gnarures *membranae Turnebi Advers. XIX 12 coll. XVI 17, Bentleius.* siti signa rures *BCD*[1]. sitis ignari ires *D*[1]. sitis signatores *FZ.* sitis id gnarures *Reinius Quaest. Pl. p. 6. Transpositione usi* ut mecum sitis aeque ignarures *Guyetus,* ut aeque sitis mecum ignarures *G. Hermannus Diar. antiq. stud. a. 1835 p. 58* *V. 48—58 damnat Guyetus* 49. eius *Nonius* re*(ut genet.) Quicheratius.* rei *libri* finitor factus sum *Muretus l. s. s.* factus finitor *B.* sum factus finitor *reliqui, Nonius* ego finitor factus sum ei *Pareus* 50. Setnisimolestum *B* molestumst *F.* molestum si *BCD.* molestum sit *Z* nomen dare *Z.* non mendare *BCD.* cōmendare *F* uobis, o *ex* b *C* 51. Comoediai: sin odio est *Gruterus.* Comedi ais inodiosi *B.* Comediais inodiosi *C.* Comediais *(alt.* i *s. v.)* inodiosi *D*[1], *unde* Comediai sin odiosi *D*[1]. Comoediai sin odio sit *Z, ubi* Comoedias *Scutarius.* Comediam ni odio est *F.* Comoediae: sin odiost, ego *Brugmanus p. 42* 52. Siquidem *BCD* eos *Guyetus* inmanu *CD (estin-).* immanu *B (estim-)* quibus id in manust *Geppertus* 53. uocatur *C* Vocatur Carchedonius *Brugmanus p. 45* comedia *CDF.* comediae *B* 54. Graece, latine *Ritschelius Parerg. p. 205, Lomanus Spec. p. 56.* Latine platus *B (platus) CDF.* Latine plautus *Z: quod offensioni non fuit Bentleio in Phorm. prol. 26. Duorum versuum lacunam ante h. v. signavit Geppertus: cf. Reinhardtus Studemundi Stud. vol. 1 p. 110 sq.* patruus *libri.* πατρόθεν *Geppertus* Pultiphagonidae *Muretus Var. Lect. XVII 14, Gu-*

Nomén iam habetis: núnc rationes céteras 55
Accípite: nam arguméntum hoc hic censébitur.
Locus árgumento súos sibist proscaénium:
Vos iúratores éstis: quaeso operám date.
Carthágininienses frátres patruelés duo
Fuére summo génere et summis dítiis. 60
Eorum álter uiuit, álter est emórtuos.
Proptérea apud uos díco hoc confidéntius,
Quia míhi pollinctor díxit qui eum pollínxerat.
Sed illí seni, qui mórtuost, ei fílius
Vnícus qui fuerat, ábditiuos á patre, 65
Puer séptuennis súrripitur Carthágine,
Sexénnio priús quidem quam moritúr pater.
Quoniám periisse síbi uidet gnatum únicum,

---

63. *Fulgentius p. 560, 8 (p. VIII sq. ed. Lersch):* pollinctores dicti sunt qui funera morientium curant, unde et Plautus in Menaechmis comoedia ait: 'sicut pollinctor dixit qui eum pollinxerat'. Pollinctores dicti sunt quasi pollutorum unctores, id est cadauerum curatores 66. *Cf. arg. v. 1*

---

*lielmius Quaest. Plaut. Poen. cap. 1 (cf. prol. Merc. v. 6 et Mostell. v. 828).* pultiphagonides *libri (*pulti phagonides *B). Desudaverunt in hoc versu Camerarius, Lambinus, Turnebus Advers. XIX 12, Scaliger in Varr. de re r. p. 262 ed. Steph., Gruterus Suspicionum I 6, Franckenus Mnemos. vol. IV (a. 1876) p. 164, qui versum sic scribit:* Latine Patruus Plauto Pultiphagonidae *Cf. Schoellius Anal. Pl. p. 47* 55. nuc *C* rationes *B, membranae Turnebi Advers. XIX 12, Reuterus.* orationes *reliqui* ceteras, *prior* e *ex* a *C* 57. argumento suos sibist *Ritschelius Parerg. p. 210.* argumento st suum sibis *B et, nisi quod* argumentost *et* scibis, *CD.* argumentost suum sibi *FZ.* argumento censendist *(vel* iurandist*) Teuffelius Mus. Rhen. vol. 28 (a. 1873) p. 346, quem contra cf. Lorenzius Bursiani Annal. a. 1873 p. 424.* arbiterio suos sibist *Schoellius Anal. Pl. p. 45* pro scaenium *B.* proscenium *CDF* 58. iuuatores *F.* uiatores *Z* queso *C* datæ *D* 59. carchagunenses $D^1$. carthaginenses $D^1FZ$ 60. ditiis *Ritschelius, Geppertus.* diuitiis *libri (*diuiciis *D)* 61. alter est emortuus *CDF.* alter est mortuus *Z.* alter emortuus *B.* alter autem mortuost *Ritschelius dubitanter* 62. dico hoc *Ritschelius.* dico *libri* 63. *Cf. test.* mihi *s. v. D* pollinctor *Fulgentius.* pollictor *Z.* pollector *BCD.* pellector *F: cf. M. Warren Amer. Journ. IV 13* 64. qui *B, Saracenus.* cui *reliqui* mortuus est *libri* ei *Acidalius. om. libri* 65. fuerit *B* abditiuus *Gulielmius l. s. s.* abdiuitiis *BCD.* abductus *FZ.* olim abductus *Camerarius* appatre *(posterior* p *s. v.) C* 66. surpitur *Bothius* 67. Sexennio prius *Z.* Sexennio prius $D^1$. Sexenni opprius *B.* Sexenni ob prius *C.* Sexænni obprius $D^1$. Sex annos prius *F* equidem *Geppertus* 68. Quoniam] Qui *FZ* perisse *CF* is sibi *Ritschelius* uidens *F*

Conícitur ipse in mórbum ex aegritúdine,
Facit íllum heredem frátrem patruelém suom: 70
Ipse ábit ad Accherúntem sine uiático.
Ille quí surripuit púerum, Calydonem áuehit:
Vendít eum domino hic díuiti quoidám seni,
Cupiénti liberórum, osori múlierum.
Emit hóspitalem is fílium inprudéns senex 75
Puerum íllum eumque adóptat sibi pro fílio,
Eúmque heredem fécit, quom ipse obiít diem.
Is illíc adulescens hábitat in illisce aédibus.
(Reuórtor rursus dénuo Carthíginem,
Si quíd mandare uóltis aut curárier: 80
Argéntum nisi qui déderit, nugas égerit:
Verúm qui dederit, mágis maiores égerit.)
Sed húius illi pátruo, qui uiuít senex,
Carthíginiensi duaé fuere fíliae:

---

69. Coniicitur *FZ* inmorbum *C*. improbum *B* ex egritudine (ęgritudine *B*) *BCD* 70. suum *libri* 71. abit *Lachmannus*. abiit *BD (uterque post correctionem) FZ, Bentleius* (ad *delens*). habiit *B (ante corr.) CD (ante corr.)* acheruntem *B*. acherontem *reliqui*. *De prosodia cf. post Hermannum in Eur. Hec. v. 1 Fleckeisenum Exerc. p. 35, Spengelium Plaut. p. 70, Hasperum l. s. s., Muellerum Pros. Pl. p. 382* sineuiatico *D* 72. sur ripuit *D*. subripuit *F* 73. domino] demum *F* quoidam *B*. cuidam *reliqui* 74. mulierem *BCD*

*Post hunc versum suspiceris fere haec intercidisse:* Hospes paternus qui fuit pueri patri. *Alioquin mirum est* hospitalem *v. 75. Cf. v. 118 sqq.* 75. in prudens *B* 76. Puerumque adoptat illum *Ritschelius* profilio *C* 77. Eum que *B* hęredem *Z* quom *B*. cum *reliqui* 78. I//s *(in rasura fuit* I) *B* aduleṇscens *C* habet *Bothius* inillis cae cae diebus *B*. inillis ce ędibus *C*. inillis ce hedibus *D*. hisce in aedibus *Geppertus: at cf. Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 28*

*V. 79—82 expungendos dixit Visseringus Quaest. Pl. I p. 106. 'Et factos esse ad similitudinem versuum qui sunt in prologo Menaechmon 51—55, non intrusos in Menaechmos e Poenulo argumento est v. 83 positum* Sed' *Ritschelius* 79. Reuertor *libri* rursum *Ritschelius Opusc. vol. II p. 260 Sic interpunxit Schoellius: vulgo gravius post* Carthaginem *distinguunt* 80. Si quid *FZ*. Si quit *D*. Siquit *BC* mandare *Saracenus*. amandare *BCDZ*. demandare *F* 81. dederit *ex* dederat *D* 82. maioris *DZ* egerit *Pylades*. nugas egerit *libri ut in prologo Menaechmon v. 55* 83. huius illi patruo *Ritschelius*. illi patruo huius *libri, nisi quod* huiꝰ *B: ubi* huiusce *Reizius, Geppertus, Brandtius de gen. p. 61 adversante Schmidtio de demonstr. pron. form. p. 54* 84. Carthaginiensi *B*. carthaginensi *reliqui* duę *C* fuere] filere *B* filię *C*

Altéra quinquennis, áltera quadrímula. 85
Quom nútrice una périere eae Magáribus.
Eas quí surripuit, ín Anactorium déuehit:
Vendít eas omnis, ét nutricem et uírgines,
Praesénti ibi argento hómini, si lenóst homo,
Quantum hóminum terra sústinet sacérrumo. 90
Vosmét nunc facite cóniecturam céterum,
Quid íd sit hominis, quoí Lyco nomén siet.
Is éx Anactorio, úbi prius habitáuerat,
Huc ín Calydonem cómmigrauit haú diu

---

88 sqq. *Nonius p. 397, 19:* sacrum etiam scelestum et detestabile... Plautus Poenulo: 'uendit... sacerrimo'

---

85. quadrimula *(1 s. v.) B* altera erat quadrimula *Ritschelius.* quasi quadrimula altera *Lachmannus. idem vel* altra quasi quadrimula *Muellerus Pros. Pl. p. 4, improbante Luchsio Studemundi Stud. vol. I p. 59*

86. Quom *B.* cum *reliqui* periere eae Magaribus. ‖ Eas *Ritschelius.* periere a magaribus. Eas *BCDF.* periere. a megaribus Eas *Z.* periere a magalibus. Eas *Camerarius.* periere. a Magalibus Eas *Bothius.* perierunt. a Megaribus Eas *Kampmannus de AB praepos. p. 9.* periere illae. a Megaribus Eas *Hermannus in Iahni Annal. vol. 35 (a. 1842) p. 102.* 'Magalia *partem exteriorem Carthaginis dixit Cornelius Nepos secundum* [*grammaticum quendum apud*] *Servium in Aen. I 368: quae pars τὰ Μέγαρα est Appiano Pun. VIII 117 et 118. Quo minus ausim in* Magaribus *formam severius consulere: praesertim cum* 'magalia dicta quasi magaria' *Isidorus Orig. XV 12 testetur. Quod si fidem habet consentaneum est longam vocalem quae est in* magalia, *cadere etiam in* Magaribus *nomen' Ritschelius* 87. quisur ripuit *D.* qui subripuit *F* inanactorium *C.* in anaotorium *B* dehit $D^1$. deuehit $D^2$. de uehit *B* 88. Vendit eas omnis *Ritschelius.* Vendite asomnis *B.* Vendite a somnis $D^1C$. Vendit ea somnis $D^4$. Vendit eas crinis *Nonius.* Venditque has omnis *FZ, Hermannus Elem. p. 191.* Venditque eas omnis *Mercerus, Geppertus* et nutricem] enutricem *CD* uirgines *(r e corr., fort. ex g) C.* uirginis *Nonius* 89. Praesenti ibi *Muellerus Pros. Pl. p. 501.* Presenti *e Nonio F.* Ppresaens *B.* Pręsens *CZ.* Praesens *D.* argentod *Guyetus: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 73* homoni *dubitanter Ritschelius l. modo comm.* si leno est homo *Nonius.* sileno est homo *B (*hominisi-*) CD (*si leno $D^4$*).* lyco est homo *F (*lico*) Z* 90. terras *Nonius* sacerrimo *Nonius.* sacerrumus *F* 91. Vos met *C* cęterum *Z* 92. homines *BCD* cui *libri* lico *CD* 93. exanactorio *B* habitab-uerat *B* 94. Huc in Calydonem commigrauit *Pylades.* Huc commigrauit *(*Huccom migrauit *D)* in calydone *(*calidone *DF*, incalidone *C) libri.* Huc quom in Calydonem commigrauit *Muellerus Pros. Pl. p. 307* haudiu *BC (post alt.* u *2 litt. sp.) D.* haud diu *Z.* haud *F.* haud diu est *Geppertus, Muellerus l. s. s.*

Sui quaésti causa. is ín illis habitat aédibus. 95
Earum híc adulescens álteram efflictím perit
Suam síbi cognatam inprúdens, neque scit quaé siet,
Neque eam úmquam tetigit: íta eum leno mácerat:
[Neque quícquam quom ea fécit etiamnúm stupri,
Neque dúxit umquam: néque ille uoluit míttere:] 100
Quia amáre cernit, tángere hominem uólt bolo.
Illám minorem in cóncubinatúm sibi
Volt émere miles quídam, qui illam déperit.
Sed páter illarum Poénus posquam eas pérdidit,
Maríque terraque úsque quaque quaéritat. 105
Vbi quámque in urbem is ést ingressus, ílico
Omnés meretrices, úbi quisque habitant, ínuenit:
Dat aúrum, ducit nóctem: rogitat póstibi,

---

96. *Nonius p. 104, 21:* efflictim uehementer. Plautus Poenulo: 'earum...perit'. Efflictim *hinc excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Opusc. vol. II p. 243*

---

95. Sui] nisi *F* quęsti *B.* questi *CD* inillis *BC.* in illisce *Ritschelius, Muellerus Nachtr. p. 130: at cf. Schmidtius de demonstr. form. p. 70* habitata edibus *B.* habitat edibus *C.* habitat hedibus *D* 96. adulescens (sc *ex* n) *C.* adolescens *D* efflic timperit *D* efflictum *C* 97. imprudens *FZ* scit quae siet *Bothius.* scit quae sit *FZ.* sitq; aesit *B, unde fortasse* scit quae ea siet *elicias cum Acidalio.* scit quae ea sit *Bentleius.* sit que sit *D.* quę sit *C* 98. eum *Z* tetigit//////////ita (t *in* git *in lit.) B* *V. 99—100 additicios esse Guyetus vidit* 99. quic quam *B* quom ea *B.* quomea *D.* quo mea *C.* cum ea *FZ* fecit *ex* fitit *D.* fetit *ut vid. C* etiamnum stupri *Z.* etiam nunstupri *B.* etiam non stupri *CD.* etiam nunc stupri *F* 100. uolut *C* 101. Qui *F.* quia (i *s. v.) D* uolt bolo *Camerarius.* uolibolo *BC.* uoliblo *D.* uolt leno *F* (uult) *Z* 102. incon cubinatum *B.* inconcubinatam *CD, Camerarius.* in concubinatam *Z.* in concubinam *F* 103. Vult *F* Vol temere *C* quidam (a *ex* e) *D* peperit *BCD* 104. illarum poenus *FZ.* illi (*sequitur spat. circ. 5 litt.)* impoenus *B.* illi inpoenus *C.* illi inpenus *D* posquam *Ritschelius Opusc. vol. II p. 549.* pes quam *BCD.* postquam *FZ* eas perdidit *FZ.* meas perdedit *BCD*². meas perdedet *D*¹. perdidit *Geppertus* 105. Marique terraque *Camerarius.* mari terra *Z.* marite *BC et cum lacuna post eam vocem D.* minute *F.* Mari terraque eas *Geppertus* usquę *B.* cusque *dubitanter Bergkius Beitr. p. 119* quaq; , ; *in lit. B* queritat *BCD* 106. Vbiquomque *Spengelius Plaut. p. 195* inurbem *C* is *Pylades. om. libri* Vti quamque est in urbem ingressus '*in uno e suis*' *Muretus Var. lect. XVII 14* indugressus *Lachmannus* 107. habitat *Scaliger* conuenit *Muellerus Pros. Pl. p. 499 adn.* 108. ducit (cit *e corr.) D* aurum. ducat noctem rogat *Z: ubi* dicant '*prisca exemplaria*' *Pii.* aurum: ductat noctem: rogitat *Muretus* '*e suis*'.

Vnde sít, quoiatis, cáptane an surrúpta sit,
Quo génere gnata, quí parentes fúerint. 110
Ita dócte atque astu fílias quaerít suas.
Et is ómnis linguas scít: sed dissimulát sciens
Se scíre. Poenus plánest: quid uerbís opust?
Is heri húc in portum náui uenit uésperi.
Pater hárunc idem huic pátruos adulescéntulost. 115
Iamne hóc tenetis? sí tenetis, dúcite:
Caue dírumpatis: quaéso sinite tránsigi.
[Ehem, paéne oblitus súm relicuom dícere.
Ille quí adoptauit húnc pro filió sibi
Is ílli Poeno, huiús patri, hospés fuit.] 120

114. *Charisius p. 223, 19:* uesperi Plautus in Poenulo: 'in portum ... uesperi'

aurum, ducat noctem rogitat, *Pylades.* aurum, ducit, noctem rogat, *Camerarius.* aurum, noctem rogitat, ducit *vel potius (ut ait) hac interpunctione:* aurum, ducit noctem: rogitat *Acidalius.* aurum, ducit, docte rogitat *vel potius* aurum, ducat noctem. rogitat *(h. e.* dat ut ducat*) Balbachius Obs. crit. p. 37 sqq.* postibi *D ut vid.* post ibi *B.* post ubi *reliqui*
109. cuiatis *Z.* quo latis *B.* quolatis *CD.* quo lata sit *F* captaneant *BCD* subrupta *F* 110. fuuerint *Turnebus Advers. XIX 12*
111. quęrit *BC* suas *ex* suus *inter scribendum corr. D* 112. set *B*
113. plane est *libri* uerbis opu st *D.* uerbisopust *C.* uerbis opus st *B.* uerbis opus est *F* 114. inportum *C* inportuna uis uenit uesperi *Charisius* uespere *libri Plautini* 115. haruncidem *B.* harum idem *FZ* patruus adulescentulo est *libri* 116. Iam ne hoc *C.* Iam nehoc *B* sitenetis *BC.* si /// tenetis, d *er. D* 117. caue] ne *Z* dirum patis *B* queso *BCD*[3]. quoso *D*[1] *Post hunc v. Bothius conlocavit v. 121. 126*
*V. 118—128 delendos esse (v. 118. 119 cum Weisio) censet Muellerus Pros. Pl. p. 508 V. 118—120 inconditos et sententiarum nexum turbantes delevimus: videntur ad eam rem spectare quae v. 75 commemoratur* 118. hem *FZ* pene *libri* oblitusum *D* reliquum *(ex* reliquom *D) libri.* relicuom sum *Geppertus* 119. pro filio hunc adoptauit sibi *Ritschelius.* qui adoptauit hunc sibi pro filio *Bothius, Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 54* 120. Is *om. Z* huiusce *Camerarius, Geppertus: at cf. Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 55.* olim huius *Pylades* patris *ante ras. C* patruo *FZ, Lomanus p. 57: cf. v. 75* hospes *(*hos p *in ras.) C.* fospes *Schenkelius Plaut. Stud. p. 615 (9)*
*V. 121—129 dubitari non posse videtur quin e duplici recensione sint qualem distinguere Ritschelio inprimis duce supra conati sumus: qui in libris sic se excipiunt: 121. 122. 127. 124. 125. 123. 126. 128. Similem viam ingressus Hasperus l. s. s. p. 304 v. 121. 122. 127 = 124. 125. 123. 126. 128 esse voluit, cum Seyffertus duplicem recensionem talem distinguat Stud. Pl. p. 11: 121. 122. 127. 128 = 124. 125. 126. 123. E quibus versibus transponendo servandoque nihil effecit Acidalius:*

Is hódie huc ueniet réperietque hic fílias
Et húnc sui fratris fílium ut quidem dídici ego.
Valéte: adeste. ibo: álius nunc fierí uolo.
(Huc qui hódie ueniet, réperiet suas fílias
Et húnc sui fratris fílium. dehinc céterum 125
Quod réstat, restant álii qui faciánt palam.
Ego íbo, ornabor: uós aequo animo nóscite.
Valéte atque adiuuáte ut uos seruét salus.)

---

*pro insiticiis 123. 124. 125. 126. 127 Guyetus habuit similiterque a verbis* ut quidem didici ego *ad* fratris filium *omnia expellenda esse Visseringius p. 106 (sic:* 122. Et hunc sui fratris filium. Dehinc ceterum ‖ Valete . . . . ‖ Quod restat . . . . ‖ Valete atque*): denique Geppertus deletis v. 121 et 122 reliquos sic disponit: 124. 125. 126. 127. 123. 128* 121. Is *(h. e. Poenus) post v. 120 merito offensioni fuit Rostio Opusc. p. 307 sq.* repperietque *BCD* 122. quidem didici ego *BCD.* quidem didici *FZ.* didici quidem *et his continuans v. 118 Bothius* 123. fieri nunc *Acidalius* 124. Huc *Ritschelius, Geppertus.* Hic *libri* repperiet *BCD* 125. suis *D* filum *Z* de hinc *BC* cęterum *CDZ* . *V. 126 et 128 bis scriptos exhibet D, et folii 199*[v] *in fine et in principio folii 200*[r]. 126. restat] restant *CD* restant *om. FZ* alii qui *Camerarius.* aliqui *BCD.* alii *FZ* facient *F* palam *ex* palum *D priore loco* 127. Ego ibo *D non correctus, Acidalius.* Ego ibi *reliqui libri (D correctus)* aequos animos *B.* aequo animo *C (ęquo) D (-mo ex -me, quod ex -mi factum) FZ* 128. adque *D priore loco.* itaque *Lachmannus* ad iuuate *B* utuos *B* salus Ad gora stodes Melphio *B.* salus Adgorastocles Milphio *(*Milpio *D) CD*

---

# ACTVS I

## AGORASTOCLES. MILPHIO

AGORASTOCLES

Saepe égo res multas tíbi mandaui, Mílphio,
Dubiás, egenas, ínopiosas cónsili, 130
Quas tú sapienter dócte et cordate ét cate
Mihi réddidisti opíparas ope operá tua.
Quibus pró benefactis fáteor deberí tibi
Et líbertatem et múltas gratas grátias.

MILPHIO

Scitúmst, per tempus si óbuiamst, uerbúm uetus. 135
Nam tuaé blanditiae míhi sunt, quod dicí solet,
Gerraé germanae hercle ét collyrae escáriae.

---

*Actus I sc. 1* ADGORASTOCLES. ADOL·E·SCENS. MILPHIO SERVVS· *B.* adgorastocles adut milphio Seruus *D, ubi* adut *et* Seruus *D² addidit. om. C (1 v. vac.)* *De personarum notis cf. praef.* 129. AG *B.* A$^{d}$g *D: om. reliqui* Sepe *B D.* epe *cum spat. C* res *om. B* 130. consilii *libri* 131. tusapienter *D* 132. opiparas ope opera *Lachmannus ad Lucr. p. 80.* opiparas *(*oppiparas *CDZ)* opera *libri.* ope operaque opiparas *Ritschelius.* opiparas bona opera *Muellerus Pros. Pl. p. 499, sed ut praestare dicat coniecturam inter* reddidisti *et* opiparas *plura intercidisse* 133. bene factis *B C* 134. multas gratas gratias *Pius: cf. Landgrafius Acta sem. Erlang. II p. 48.* multas grates gracias *(*grãs *D) B C D, Brixius ad Trin. v. 821.* multas grandes gratias *Geppertus.* ultro grandem gratiam *Langenus p. 14* 135. *Pers. om. B C D* scitumst *F Z.* scitum si *B C D* per mul tempus *B ante ras.* si obuiam est *Turnèbus Adv. XV 6.* si obuiam *(*ob uiam *B)* si *B C D.* scio hoc iam est *F.* hoc iam est uerbum si *Z.* si obuiam is *Camerarius.* si obuiam it *Pistoris* uerbum est uetus *e 'vetere libro' suo Muretus Var. lect. XVII 17* Scitumst: per tempus mi obuiam it u. u. *Schneiderus de prov. Pl. Terentianisque p. 51 sq.* 136. blanditę *C.* blandicie *B* solent *F* 137. gerre *D Z* germanę *C* hercle et collyrae *Ritschelius,* escariae *vel simile quid post* collyrae *intercidisse suspicatus.* hae decollyrae lyre *B.* hę de col lirae lire *C.* hędecol lirę lirę *D.* ędepol lirę lirę *Z.* edepol lyrae lire *F: atque* lyrae lyrae *fuit etiam in membranis Turnebi Adv. XV 6, quod idem III 20 ita defendit, ut de nostro 'lirum larum' cogitasse videatur.* atque edepol lirae lirae *Pylades.* atque edepol *λῆροι λήρων Aldina.* atque edepol liroe

Nunc míhi blandidicus és: heri in tergó meo
Tris fácile corios cóntriuisti búbulos.

AGORASTOCLES

Amáns per amorem sí quid feci, Mílphio, 140
Ignóscere id te mi aéquomst.

MILPHIO

Haud uidí magis.
Et égo nunc pereo amóre: sine te uérberem,
Item út tu mihi fecísti, ob nullam nóxiam:
Postíd locorum tú mihi amanti ignóscito.

AGORASTOCLES

Si tíbi lubidost aút uoluptati íd tibist, 145
Suspénde, uinci, uérbera: auctor súm, sino.

MILPHIO

Si auctóritatem póstea defúgeris,
Vbi díssolutus tú sies, ego péndeam.

---

140. *Nonius p. 199, 14:* corius masculini. Plautus Poenulo: 'tres... bubulos'

---

liroe *Meursius Exerc. p. 196.* atque edepol *ἄλυροι λύραι Bothius.* atque edepol lirorum lirae *Ribbeckius Trag. lat. reliq. p. 352.* atque edepol *λῆροι* meri *Weisius.* plane, edepol *λῆροι* meri *Brandtius Nov. ann. t. 115 (a. 1878) p. 366.* edepol *λῆροι, λῆροι* meri *Geppertus. καὶ μὰ Δία λῆροι* meri *Brugmanus p. 33. αἱ δὲ κολλῦραι λύραι Palmerus: cf. Philol. Wochenschrift a. 1883 p. 117. Nihili quae Erasmus profert Adagiorum chiliad. 2 cent. 4, 10* 138. M *praefigit D* blandi dicus *B.* blandicus *F* intergo *BC* 139. tres *Nonius* cori os *C* 140. AG. Amans *Ritschelius post Weisium.* Adamans *(ortum ex* ADG. Amans*) BCD.* Ag. Adamans *FZ.* Ag. At amans *Pylades.* Ah amans *Reuterus* peram orem *B.* peramorem *D* siquid *BC* fecit *BCD* 141. Te ignoscere id *Geppertus* idte *D* mihi *libri* aéquom est *B.* aeqũu/// est, *prima* m *litterae ut vid. parte er. C.* aequum est *reliqui* Milph. *FZ. pers. notam om. B,* Adg. *D et spatium C exhibent* 142. Et ego nunc pereo amore *Ritschelius, Muellerus Nachtr. p. 39, Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 771.* Et nunc *(*etnunc *B)* ego *(*Et ego nunc *Z)* amore pereo *libri.* Ego nunc amore pereo *Lachmannus in Lucr. p. 389 et Ballas Grammat. Plaut. spec. p. 8.* Amore et ego nunc pereo *Geppertus* 143. Item *(e ex* a*) C* tu *s. v. B* 144. Post id *cum libris scribebatur* locorum *Pylades 'ex ant. codd.' ut dicit.* locarum *BCD.* loquar *FZ* 145. M *praefig. D²: om. BC* Sitibi *C* lubido est *libri.* lubidini *Guyetus* uoluptati id tibist *Ritschelius.* uoluptati sino *BCDZ.* uoluptas sino *F* 146. berbera *BD* 147. *Pers. om. BCD* post era *BC.* postera *D* 148. Adg. *ante* ubi *D¹* dissolutus *B* sies] *cf. Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 32* pendeam *(*a *ex alia litt. corr.) C*

AGORASTOCLES

Egone ístuc ausim fácere, praesertím tibi?
Quin sí feriri uídeo te, extempló dolet. 150

MILPHIO

Mihí quidem hercle.

AGORASTOCLES

Immó mihi.

MILPHIO

Istuc máuelim.
Sed quíd nunc tibi uis?

AGORASTOCLES

Cúr ego apud te méntiar?
Amo ínmodeste.

MILPHIO

Méae istuc scapulae séntiunt.

AGORASTOCLES

At ego hánc uicinam díco Adelphasiúm meam,
Lenónis huius méretricem maiúsculam. 155

MILPHIO

Iam prídem equidem istuc éx te audiui.

AGORASTOCLES

Dífferor
Cupídine eius: séd lenone istóc Lyco
Illíus domino nón lutumst lutuléntius.

MILPHIO

Vin tu ílli nequam dáre nunc?

---

149. M *sup. scr.* $D^2$: *pers. spat. om.* *C* Ego ne *B* istac (u *s.* a) *B* presertim *B*. p̃serũ *C* 150. *Ante* dolet *erasum* te *C* 151. Ad. *praem.* $D^2$ '*Fuit fortasse* Mihi quídem hercle certe' *Ritschelius* Ag.] M $D^2$. *spat.* *B* Immo mihi *B*. Immo *CDFZ*. Immo enim mihi *Brugmanus p. 25* Milph.] *spat.* *B*: *om. sine spatio* *CDFZ* 152. Mil. Sed *FZ* quid *sup. scr.* *B* Ag.] Adg. *in ras., ubi* M *fuit,* $D^2$ ergo *B* 153. immo deste *B* Milph.] *spat.* *B* Meę *C* istu *C* scapulę *C* 154. Adg. *sup. scr.* $D^2$. *Pers. spat. om.* *C* Adego *B* adel phasium *C* 155. huius (u *alt. s. v.*) *C* meritricem *B* maiusculam *F*, *Saracenus.* malusculum *B*. masculum *CD*. masculam *Z* 156. Iampridem equidem *D*. Iam pride me quidem *B* equidem (i *s. v.*) *C* exte *BC* diferor *D* 157. cupiditate *F* istoc lyco *B*. isto clico *CD* 158. domino non *Pylades.* domi nonon *B*. domi non *reliqui* lutum stlutulentius *B*. lutumst lutulentius *D* *Z* (lutunst). lutum est lutulentius *C* (lutulen *ante membranae suturam, quam in prioribus versibus vitaverat librarius, scriptum, sed ex parte tantum erasum, cum fila laedere nollet,* lutulentius *plene post eandem*) *F* 159. *Pers. spat. om.* *C* Vintu *BCD*

AGORASTOCLES

Cupio.

MILPHIO

Em mé dato.

AGORASTOCLES

Abín dierectus?

MILPHIO

Díc mihi uero sério, 160

Vin dáre malum illi?

AGORASTOCLES

Cúpio.

MILPHIO

Em eundem mé dato:

Vtrúmque faxo habébit: et nequam ét malum.

AGORASTOCLES

Iocáre.

MILPHIO

Vin tu illam hódie sine dispéndio

Tuo tuám libertam fácere?

AGORASTOCLES

Cupio, Mílphio.

MILPHIO

Ego fáciam ut facias. súnt tibi intus aúrei 165

Trecénti nummi Phílippi?

AGORASTOCLES

Sescentí quoque.

---

Ag.] *om. B spatio relicto, etiam spat. om. CD* Milph.] Adg. $D^2$. *spat. B, quod C om.* em *F.* en *reliqui* me dato *FZ.* mendato *BCD* 160. Ag.] M $D^2$. *spat. B. om. C* Abin dierectus *Ritschelius, Muellerus Nachtr. p. 97 (idem de* Abin hinc d. *cogitat).* Abi dierectus *DFZ.* Abidie rectus *C.* Abid rectus *B* Milph. *FZ. om. D. spat. B* mihi] nunc *C* 161. Vindare *BCD* Ag.] *om. spatio relicto B, sine spatio C* Milph.] Mi *add.* $D^4$. *om. B spatio relicto, sine spatio C* em *CDF.* Hem *Z.* e *B* 162. nequam *(n s. v.) C* 163. Ag.] Adg. $D^4$ *add. spat. B* Iocare *DF.* Locare *reliqui, quam vocem deleri vult Weisius* illanc *scribens et* tuo *cum v. 164 recte nectens* M *add.* $D^4$ *in spatio. Pers. om. B* Vintu *B* sine dispendio ‖ Tuo *scripsimus duce B.* sine damno et dispendio tuo *libri, nisi quod* dampno *CD et* Tuo *B in medio versu.* sine dispendio *Grutero duce Guyetus, Langenus Anal. Plaut. I p. 7 sq.* sine damno tuo *Pylades, Acidalius* 164. *Cf. v. 163.* libertatem *CDF* Adg. $D^4$ 165. Mil.] M $D^4$. *spat. B* auri *F* 166. num miphilipii *B.* nummi philippii *CD.* nummi philippei *F* Ag.] M $D^4$. *spat. B. om. C* sexcenti *DFZ*

MILPHIO

Satis súnt trecenti.

AGORASTOCLES

Quíd iis facturú's?

MILPHIO

Tace:

Totúm lenonem tíbi quom tota fámilia
Dabo hódie dono.

AGORASTOCLES

Quíd facturu's?

MILPHIO

Iám scies.

Tuos Cóllabiscus núnc in urbest uílicus: 170
Eum híc non nouit léno. satin intéllegis?

AGORASTOCLES

Intéllego hercle, séd quo euadas, néscio.

MILPHIO

Non scís?

AGORASTOCLES

Non hercle.

MILPHIO

At égo te iam faxó scies.

Ei dábitur aurum, ut ád lenonem déferat
Dicátque se peregrínum esse ex alio óppido: 175
Se amáre uelle atque óbsequi hic animó suo:

---

167. Mil.] *om. D. spat. B. om. Z* Ag.] *spat. D. om. CZ* Quidiis *BD.* Qui diis *C.* Quid his *F* facturus *ex* factorus *C.* facturus *reliqui* Mil.] M *sup. scr. D².* *spat. B* 168. Doctum lenonem *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 776* quom *B.* cum *reliqui* 169. Ag.] *spat. B* Qui id *Guyetus* facturus *libri* Mil.] M *D. spat. B* 170. Tuus *libri* Colabiscus *Angelius.* collubiscus *BCD² Z.* colubiscus *D¹.* collibiscus *F.* Collybistus *Camerarius* in urbe st *B.* inurbe est *CF (*in urbe*)* uillicus *solus F et ita constanter* 171. Eum] cum *D* norit *D, corr. m. 3* 173. Mil.] M *s. v. D².* *om. spat. C* Non tu scis *Kochius Nov. annal. vol. 107 (a. 1873) p. 241* Ag.] Ad *s. v. D².* *om. sine spatio BC* hercle *(*he *in ras., ubi* ego *fuerat) C* Mil.] M *s. v. D. om. sine spatio BC* ego te *Muellerus Pros. Pl. p. 665.* ego *libri.* te ego *(vel* sis sciens*) idem Muellerus ibidem* 174. Et *BCD* ut alenonem *B* adferat *Z* 175. Dicat que *B* alio ex *Ritschelius, Geppertus* opido *DF* 176. *V. del Langrehr de Plauti Poenulo p. 17 sq.* agere *C* obsequi hic *Muellerus Pros. Pl. p. 538.* obsequi *libri* Amare uelle se atque animo obsequi suo *Acidalius,* Amare uelle se *cum Pylade.* Amare uelle atque obsequi se *Bothius. Hiatum defenderunt Lachmannus in Lucr. p. 388, Luchs Studemundi Stud. vol. 1 p. 23, alii*

Locúm sibi uelle líberum praebérier,
Vbi néquam faciat clám, ne quis sit árbiter.
Leno ád se accipiet aúri cupidus ílico,
Celábit hominem et aúrum.

AGORASTOCLES

Consiliúm placet. 180

MILPHIO

Rogáto, seruos uéneritne ad eúm tuos.
Ille mé censebit quaéri: continuó tibi
Negábit. quid tum dúbitas quin extémpulo
Duplí tibi, auri et hóminis, fur lenó siet?
Neque id únde efficiat, hábet. ubi in ius uénerit, 185
Addícet praetor fámiliam totám tibi.
Ita décipiemus fóuea lenoném Lycum.

AGORASTOCLES

Placét consilium.

MILPHIO

Immo étiam ubi expolíuero,
Magis hóc tum demum díces: nunc etiám rudest.

AGORASTOCLES

Ego in aédem Veneris eó, nisi quid uis, Mílphio: 190
Aphrodísia hodie súnt.

MILPHIO

Scio.

---

177. uelle *(e alt. e corr.) C* preberier *CD.* praebirier *B* 178. nequis *BCD* 179. adse *B.* atque se *D* 180. Ag.] *spat. B. om. C* 181. Mil.] *spat. B. om. C* 'Rogabis *exspectes potius' Ritschelius* seruus *F* uenerit neadeumtuus *B* uenerit ne *CD* tuus *libri* 182. queri *C.* queri *D* 183. tum *Bothius.* tu *libri* extempulo *B.* extemplo *reliqui* 184. Dupli *Camerarius.* Duplī *B.* Duplici *CD.* Duplicet *FZ* tibi] ubi *C* hauri et hominis *B.* hauriet *(*haud riet *C)* hominis *(*mi *s. v. D) CD.* aurum: hominis *Z.* aurum et hominem *F* fiet *F* 185. inius uenerit *C.* in iu su e uenerit *B* 186. abdicet *Z* pretor *C* 187. lenonē///// *(er.* nē*) C.* lenonem *(*n *1 s. v.) D* licum *CDF* 188. *Cf. Gulielmius Verisim. II 8* Ag.] *spat. B om. C* consilium *(*u *ex* o*) B* *Pers. om. D* *Cf. Langrehr p. 24* eciam *C* ubi expoliuero *B.* expoliauero *C.* ēsilium *et s. v.* exspoliauero *D.* expoliuero *FZ* 189. *Pers. spat. initio versus D* dices *(*c *s. v.) B* et iam *B.* eciam *C* 190. Ag.] *spat. om. C* is *(*s *ex* d *ut vid.) D* quid uis *FZ.* qui tu is *(h. e.* quit uis*) B.* qui tuis *D.* quitius *C* 191. aphrodia *F* sunt] *an* aguntur*?* Scio

AGORASTOCLES

Oculós uolo
Meos délectare múnditiis meretríciis.

MILPHIO

Hoc prímum agamus quód consilium cépimus:
Abeámus intro, ut Cóllabiscum uílicum
Hanc pérdoceamus út ferat falláciam. 195

AGORASTOCLES

Quamquám Cupido in córde uorsatúr, tamen
Tibi aúscultabo.

MILPHIO

Fáciam ut facto gaúdeas.
Inést amoris mácula huic homini in péctore,
Sine dámno magno quae élui ne utiquám potest.
Itaque híc scelestus ést homo lenó Lycus: 200
Quoi iam ínfortuni inténta ballistást probe,
Quam ego haúd multo post míttam e ballistário.
Sed Adélphasium exit éccam atque Anterástylis.
Haec ést prior, quae méum erum dementém facit.
Sed éuocabo. heus, í foras, Agorástocles, 205
Si uís uidere lúdos iucundíssumos.

---

Euolaticorum *B* (E uol-) *CDFZ.* Eho ‖ Volaticorumne *Ritschelius.* Ehem uolaticorum *Camerarius.* Eh uolaticorum *Gruterus.* Eu uolaticorum *Gronovius.* Heu, uolaticorum *Bothius.* Volaticorumne *cum Guyeto Geppertus. cf. Muellerus Pros. Pl. p. 665. In utriusque recensionis archetypo Lyci nota* E *fuisse videtur, quae adhaesit primo versus vocabulo* itanest *inseruimus: om. libri* Ant.] L *B.* ANTA *CD* dico *libri praeter A* 475. Lyc.] E *B.* Lyc̄ *CD Sic A De* Au obsecro, unquamne homines *Bentleius cogitaverat, sed postea improbavit.* Eho an obsecro homines usquam *vel* Eho an usquam sunt u. h., obsecro *Muellerus Pros. Pl. p. 665: cf. v. 474* homines sunt *Bothius* uiatici *BC.* uiattici *ex* uiatici $D^1$*: corr.* $D^4$. 476. Antam.] P *B.* A *s. v. D, spatio nullo. om. C item sine spatio Sic A, nisi quod* INTERFECI#QUOMODO Lyc.] E *B.* L *D. om. C in versus principio* Quo mo do *C* 477. *Spat. praem. B Sic A, nisi quod* DEDI Ant.] L *B.* A *D. Spat. C* uis cum *BC* 478. *Sic A, nisi quod* PRAESTERNEBANTFOLIA Fundas que *B* ei *Ussingius* presternebant *B.* prosternebant *CDF.* prosternebam *Z* ut folia *Z: quod cum aliis fraudi fuit tum Dousae Expl. IV 2* farferi *BCDF cum A, nisi quod* far feri *C, membr. Turn., Vaticani Lipsii Ant. lect. II 19.* farfari *Z.* farfani *vel* farfeni *Scaliger ad Fest. p. 88, 13 M.:* farfenum uirgulti genus, *ubi* farferum *corr. Lipsius, cuius cf. Epistol. quaest. II 22: cf. Rostii Opusc. p. 225 sq.* 479. Lyc.] E *B.* L *D. spat. C* CUIREI#NEADFUNDASUISCUSADHAERESCERET *A* Quoi *Ald.* Qui $BCD^1F$. Cui $D^4Z$ *cum A* Cuie re *Bugge Opusc. ad Madvigium p. 176 sqq.* Cuiae rei nam *Geppertus* Ant.] L *B. om. in princ. vers. CD* ad fundas uiscus ne *Bothius.* ne ad fundas uiscus *libri cum A.* Ut ad fundas uiscus ne *Luchsius Herm. vol. VIII (a. 1874) p. 112.* ne ad f. uiscus is *Ussingius* adheresceret *CD Post hunc v. in B sequuntur III 1, 44—2, 31*

LYCVS

Perge: óptume hercle périuras. quid póstea? 480

ANTAMOENIDES

In fúndas uisci indébant grandiculós globos:
Eo illós uolantis iússi funditárier.
Quid múlta uerba? quémquem uisco offénderant,

* * * * * *

Tam crébri ibi ad terram áccidebant quám pira. 485
Vt quísque acciderat, eúm necabam ego ílico
Per cérebrum pinna suá sibi quasi túrturem.

LYCVS

Si hercle ístuc umquam fáctumst, tum me Iúppiter

---

488 sq. *Nonius p. 424, 19:* inter sacrificare et litare hoc interest: sacrificare est ueniam petere, litare est propitiare et uotum impetrare . . . Plautus in Poenulo: 'si . . . litem'

---

480. Lyc.] E *B et sic porro* E *et* L *litteris utens. om. sine spatiis CD* PERGEOPTUMEHERCLEPERIURASQUIDPOSTEA *A* obtume *C* periuras (per iuras *B*. peri uras *C*) *libri cum A*. perieras *Ussingius*. peieras *Bentleius, Bothius* quip *B*. qui (quipostea *coniungit C*) *CD* 481. Ant.] *om. sine spatiis CD* INFUNDASUI . . *(fort.* SC)LINDEBANTGLANDICULOSGLOBOS *A* In fundas uisci indebant *Gruterus (ubi* indebam *Bentleius)*. In fundas uis uindebant *B*. Infunda suis uindebant *C*. In funda suis uindebant *D*. In fundas infundebant *F*. In fundas infundebam *Z* *Verba* uis — grandiculos glo *praeter* u *primam in ras. B* glo uos *B* 482. EOS*(vel* I, *vel* T, *vel* P)ILLOS*(S incerta)*UOLANTES*(min. prob.* IS)IUSSIFUNDITARIER *A*. Eo *Camerarius*. Ego *libri praeter A* uolantes *C* Eos in uolantis *Ussingius* iussit *B* funditarier *ex* fundarier *D* 483. *Sic A, nisi quod* UISCO *Ante* Quid *pers. spat. CD* quemquem (quem quem *BCZ*) *F excepto omnes cum A, Bentleius in Hec. I 1, 8.* quemque *F, Dousa Expl. IV 2: at cf. Brixius ad Menaechm. v. 717* 484. *In B spatium unius versus relictum: in reliquis lacunae indicium nullum. 'Intercidit versiculus quo quid tandem viscus effecisset, aperiretur' Ritschelius* 485. TAMCREBRIADTERRAMACCIDEBANTQUAMPIRA *A* crebri ibi at *Ritschelius*. crebi adterram *C et, nisi quod* ad terram, *D*. crebi at terram *ex* crebrit terram *B*. crebri ad terram *FZ* Ad terram tam crebri *Hermannus* decidebant *FZ* 486. *Sic A, nisi quod* ACCIDERAT *et* NECABAM *om.* ego ceciderat $D^1Z$. deciderat *F*. occiderat *Lambinus* necabam ego *Muellerus Pros. Pl. p. 534*. necabam *CDF cum A, Turnebus, Dousa*. negabam *B*. necabat *Z*. necabant *Camerarius* ilico] eodem loco *Geppertus* 487. *Sic A, nisi quod* QUASI *Olim fuisse duos versiculos suspicatur Ritschelius hosce:*

Per cerebrum pinna sua sibi transfixa, quasi
Captum uenator quom transfigit turturem.

Pergerebrum *B*. Percerebrum *C* puma *F* sibi] si $D^1$ *(del.* $D^4$*)*. sic *FZ*

488. Lyc.] *om. CD sine spatiis* SIHERCLEISTUCUN*(vel* M)QUAM-

Faciát ut semper sácruficem, numquám litem.

ANTAMOENIDES

An mi haéc non credis?

LYCVS

Crédo ut mi aecumst crédere. 490

ANTAMOENIDES

Age eámus intro. dum éxta referuntúr, uolo
Narráre tibi etiam únam pugnam.

LYCVS

Níl moror.

ANTAMOENIDES

Auscúlta.

LYCVS

Non hercle aúscultabo.

ANTAMOENIDES

Quómodo?
Colaphís quidem hercle tuóm iam dilidám caput,
Nisi aút auscultas aút is in malám crucem. 495

LYCVS

In málam crucem ibo pótius.

---

FACTUMESTTUMMEIUPPITER *A* factum est *libri omnes cum Nonio* 489. *Sic A, nisi quod* SEMPER *et* NECUMQUAM faciam *Nonius* sacrificem *Nonius* numquam *Guyetus, Reizius.* nec umquam *libri cum A et Nonio (*neque*).* neumquam *Fleckeisenus Nov. ann. vol. 103 (a. 1879) p. 818* 490. Ant.] A *s. v. sine spatio D. om. item sine spatio C* *Sic A, nisi quod* MIHIHAEC *et* MIHIAEQUMST mihi *BCDFZ* hęc *BC* Lyc.] *om. CD in principio versus* mihi *BCDFZ* aequom est *Guyetus.* est aecum *B.* est aequum *DFZ (*ęquum*).* est equum *C* credier *BCD* 491. *Versum militi tribuit cum D (qui* A *s. v. spatio nullo) et Z Ritschelius: lenoni continuant BCF, quos secutus a* Volo *militem incipientem fecit Pistoris cum eoque Taubmannus, a* dum *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 776* *Sic A, nisi quod* REFERANTUR referuntur *libri praeter A omnes* 492. *Sic A, nisi quod* NARRARETIBI *et* NIHIL tibi, ti *ex* mi *B* et iam *B* Lyc.] L *D. spat. B. om. C in principio versus* Nihil *libri omnes* morior *ut vid. C ante rasuram* 493. 494. *Pro duobus versibus Ambrosiani unum B cum reliquis praebet hunc:* L. Ausculta. A. non hercle tuum iam elidam caput. *Vbi* Ant. ausculta Ly. nam hercle tuum iam *FZ (*Ly. *om.),* Ant. Ausculta. Lyc. non hercle. Ant. immo iam *Camerarius.* non *pro* nam *etiam Pyladis codd. ant. Alia Spengelius Plaut. p. 42* 493. Ant.] A *D. spat. C* *Sic A, nisi quod* AUSCULTA Lyc.] L *D. spat. C* 494. *Sic A, nisi quod* TUUMIAMD*(vel* B*)*ILIDAMCAPUT *Cf. quae supra annotata sunt* 495. *Sic A, nisi quod* AUTAUSCULTAS aut auscultas *Bentleius, Reizius cum A.* auscultas *reliqui.* auscultabis *Geppertus* autisin *B* is hinc in *Pylades.* ibis in *Kampmannus de In praep. p. 32* inmalum *C* crucem/// *C* 496. Lyc.] *om. CD initio v.* MALAMCRUCEMIBOPOTIUS‡CERTUMNESTTIBI *A* In malam *Goellerus in Truc. v. 260, Kampmannus l. s. s.* Malam *libri omnes, Bentleius*

ANTAMOENIDES

Certumnést tibi?

LYCVS

Certúm.

ANTAMOENIDES

Tum tu igitur dié bono, Aphrodísiis,
Addíce tuam mihi méretricem minúsculam.

LYCVS

Ita rés diuina míhi fuit: res sérias
Omnís extollo ex hóc die in aliúm diem. 500

ANTAMOENIDES

Proféstos festos hábeam decretúmst mihi.
Nunc híne eamus íntro.

LYCVS

Sequere hac mé.

ANTAMOENIDES

Sequor:
In húnc diem iam túos sum mercennárius.

---

500. *Nonius p. 407, 10:* tollere est et differre. Plautus Poenulo: 'omnis . . . diem'

---

*in Ter. Phorm. V 8, 37 ut Menaechm. v. 328.* Malam in *Lambinus* Ant.] *spat. CD* certumne (certum ne *B*) est *libri praeter A* 497. Lyc.] *spat. D. om. C* *Sic A, nisi quod* DIEBONOAPHRODISIIS Certum *ex* Cestum *C* Ant.] *om. CD in versus principio* tú igitur *Muellerus Pros. Pl. p. 539: at cf. Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1874) p. 105 sq.* bonod *Ritschelius Nov. exc. p. 64: hiatum alii alio modo excusant: cf. Lachmannus in Lucr. p. 195.* bono hoc *Luchsius l. s. s., fort. recte* aphrodiis *BCD* 498. *Sic A, nisi quod* MIHI Ad dice tu um *B* meretricem mihi *Ritschelius* munusculam *C* Meretricem addice tuam mihi minusculam *Bothius* 499. Lyc.] *om. sine spatiis CDFZ militi versum continuantes: corr. Saracenus* *Sic A, nisi quod* DIUINAMIHIFUIT mihi diuina $D^1$, *unde* diuina mihi $D^2$ resserias $D^1$. reserias $D^1$ 500. OMNI(*vel* E)EXTOLLO . . . . . INALIUMDIEM (*quadrat in lac.* ex hoc *sine* die) *A* inalium *C* 501. *Ab hoc versu usque ad III 1, 68 deficit A* *Militi tribuit Gronovius, lenoni libri continuant* Profestos *Scaliger, Pareus.* Profectos *B.* Pro fectos *C.* Profectos (s *s. v.*) *D.* profecto *FZ.* Pro festo *Muretus Var. lect. XI 19* festos, st *ex* et *C* Profecto festum hunc *Dousa Expl. IV 2, ubi* ut *pro* hunc *Ussingius* habeam] agere *Geppertus* decretum est *libri* 502. *Eidem personae continuant libri, Lyco tribuit Bothius* inro *B* Lyc. Sequere *Pylades: continuant libri* L. Sequor *B.* Ant. Sequor *Pylades.* Lyc. Sequor *F: continuant reliqui (novus v. a* Sequor *incipit in CD)* 503. inhunc *C* tuus *libri* mercenarius *Z.* mercennarius; agorastocles *B*

## AGORASTOCLES. ADVOCATI

AGORASTOCLES

Íta me di ament, tárdo amico níhil est quicquam inaéquius,
Praésertim homini amánti qui, quicquíd agit, properat ómnia. 505
Sícut ego hos duco áduocatos, hómines spissigradíssumos,
Tárdiores quám corbitae súnt in tranquilló mari.
Átque equidem hercle dédita opera amícos fugitauí senes:
Scíbam aetati tárdiores, métui meo amorí moram.
Néquiquam hos procós mi elegi lóripedis, tardíssumos. 510
Quín si ituri hodie éstis, ite aut íte hinc in malám crucem.
Sícine oportet íre amicos hómini amanti operám datum?
Nam íste quidem gradús succretust críbro pollinário:
Nísi cum pedicis cóndidicistis ístoc grassarí gradu.

---

507. *Nonius p. 533, 11:* corbita est genus nauigii tardum et grande. Plautus in Poenulo: 'tardiores . . . mari'

---

*Act. III sc. 1* ADULESCENS ADUOCATI. C. *B. om. C unius versus spatio relicto: item* $D^1$. Adg A ADUVOCATI $D^3$ 504. Agor.] *om. CD.* A *praem. B, qui tota scaena hac littera Agorastoclem,* H *littera advocatos significat* ta *cum spat. init. C* mediantent *B.* me di ament *ex* me dii ament *C* nihili *BCDZ* *Ante* quicquam *er.* q *C* inaequius *C.* inequius $D^1Z$. in equius *B.* inequius *F.* iniquius $D^4$ 505. Presertim *B.* Presertim *CD* q' $CD^1$, *unde* q' $D^4$. qui (i *ex* e) *B* quic quid *C.* quid quid $B^1$. in quid quid *corr.* $B^2$ 506. duccatos *B* homines aduocatos *F* spissi gradissimos *B.* spissi grandissimus *D. item, antepaenultima* s *s. v., C* 507. T//ardiores *C* corbitae *FZ, Nonius.* corditae *BD.* corditę *C* sunt et in *Nonius* intranquillo *CD* 508. Adque *C.* Ad que *BD* equidem haec edita *B* fugitaui senes *Z.* fugit auisenes *B.* fugit aut senes *CD.* fugi. nam senes *F* 509. Scibam *Muretus Var. lect. XVII 18, Guyetus.* Sciebam *libri* aetati *BCD, prisca forma ablativi.* aetate *FZ* *Pro* tardiores *spat. circ. 7 litterarum B* metuo *F* 510. Nequi quam *C.* Ne qui quam *B.* Nequicquam *Z.* Necquicquid *F* ꝓ(*ex* A *ut vid.*)rocos *C* procos *Scaliger* proceres *interpretatus est duce Festo p. 249, 1 M. Cf. Turnebus Advers. XV 7, Muretus l. s. s.* mihi *libri* eligi *ex* elige *C* loripedes *F* tardissimos *libri* 511. Quin *BC.* Qui *DZ.* Quid *F* hodie estis *B.* estis hodie *reliqui* ite] Ite (I *ex* P) *C* aut ite *FZ.* audite *BCD* inmalam *C* malamcrucem *D* 512. Siccine *FZ* operãm *B* 513. succretu est *C.* succretus est *F. Cf. Casaubonus in Burmanni Sylloge I p. 370, Rostius Opusc. p. 310* 514. condidicistis isthoc grassari *Lambinus.* conde dicisti sis occrassari *B.* condidicisti sis occrassari *C.* condidicistei sis Occrassari *D.* condidicistis occrassari *Z et, nisi quod* occassari, *F.* condidicistis hoc grassari *Ald.* condidicistis sic hoc grassari *Lipsius Ant. lect. II 17.* condidicistis hoc grassarier *Guyetus* gradus *inter scrib. ex* gradum, u

ADVOCATI

Heús tu, quamquam nós uidemur tíbi plebeii et paúperes, 515
Sí nec recte dícis nobis díues de summó loco,
Díuitem audactér solemus máctare infortúnio.
[Néc tibi sumus obnóxii istuc, quód tu ames aut óderis.]
Quom árgentum pro cápite dedimus, nóstrum dedimus, nón tuom.
Líberos nos ésse oportet: nós te nihili péndimus: 520
Né tuo nos amóri seruos ésse addictos cénseas.
Líberos hominés per urbem módico magis par ést gradu
Íre: seruile ésse duco féstinantem cúrrere.
Praésertim in re pópuli placida atque ínterfectis hóstibus
Nón decet tumúltuari. séd si properabás magis, 525
Prídie nos te áduocatos húc duxisse opórtuit.
Né tu opinere, haúd quisquam hodie nóstrum curret pér uias,
Néque nos populus pró cerritis ínsectabit lápidibus.

---

*e corr. D* 515. A *praemittit B vitiose: nihil CD* quam quam *B* uidémur *D* plebe ii *B.* plebeu *C.* plebei *FZ* et *delet Geppertus* 516. sine crecte *C.* Sinet recte *B* desummo loco *C.* de suum mo loco *B* 517. aucdacter *B* soledemus *Z* 518. '*Additicius est ut fortasse alii in his sermonibus versiculi rara loquacitate insignibus*' *Ritschelius: cf. v. 521* sumus obnoxii istuc *Ritschelius.* nos obnoxii sumus istuc *libri, nisi quod* obnixii *B,* obnixii *C.* obnoxii sumus istuc *Guyetus.* nos obnoxii istuc *Bothius, Brixius ad Trin.*[3] *p. 139* nos obnoxii sumus *Muellerus Pros. Pl. p. 363.* nos nexi sumus istoc *Geppertus* 519. cum *libri praeter B* pro capite argentum *Bothius* nostrum *ex* nontuum *D* tuum *libri* 520. liberos *ex* liboros *C* 521. tuo nos amoris seruos esse *Pylades, Bentleius.* tuo (tu *ex* ui *B*) nos amori seruos tuos esse *libri.* tu nos amori seruos tuo esse *Bothius olim.* tuo nos amori seruos tu esse *idem postea* *V. 522 sq. damnat Langrehr p. 19* 522. perturbem *B* par ẽ *ex* parẽ *D* 523. seruile *BF, Bentleius in Ter. Heaut. prol. 31.* seruili *D*(ires-)*Z.* seruuli *C* duco *m. 2 ex* doco *D* 524. p̄ sertim *C.* Presertim *BZ* inre *C* adque *B* 525. tumultuaris et *B* sed si Sed si (sed si *lineola del.*) *D* 526. nos te *ex* noste *C* *De* nos ted *cogitat Ritschelius Nov. exc. p. 43: quod reicit Muellerus Nachtr. p. 68* aduocatos (aduocat *in ras.*) *fort. ex* aduatos *C* Pridie aduocatos te nos *Mahlerus de pron. colloc. p. 33 abiecta scriptura* Pridem, *de qua antea cogitaverat* '*V. 527 sq. haud scio an post v. 521 collocandi sint,* Neu *pro* Ne *reposito*' *Ritschelius* 527. Netu *C.* Neque tu *codd. rec. nonnulli* quis quam *B.* q̄s quam, q̄s *s. v. C* 528. proceritis *Z* cerriti sin sectabit *B.* cerritis inscetabit *D*

AGORASTOCLES

Át si ad prandiúm me in aedem uós dixissem dúcere,
Vínceretis céruom cursu uél gralatorém gradu. 530
Núnc uos quia mihi áduocatos díxi et testis dúcere,
Pódragrosi estis ác uicistis cóchleam tarditúdine.

ADVOCATI

Án uero non iústa causast quór curratur céleriter,
Vbi bibas, edás de alieno quántum uis usque ádfatim,

---

529. *Isidorus Orig. XV 3, 2:* omne aedificium antiqui dicebant aedem. alii aedem ab edendo sumpsisse nomen existimant, dantes exemplum de Plauto: 'si . . . prandium' 530. *Varro de l. l. VII 69:* in Poenulo: 'uinceretis...gradum'. grallator a gradu magno dictus. *Festus Pauli p. 97, 12:* grallatores appellabantur pantomimi qui, ut in saltatione imitarentur Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus atque in his superstantes . . gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi. Plautus: 'uinceretis...gradu', *unde hausit Osbernus p. 249 sq. Cf. Nonius p. 115, 18; Placidus p. 50, 3 D.; Philoxenus p. 104, 42; Arnobius II 38* 532. *Nonius p. 181, 14:* tarditudinem et tarditiem pro tarditate. Plautus Poenulo: 'podagrosi...tarditudine'

---

529. *A praem. B, nihil CD* Ad *BC(*Adsi*)D* si uocassem uos in aedem ad prandium *Isidorus* adprandium *C* ędem *C* 530. uin ceretis *B* ceruum cursu uel *libri, nisi quod* el *pro* uel *B (*et *membranae Turnebi Adv. III 11,* uel *eaedem XV 7).* circumcurso uel *cod. Varronis.* cursu ceruas et *Festus Pauli* gralatorem *Varro, Scutarius.* grallatorem *Festus, Arnobius, Philoxenus (*grull-*), Naekius in Niebuhrii Mus. Rhen. III (a. 1829) p. 414 cum Lambino.* clabatorem *BF, pars librorum Lambini.* glabatorem *CDZ.* clauatorem *membranae Turnebi Adv. III 11 et XV 7, ceteri libri Lambini.* glaratores *et* gladatores *habetur in Nonii codicibus,* grauatores *in Placidi glossis: cf. Leidolphus de Festi et Pauli locis Plautinis (Comm. phil. Ien. vol. II) p. 229 et Langenus p. 78. Non recte iudicat Osannus p. 198*

531. testes (s *ante* t *prior. er. et* s *prior e corr.) C* adducere *Z* 532. podagro siestis *B.* podagro si *(duobus versibus dispertita)* estis *CD.* quodagrosi *Nonius* at *F* ac uicistis *om. Nonius* cocleam *libri.* cocleas *Nonius* podagrosi estis, coculeam uicistis *Fleckeisenus Krit. Misc. p. 39: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 509* tarditune *CD*[1] *(corr. m.*[2]*).* tardi tune *B* 533. *Eidem personae continuat cum CD etiam B* An *Dousa.* At *DFZ.* Ad *BC (*aduero*).* Ain *Bentleius* iuxta *B.* iusta *C,* i *fort. inter scrib. ex al. litt.* causa est *libri* quor *Ritschelius, Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 776.* quo *libri.* quin *Scaliger* celiriter *B* 534. *H praem. B* ędas *CDZ.* et das *B* dealieno *C* quantum uis usque *Ritschelius, Geppertus.* quantum usque *B.* quantum uelis usque *reliqui.* quam uelis usque *Bothius.* quantum ulis usque *Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 685.* quantum usque uelis *Ritschelius Proleg. p. CL. Transponebat* usque affatim quantum uelis *Guyetus* usque //// *C,* s *vel initium* f *litterae er.* ad

Quód tu inuitus múmquam reddas dómino, de quoio éderis? 535
Séd tamen quom eó quom quiqui quámquam sumus paupérculi,
Ést domi quod edímus: ne nos tám contemptim cónteras.
Quícquid est pauxíllulum illuc, nóstrum id est quod íntus est:
Néque nos quemquam flágitamus néque nos quisquam flágitat.
Tuá causa nemó nostrorumst suós rupturus rámices. 540

AGORASTOCLES

Nímis iracundi éstis: equidem haec uóbis dixi pér iocum.

ADVOCATI

Pér iocum itidem dícta habeto, quaé nos tibi respóndimus.

AGORASTOCLES

Óbsecro hercle operám celocem hanc míhi, ne corbitám date.

---

537. *Nonius p. 507, 4:* edim pro edam . . . Plautus Poenulo: 'est . . . conteras' 540 sq. *Nonius p. 166, 4:* ramices dicuntur pulmones uel hernia. Plautus . . . Poenulo: 'neque . . . ramices' 543. *Nonius p. 532, 20:* celox est nauigium breue, dictum a celeritudine. Plautus . . . in Poenulo: 'obsecro . . . date' *Idem p. 533, 11* corbita est genus nauigii tardum et grande. Plautus in Poenulo... 'obsecro...date'

---

fatim *B*. adfatim *CD*. affatim *F* 535. de quoio ederis *Bergkius Beitr. p. 58, Bugge Tidskrift for Phil. vol. VII p. 20.* de quioederis *B*. dequo ederis *D*. de quo ederis *CFZ*. de quoius ederis *Acidalius*. quoius uictum ederis *Geppertus*. de quo id ederis *Ritschelius cum Bothio olim*. de quid *vel* de quod ederis *idem Nov. exc. p. 61. 64.* domi *(vel* domo*)* nec de tuo ederis *Muellerus Pros. Pl. p. 203, quod reicit Nachtr. p. 32 Buggio assentiens* 536. quomeo quom qui qui quam quam *B, quod quid sit nescimus: cf. v. 588.* quo meo cum cuiquam quam *CD*. quomodocumque quamquam *FZ*. quomodocumque atque quamquam *Geppertus*. quomodo cumque uobis, quamquam *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242.* quoiquoimodi hoc est, quamquam *Ritschelius*. cum eo cum quiqui quamquam *vel rectius* commodum nunc quiqui quamquam *Kienitz de 'Qui' p. 563 sq.* quocumque modo, quamquam *Scaliger*. quomodocunque, inquam, quamquam *Bothius*. quom nemo uocat nos *Muellerus l. s. s.: cf. Ussingius* 537. quo dedimus *B* ne nostram *B*. nenos tam *D* contemptum *F*. *om. Nonius* 538. Quic quid *B*. Quidquid *D* pauxillum *B* illuc, nostrum *interpunxit pro eo quod est* illuc nostrum *et* id est quod *scripsit Ritschelius, ubi* id omne *libri*. illud omne *Camerarius*. illuc omne *Acidalius* nostrum id emne, haud mutuumst *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 403.* nostrum omne illud intus est *Engerus de pros. p. XVI.* nostrum id omne intust domi *Geppertus*. nostrum id omne et intus est *Ussingius* non tuumst *pro* intust *Bentleius* 539. quem quam *B*. quam quam *C* 540. nostrorum *(o alt. in ras. B)* si *BCD*. nostrum est *Nonius et simul* suos est *transponens F*. nostrust *Z* ramites *BCD* *V. 541 sq. post v. 546 collocat Goetzius Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 254* 541. *Pers. om. CD* ira cundi *C* hęc *B* 542. *Pers. om. CD* io cum *C* item *Z* dicta habeto quae *Ritschelius*. dictum habeto quae *(quę B*. quos *C) BCDFZ* 543. *Pers. om. CD* celocem *F ex Nonio*. uelocem *BD*. uelocem, *prior*

Attrepidate sáltem: nam uos ádproperare haud póstulo.

ADVOCATI

Sí quid tu placide ótioseque ágere uis, operám damus: 545
Sí properas, cursóres meliust te áduocatos dúcere.

AGORASTOCLES

Scítis, rem narráui uobis, quór uostra opera mi ópus siet,
Dé lenone hoc quí me amantem lúdificatur tám diu:
Eí paratae ut sínt insidiae de aúro et de seruó meo.

ADVOCATI

Ómnia istaec scímus iam nos, si hí spectatorés sciant. 550
Hórunc hic nunc caúsa haec agitur spéctatorum fábula:
Hós te satius ést docere ut, quándo ages, quid agás sciant.
Nós tu ne curássis: scimus rem ómnem, quippe omnés simul
Dídicimus tecum úna, ut respondére possimús tibi.

AGORASTOCLES

Íta profectost. séd agite igitur, út sciam uos scíre rem, 555
Éxpedite míhi, quae uobis dúdum dixi, dícite.

---

e *ex* o *C.* ueloces *Z* nec orbitam *CD.* necorbitam *B.* nec orbitam *aliquot libri Nonii.* nec corbitam *Nonius p. 533 itemque p. 532 nonnulli codd.* non corbitam *F* 544. At trepidate *BFZ.* Attrepitate *CD, Lambinus* adproperare *B, 'prisca exemplaria' Pii.* adprobare *reliqui* 545. *Pers. om. CD* siquid *BC* placide atq; *D, exp. m. 2 vel 1* ociose que *B.* ocio seque *C* 546. Si *(i in lit.)* properas *B* melius si *BC (site) D (item).* melius est *F* *V. 547—608 supra diximus in B collocatos esse post v. 479* 547. *Pers. om. CD* quor *Ritschelius.* quod *libri.* quoi *Lambinus.* quo *Madvigius Opusc. II p. 238.* quid *Ussingius* uestra *libri* opera mihi *FZ.* operamini *BCD* *'Ceterum haud scio an poeta dederit* quor mihi uostra operast opus *Ritschelius* 548. Delenone *C* meam antem *B* tamdiu *BC* 549. parate *D* utsint *B* deauro *B* deseruo *CD* 550. *Pers. om. C* istec *C.* istec *DZ.* staec *B* si his peccatores *B.* sibi spectatores *DFZ* *Versum delet Langenus p. 48* 551. Horunc *Camerarius.* Horunt *(o in litura pro* os*) B.* Horum *reliqui* hic *Pylades.* huic *C.* hinc *reliqui* haec agitur *B.* agitur haec *reliqui* spectatorum *B* *Versum interpolatum esse posse ex Pseud. v. 720 dicit Umpfenbachius Melet. Pl. p. 18* 552. Hostes at ius *BD.* Hostes at uis *C.* hosce satias *F.* hosce sautius *Z* ages, quid agas *Ritschelius.* agas quid agant *libri (*quidagant *B).* agas, quid agas *Acidalius* 553. necuras sis *B* 554. didicimus *Z.* Dedicimus *BCD.* deducimus *F* hic possimus *Ritschelius* 555. *Pers. om. CD* prôfecto *(*pro fecto *C)* est *(om. F) libri* sed agite *CDFZ.* e setagite *B* agite, igitur *interpungit Bothius* Ad. *(D²)* igitur *D* ui *B* scirerem *BD.* scire, rem *interpungit Acidalius* 556. Expedite, mihi *Ritschelius duce Lambino* Expedite et mihi *libri* que *C* dudum uobis *Z sola*

ADVOCATI

Ítane temptas án sciamus? nón meminisse nós ratu's,
Quómodo trecéntos Philippos Cóllabisco uílico
Déderis, quos deférret huc ad lénonem inimicúm tuom?
Ísque ut se adsimulét peregrinum esse áliunde ex alio óppido? 560
Vbi is detulerit, tú eo seruom quaésitum adueniés tuom
Qúm pecuniá.

AGORASTOCLES

Meministis mémoriter: seruástis me.

ADVOCATI

Ílle negabit: Mílphionem quaéri censebít tuom.
Íd duplicabit hómini furtum: léno addicetúr tibi.
Ád eam rem nos ésse testis uís tibi.

AGORASTOCLES

Tenétis rem. 565

ADVOCATI

Víx quidem hercle, ita rés pauxillast, dígitulis primóribus.

---

557. *Pers. om. CD* Ita ne *B* tentas *FZ* nos ratu's *Ritschelius.* nostratus *B.* nostra *reliqui.* nos ratus *Camerarius* 558. philippeos *F* collabisco *BC, nisi quod* collabis couilico *iungit B.* colabisco *Z.* collibisco *DF* uillico *FZ* 559. adlenonem *C* '*Fortasse* quos huc ád lenonem inimicum deferret tuum' *Ritschelius* tuum *libri* 560. ut se adsimulet *Ritschelius: atque* ut se *etiam Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1873) p. 106.* se ut adsimularet *libri, nisi quod* ut *pro* ait $D^2$ esse *delebat Bothius,* aliunde *Guyetus, simul is* esse peregrinum *transponens* exalio *C.* alio ex *hoc loco vel* ex alio *v. 176 scribendum dicit Geppertus Stud. Plaut. I p. 136* opido *DF* 561. id *Geppertus.* is *delet Ritschelius* Is ubi *Bothius* tetulerit *Taubmannus* seruom quaesitum *Bothius.* quaesitum (quęsitum *C*) seruum (seruom *B*) *libri* '*Licebat etiam* tu eo seruom aduenies quaesitum' *Ritschelius: quod contra* tu quaesitum seruom eo aduentes tuum *Guyetus,* eo quaesitum tu seruom aduenies tuum *idem Bothius.* tu seruom *vel* seruom tu adu. *Muellerus Pros. Pl. p. 604.* quaesitum seruolum *Geppertus* aduenies *Bothius.* aduentes *libri* tuum *libri* 562. Qum *B.* Cum *reliqui* penicunia *B* Ag.] *sp. CD* seruastis *ex* seruastas *C* 563. Adu.] *spat. CD* negabit *ex* negauit *C.* negabat *F* quęri *C* tuum *libri* 564. Id dublicabit *B.* Adduplicabit *FZ* homini *Bothius.* omne *libri* Id implicabit hominem furto *Ussingius* 565. Adeam *B* testis *Z.* testes *F.* estis *BCD* ius *D* Agor.] *om. sine spat. BCD* 566. Adu.] *spat. C: om. D* hercule *Reizius, Bentleius* res *Ritschelius. om. libri* nam ita *Pylades* pauxilla est *libri.* est pauxilla *Geppertus. idem vel* mehercle *pro* hercle *Muellerus Pros. Pl. p. 678* primoribus, ib *ex* di *B* *V. 567—575 parallelos esse superioribus post Weisium Ritschelius statuit: cf. Hasperus l. s. s. p. 304 (28), Goetzius Acta Soc. phil. Lips. vol. VI p. 254 sq. 269, Schuethius de Poen. Pl. p. 27*

AGORASTOCLES

(Hóc cito et cursímst agendum. própera iam quantúm potest.

ADVOCATI

Béne uale igitur. te áduocatos méliust celeris dúcere:
Tárdi sumus nos.

AGORASTOCLES

Óptume itis, péssume hercle dícitis.
Quín etiam decíderint femina uóbis in talós uelim. 570

ADVOCATI

Át edepol tibi nós in lumbos línguam atque oculos ín solum.

AGORASTOCLES

Heía, haúd uostrumst íracundos ésse, quod dixí ioco.

ADVOCATI

Néc tuom quidémst amicis pér iocum iniusté loqui.

AGORASTOCLES

Míttite istaec. quíd uelim uos, scítis.

ADVOCATI

Callemús probe:
Lénonem ut periúrum perdas, íd studes.

---

567. Agor.] *spat. CD* cursim est *libri, nisi quod* etcursimest *iungit C* properate *F.* properat *Z.* propere *Bentleius.* et properam *Acidalius* potest *ex* potē *ut vid. C* tam properate quam potis *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* *Versum del. Langrehr p. 19* 568. Adu.] *spat. CD* aduocatus *BCDZ* meliust *Ritschelius, Geppertus.* melius *libri* 569. *Spat. ante* Tardi *D* Agor.] *spat. C: om. D* optime *libri* pessime *BCD* pessime itis, optime hercle *Acidalius: contra quem Rostius dixit Opusc. p. 143* 570. femina uobis *Ritschelius, Muellerus Pros. Pl. p. 604.* uobis femina *BCD, et nisi quod* foemina, *Z.* uobis femura *F.* uobis feminora *Loewius Act. soc. phil. Lips. vol. IV p. 346.* uobis flemina *Pius, Meursius cap. 4, Dousa fil.* uobis fulmina *Geppertus* intalos *BC* Velim (Vel *in ras.*) *C* 571. Adu.] *spat. CD* At ẹdepol *Z.* Aedepol *B* tibi nos *Bothius, Reizius.* nos tibi *libri: cf. Mahlerus de pron. colloc. p. 11* inlumbos *C* atque] at *C* insolum *C* 572. *Ab hoc v. accedit A* -RUMSTIRACUNDOSESSEQUODDIXIIOCO *(initio inextricabili, ut tamen spatium velut* eihauduost, *non* heiahauduost *capiat) A* Agor.] *spat. CD* Eia *Z.* Eya *F* aut *CD* uostrum st *CD.* uostrum////st *B.* uostrum est *FZ* ira cundos *B* 573. Adu.] *spat. CD* —UUMQUIDEMESTAMICISPERIOCUMINIUSTELOQUI *A, ubi* net *ante primam locum habent* NE *videtur A habuisse* tuum *libri cum A* quidem est *libri cum A* 574. MITTEISTE- *(omnia praeter* M *et* S *incertissima)* CQUIDUELIMUSSCITIS#CALLEMUSPROBE *A* Ag.] *spat. CD* Mittite *ex* Mittitae *B* istec *C* uelim uos *libri praeter A, ubi* uelim, uos *interpungebatur ante Bentleium et Bothium* Adu.] *om. CD in principio versus* 575. LENONEMUTPERIURUMPERDASIDSTUDESTENETISREM *om. spatio A* Leonem *B* ut periurem *B.* periurum ut *CDFZ* studeas *CDZ*

AGORASTOCLES

Tenétis rem.) 575

Eúge opportune égrediuntur Mílphio una et uílicus.
Básilice exornátus cedit ét fabre ad falláciam.

---

**MILPHIO. COLLABISCVS. AGORASTOCLES. ADVOCATI**

MILPHIO

Iám tenes praecépta in corde?

COLLABISCVS

Púlcre.

MILPHIO

Vide sis cálleas.

COLLABISCVS

Quíd opust uerbeis? cállum aprugnum cállere aeque nón sinam.

MILPHIO

Fác modo ut condócta tibi sint dícta ad hanc falláciam. 580

COLLABISCVS

Quín edepol condóctior sum quám tragoedi aut cómici.

---

579. *Nonius p. 258, 10:* callet etiam dictum a callositate . . . Plautus . . . in Poenulo: 'quid . . . sinam'

---

Agor.] *II B. om. CD in principio versus* 576. EUG(U *non prorsus,* G *parum certa)*EOPPORTUNEEGREDIUNTURMILPHIOUNAET *reliquis inextricabilibus A* Euge *ut vid. A.* Ecce *reliqui, quod recte impugnat Langenus p. 4* oportune *BCD* egrediuntur *D ita, ut inter* g *et* r *nescio quid superscriptum sit* miphilo *C* 577. *In A haec legi potuerunt:* BASSILICEEXORNATU(TU *incertae)* Basilico exornatu *Hermannus* cedit *Bothius.* incedit *libri* fabre *C* ad fallatiam *BD.* adfallatiam *C* Milphio collabiscus agorastocles *subicit B tamquam integro versu comprehensa*

*Act. III sc. 2* COLLYBISCUS *in medio versu A: praecessisse videtur* MILPHIO, *secutum esse* AGORASTOCLES *probabile, sed nihil servatum.* SERVOS VILICUS ADVLESCENS ADVOCATI·C· *B. om. CD*[1] *spatiis relictis.* Milfio seruus collabiscus uillicus agorastocles adolescens aduocati *D*[3] *Harum quattuor personarum notis B his utitur: B Θ A H*

578. Milph.] *om. CD Sic A, nisi quod* PRAECEPTA *et* PULCHRE iam *cum spat. init. C* precepta *BC* incorde *C Pro personarum notis pergunt spatia vacua exhibere CD, quod non notabimus: spatiis carere initia versuum (de quibus v. praef.) consentaneum* pulchre *libri cum A* 579. QUIDOPUSTUERBEISCALLUMAPRUGNUMCALLEREAEQUE *et in proprio v.* NON (ON *incertae) reliquis inextricabilibus A* opus si *BCD*[1]. opus est *FZ.* opus *Nonius, D*[1] apugnum *BCD.* aprunum *Nonius.* apri ulum *F* 580. *Sic A, nisi quod* CONDOCTATIBI condocta *B cum A, membranae Turnebi Adv. XV 7, Palmerius Spicil. p. 660.* conducta *CDFZ* fallatiam *BCD* 581. *Sic A, nisi quod* QUAM condoctior *B cum A, membr. Turn., Palm.* conductior *C.* indoctior *DFZ* tragoedi aut comici *Camerarius cum A.* tragoedia utcomici *B.* ut tragoedia comici *CD.* in tragoedia comici *FZ*

MILPHIO

Próbus homost.

AGORASTOCLES

Adeámus propius. ádsunt testes.

MILPHIO

Tót quidem

Nón potuisti addúcere homines mágis ad hanc rem idóneos:
Nam ístorum nullús nefastust, cómitiales súnt meri:
Íbi habitant, ibi eós conspicias quám praetorem saépius. 585
Hódie iuris dóctiores nón sunt, qui lités creant,
Quam hí sunt, qui, si níhil est quicum lítigent, lités emunt.

ADVOCATI

Deí te perdant.

MILPHIO

Vós quidem hercle. quóm eo quom quiquí, tamen

---

582. PROBUSHOMOST#ADEAMUSPROPIUSADSUNTTESTESTOTQUIDEM *A* Brobus *B* homo est *BCDZ.* homo es *F, Acidalius* Adeamus *Gruterus cum A.* Adeam *CFZ.* Ad eam *BD* proprius *BC* ad sunt *BC Pers. om. Z* Pol quidem *Leidolphus de Festi Paulique locis Pl. p. 231* quidem *praeter* m *in ras. C* 583. NONPOTUISTIADDUCEREHOMINE*(vel* I*)*SMAGISADHANCREM *(reliqua quae legi non possunt in proprio fuerunt versu) A* adhanc *(*n *sup. scr.) C* 584. NAMISTORUMNULLUSNEFASTUSESTCOMITIALESSUNTMERI *A* istorunc *Geppertus iure explosus a Schmidtio de dem. pron. form. p. 71* nefastust *DZ.* nefastus st *BC.* nefastus est *F cum A* 585. IBIHABITANTIBIEOSCONSPICIASQUAMPRAETOREMSAEPIUS *A* habitabant *DFZ: corr. Pylades* eos *(*o *sup. scr.) C* prętorem *ex* prętorum *C.* prętorem *B.* pretorem *D* sepius *BCD* 586. HODIEIURISCOCTIORESNONSUNTQUIL . . . . CREANT *A* iuris *B. om. CDFZ* doctiores *FZ.* coctiores *BCD: 'quod qui defenderunt, ut Turn. Adv. XV 7, debebant saltem* coctioris' *Ritschelius* creent *Bothius* 587. *Sic A, nisi quod* SINIHIL *et* EMUNT hi sunt *(ex* sint*) B* nullust *Ritschelius.* nemost *vel* non est *Kienitz de 'Qui' p. 559* quicum litigent, lites emunt *ex A Ritschelius, Geppertus.* litium lites semunt *BCD, nisi quod* semunt *ex* semunt $D^3$. litium lites serunt *FZ.* litium, lites emunt *Turnebus.* ipsis litium, lites emunt *commemorat Kienitz l. s. s.* emunt *e 'v. c.' adscripsit etiam Scaliger. Abusus est hoc v. Lachmannus in Lucr. I, 159: quem haud pauci secuti sunt* 588. *Sic A, nisi quod* PERDANT *et* CUME*(vel* T, P, I*)*OC*(*C *incerta)*UMQUIQUITAMEN Di te *(*Dite *B) libri praeter A* equidem *F* quo meo quumqui qui tamen *B: cf. v. 536.* quo meo quom qui qui tamen *C (*meo, o *ex* do*) $D^1$ (*quom eo $D^1$*).* commendo quom qui qui tamen *Z.* commendo quiqui tamen *F.* quamquam, quiqui estis, tamen *Ritschelius.* quo modo cumque qui tamen *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242,* quo modo cumque, qui tamen *Pennigsdorf de 'quisque et quisquis' p. 12 sq. post Bentleium.* cum eo, cum quiqui *vel rectius* commodum quiqui tamen *Kienitz de 'Qui' p. 564.* quiquomque estis nunc tamen *idem Ritschelius.*

Ét bene et benígne facitis, quóm ero amanti operám datis.
Séd isti iam sciúnt, negoti quíd sit?

AGORASTOCLES

Omnem rem órdine. 590

MILPHIO

Túm uos animum aduórtite igitur. húnc uos lenoném Lycum
Nóuistis?

ADVOCATI

Facile.

COLLABISCVS

Át pol ego eum, quá sit facie, néscio:
Eúm uolo mihi démonstretis hóminem.

ADVOCATI

Nos curábimus.
Sátis praeceptumst.

AGORASTOCLES

Híc trecentos númmos numeratós habet.

ADVOCATI

Érgo nos inspícere oportet ístuc aurum, Agorástocles, 595
Vt sciamus quíd dicamus móx pro testimónio.

COLLABISCVS

Ágite inspicite.

ADVOCATI

Aurúmst profecto hoc, spéctatores, cómicum:

---

cum eo. quiqui tamen *Lipsius Ant. lect. II 19. cf. Turnebus Adv. XV 7.* quomodocunque qui tamen *Gruterus.* aequum quom quiqui tamen *et praeterea* hercule *Gronovius.* cum meo domino, qui tamen *Rostius Opusc. p. 311.* Adu. Quomodo? Milph. Quin, quiqui tamen *Bothius, Brixius Quaest. pros. p. 28. Non felicius desudaverunt Palmerius, Acidalius, Pareus.* commodum quiqui tamen *Geppertus* 589. *Sic A, nisi quod* FACITIS quomero *(m in ras.) B.* qum ero *CD* 590. *Sic A, nisi quod* SIT#OMNEINORDINEM negotii *BCD* omnem rem ordine *Camerarius.* omnem in ordine *BCD*[1], *nisi quod* inordine *C.* omne in ordine *F.* omnem ordine *D*[1]. omnem ordinem *Z.* rem omnem in ordine *Ussingius* quid siet. Adu. Omne ordine *dubitanter Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 299* 591. *Pers. om. Z Sic A, nisi quod* HUNC *et* LYCUM aduertite *B* 592. *Sic A, nisi quod* POL *et* SIT *et* NESCIO Coll.] *B B* ego pol *Z* cum *F* quasi sit *Z: corr. Pius* 593. *Sic A, nisi quod* MIHIUOLO Enim *Bothius, Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* 594. *Sic A, nisi quod* PRAINCEPTUNST praeceptum *BFZ.* preceptum *CD* 595. *Sic A, nisi quod* ISTUCAURUMAGORASTOCLES aurum *ex* auram *D* agorastodes *B* 596. *Sic A, nisi quod* SCIAMUS *et* MOXPROTESTIMONIO protestimonio *(pro ex* pre*) C* 597. *Θ* = Collabiscus *praem. B. om. pers. sine spatiis CD.* Agor. *FZ Sic A, nisi quod* AURUMESTPROFECTOHI*(vel* E*)C H* aurum est *B.* aurum est *CDFZ* Coll. Profecto *FZ* aurum. Coll. Est profecto *Acidalius*

Mácerato hoc píngues fiunt aúro in barbariá boues.

COLLABISCVS

Vérum ad hanc rem agúndam Philippumst.

ADVOCATI

Íta nos adsimulábimus.

COLLABISCVS

Séd ita adsimulatóte, quasi ego sím peregrinus.

ADVOCATI

Scílicet. 600

Ét quidem quasi tú nobiscum aduéniens hodie oráueris,
Líberum ut commóstraremus tíbi locum et uoluptárium,
Vbi ames, potes, pérgraecere.

MILPHIO

Eu édepol mortalís malos.

AGORASTOCLES

Égo enim docui.

MILPHIO

Quís te porro?

COLLABISCVS

Agite íntro abite, Agorástocles,
Ne híc uos mecum cónspicetur léno neu fallácíae 605

---

hoc, spectatores *Ritschelius, Geppertus duce A.* spectatores *libri praeter A* comicum] nimirum *F* 598. *Sic A, nisi quod* AVROIN bobes *C* 599. *Collabisci pers. praem. Ritschelius: om. libri* VERVMADHANCREMAGVNDA(A *incerta)*MESTPHILIPPVMESTITANOS *et in proprio versu* ADSIMVLEMVS *A* adhanc *C* remagundam *B.* rem agin dam *C* philippum est *BCD.* philippeum est *FZ* Adu.] *om. BCD cum A* assimulabimus *BCF.* assimilabimus *DZ* 600. SEDITAADSIMVLATOTE(*vel* I)QVASIEGOSIMPEREGRINVS‖SCILICET *A* assimulato te *BD*[1] *(coni. m. 4).* assimula tote *C* Adu.] *spat. om. CD in principio versus* 601. *Sic A, nisi quod* ET *et* NOBISCVM *et omisso* HODIE quidem *om. Z* nobis cum *C* nobiscum quid adueniens *Z* 602. *Sic A, nisi quod* TIBI *habet et in fine praeter* VOLVPT *legi nil potest* librum *C* commostraremus *FZ cum A.* commonstraremus *reliqui* 603. VBIAMESPOTESPERGRAECERE‖EDEPOLMORTALE(*vel* I)SMALOS *A* amans posses *FZ* pergraecere *B cum A.* pergere *reliqui* amans posses pergraecari *iam Valla coniecit Milphionis pers. exhibent FZ: om. sine spatiis in versus principio CD. Θ B non inepte* Eu edepol *BCD, Bentleius, Langenus p. 199.* Heu edepol *FZ.* Edepol *Ritschelius ex A* mortales *BCDFZ* 604. *Ab hoc v. usque ad v. 634 deficit A Agorastoclis et Milphionis pers. om. C sine spatiis* Quiste *C* ago rastocles *et spat. ante eam vocem D.* agorastodes *B* 605. Nec *ante ras. B* conspicietur *D*[1]. conspiciatur *D*[4] lenoneu *B* fallatiae *BD.* fallacię *C*

Praépedimentum óbiciatur.

ADVOCATI

Híc homo sapientér sapit.

Fácite quod iubét.

AGORASTOCLES

Abeamus. ét uos: satis dictúmst.

ADVOCATI

Abi.

AGORASTOCLES

Ábeo. quaeso

ADVOCATI

Di ímmortales, quín abis?

AGORASTOCLES

Abeó.

ADVOCATI

Sapis.

COLLABISCVS

St,

ADVOCATI

Quid est?

COLLABISCVS

Fores haéc fecerunt mágnum flagitiúm modo.

ADVOCATI

Quíd id est flagití?

---

606. Prepedimentum *BCD* obiiciatur *FZ* *In proximis usque ad v. 609 advocatis tribuit Ritschelius duce ex parte B, quae vel Milphioni vel Collabisco FZ* A Hic *B*. Milph. Hic *FZ: cf. etiam Seyffertus Stud. Pl. p. 3* homo] domo *CDF* Agor. Hic . . . sed uos. Adu. Satis *Ussingius* 607. Facite *B: item (Milphioni continuans) Taubmannus.* Agor. Facite *FZ* iubet. Agor. Abeamus *Aldina, Acidalius.* lubet. Abeamus *FZ.* lubet habeamus *BCD.* lubet. Agor. Abeamus *Angelius.* iubet, abeamus *Camerarius* et uos *Seyffertus l. s. s.* set uos *B.* sed uos *reliqui.* ecqui hoc *Geppertus* dictunst. Coll. abi *Z et, nisi quod* dictum est, *F.* dictumst (dictum st *B)* abi *BCD, nisi quod* dictum stabi *CD* sed uos, satin dictumst? Adu. Abi *Ritschelius* 608. *Verba* Quaeso — abis *Collabisco dat Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 776* quaeso Coll. Di immortales, quin, *Bothius.* queso dii mortales *H* quin *B et sine personae nota (sed cum spatio) CD.* dii mortales. Coll. quin *Z et, nisi quod* dii immortales, *F* *Advocatis tribuit* Sapis *Ritschelius: Milphioni B. spat. CD* si sapis *F* *Hunc v. in B excipere v. 480—546 supra dictum est* 609. St! *Geppertus.* Si tace (Sitace *C) BCD.* At at *F.* Phi tace *Z.* St, tace *Camerarius:* St *in proprio versu collocat Ritschelius* quidest *C* Coll.] *Sic FZ.* A *praem. B* fores hi *B.* fores hę *C.* fores hae *DFZ: cf. Schmidtius de dem. pron. form. p. 44 sqq.* hae *Bothius.* fores *om.* hae *Guyetus* fecerint *B (in litura) Z* 610. id *Acidalius. om. libri* flagitii *libri*

COLLABISCVS

Crepuerunt cláre.

ADVOCATI

Di te pérduint. 610

Póne nos recéde.

COLLABISCVS

Fiat.

ADVOCATI

Nós priores íbimus.

COLLABISCVS

Fáciunt, scurrae quód consuerunt: póne sese hominés locant.

AGORASTOCLES

Íllic homost, qui egréditur.

COLLABISCVS

Leno bónus est: nam similís malist.

Iám nunc ego illic égredienti sánguinem exsugám procul.

---

## LYCVS. ADVOCATI. COLLABISCVS

LYCVS

Iam ego istúc reuortar, míles: conuiuás uolo 615

Reperíre nobis cómmodos, qui uná sient.

Intéribi attulerint éxta, atque eadem múlieres

---

Dite *BC* perdiunt *BZ.* perdant *F* 611. priores *(alt.* r *e corr.) C* 612. Faciun *B* scurrę *B.* scurre *D* quod consuerunt *Pylades, Bentleius.* quod consueuerunt (quodconsueuerunt *C) libri* pones esse *B* 613. Heic *Geppertus* Quis illic *deleto* leno *Scaliger* homo est *libri* qui egreditur. Coll. Leno bonus *Ritschelius.* qui egreditur (quiegreditur *C)* leno. Coll. *(D spat. C spat. om.)* Bonus *libri* similis malist *Ritschelius Opusc. vol. II p. 572.* similis malus est *CD (super* e *apex) FZ.* similis est *B.* similis malo est *Camerarius* bono nam similis est malus '*in priscis exemplaribus*' *esse scribit Pius* 614. ego illic *Ritschelius, Luchsius Hermae vol. VI (a. 1871) p. 276.* ego illi *libri.* illi ego *Guyetus* Iam ego nunc illi *Bothius* ex sugam *B.* exugam *F* procul| probe *Muellerus Pros. Pl. p. 598* Lycus collabiscus. *subicit B*

*Actus III sc. 3* LENO ADVOCATI VILICVS DV *B. om. C (uno v. vacuo: in extremo margine videtur* M *scripta esse) D*[1]. LICVS LENO ADVOCATI COLLABISCVS VILLICVS II *D*[3] *In ipsa scaena Θ E H notis Collabisci, Lyci, Advocatorum personas indicat B* 615. am *cum spat. init. C* ego istuc *Bothius olim.* istuc ego *libri.* huc ego *Bothius postea, Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 776.* istuc *Pareus tert.* reuotar *B.* reuortar *C* 616. Repperire *BCZ* qui *B. om. reliqui* 617. Interim *F* attulerunt *CDZ* adque *B*

Iam ab ré diuina crédo apparebúnt domi.
Sed quíd huc tantum hominum incédunt? ecquidnam ád-
ferunt?
Et illíc chlamydatus quísnamst qui sequitúr procul? 620

ADVOCATI

Aetóli ciues té salutamús, Lyce:
Quamquám salutem férimus inuití tibi.

LYCVS

Fortúnati omnes sítis: quod certó scio
Nec fóre nec Fortunam íd situram fíeri.

ADVOCATI

Istic ést thensaurus stúltis in linguá situs, 625
Vt quaéstui habeant mále loqui melióribus.

LYCVS

Viám qui nescit, quá deueniat ád mare,
Eum opórtet amnem quaérere comitém sibi.
Ego mále loquendi uóbis nesciuí uiam:
Nunc uós mihi amnes éstis: uos certúmst sequi. 630

---

618. abre diuuia *C.* abrediuiua *BD*[1]. ab re diuina *D*[4] 619. ec quidnam *C.* ec quid nam *D.* et quidnam *B* ad ferunt *B.* afferunt *FZ* *Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 399* 620. illic *Bothius* ille *libri.* chlami datus (h *ex* li, t *ex* r) *B.* clamidatus *CD* quisnam (quis nam *BD*) est *libri* qui sequetur *BD*[1] *(corr. m. 4).* quisequetur *C* 621. *H B praem. om. CDFZ* Aetoli ciues te *Gruterus.* Aetolici ueste *BC et, nisi quod* Aetolyci, *D.* Aetolica ueste *Z et, nisi quod* Aetholica, *F* LYCE *C* 622. Quam quam *B* salutem *Bothius.* hanc salutem *libri* *Post hunc sequitur in libris ex inferiore loco (v. 639) huc inlatus hic versus:* Et quamquam (Etquanquam *B.* Etquamquam *C)* bene uolumus leniter lenonibus, *ubi* leuiter *FZ. Deleverunt Bothius, Bentleius* 623. certe *sola Z* 624. fore nec *Pylades.* foren et *B.* fore (forte *F)* et *reliqui* situram *B.* s///itaturam (t *erasa)* *C.* sisaturam *D.* si saturam *FZ* 625. *Spat. om. CD* Hic est th. *Guyetus.* Iste est thesaurus *Bothius, Muellerus Nachtr. p. 48.* Illic est thensaurus *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 34, qui tamen de gen. p. 47* Istic' st *praefert* thesaurus *FZ* in lingua situs *om. B* 626. questui *C* maleloqui *D.* male loqui loqui *B* 627. Lyc.] *sic Ald.: om. libri* de ueniat *B.* deueniet *Z.* adueniat *F.* deueniatur *Nic. Heinsius Advers. III 17* admare *C* 628. querere *CD.* quaerere eo *Ritschelius Opusc. vol. II p. 447.* quaererē *cum aliis Wagnerus Mus. Rhen. vol. 22 (a. 1866) p. 119* Eum oportet quaeritare comitem amnem sibi *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* 629. Ego *Angelius.* Lyc. Ego *FZ* 630. am nes *B.* amnis *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 776* certum est sequi *BCDZ.* certum consequi *F*

[Si bénedicetis, uóstra uos ripá sequar:
Si máledicetis, uóstro gradiar límite.]

ADVOCATI

Maló benefacere tántumdemst perículum,
Quantúm bono malefácere.

LYCVS

Qui ueró?

ADVOCATI

Scies.

Maló si quid benefácias, beneficium ínterit: 635
Bonó si quid malefácias, aetatem éxpetit.

LYCVS

Facéte dictum. séd quid istuc ad me áttinet?

ADVOCATI

Quia nós honoris tuí causa ad te uénimus,
Quamquám bene uolumus léniter lenónibus.

LYCVS

Si quíd boni adportátis, habeo grátiam. 640

---

*V. 631 sq. uncis inclusit Ritschelius. cf. Langrehr p. 19* 631. Si-bene dicetis *C.* benediceris *ut vid.* $D^1$. bene ducetis $D^1$ uos ripa *Bothius.* ripa uos *libri* 632. male dicetis *C.* maledicetis $D^1$. maleducetis $D^1$ uostrá *B* lymite *B* 633. Adu.] *om. CD sine spatio* bene facere *CD* tandundemst *Z.* tandundem si *CD.* tantunde si *B.* tantum est *F* 634. male facere *BCD* Qui uero *FZ.* Quid uero *BD.* Quid *C.* Qui id *Muellerus Nachtr. p. 33* Scies *in litura B* 635 sq. *Ab his versibus accedit A, ubi sic scripti sunt:*

MALOSIQUIDMALIFACIASAETATEMEXPETIT
BONOSIQUIDEMALIFACIASE*(vel* T *vel* I*)*TATEMEXPETIS

*quod defendit Ussingius* expetit *v. 636 reposito* 635. siquid *B* bene facias *B.* benefacias *ex* benefacies *D.* bene fetias *C* beneficium *Bentleius in Ter. Eun. I 2, 69.* id beneficium *libri praeter A.* benficere *et* benficium *Ritschelius Opusc. vol. II p. 719. 721, eandem formam fortasse v. 633 sq. et 636 restituendam esse dicens* 636. siquid *BC* male facias *BC* etatem etatem *C* 637. Lyc.] *Sic FZ. om. BCD* FACE*(vel* I*)*TEDICTUMSEDQUIDISTUCADMEATTI*(vel* E*)*NET *A* Facite *B.* Facete *(a e corr.) C* dictum *om. C* sed quid *DFZ.* set quit *B.* s quid *C* adme *C* attinet *CDFZ.* adtinet *B* 638. *Pers. praem. FZ: om. BCD Sic A, nisi quod* ATTE tui honoris *Reizius* huc ad te *(adte BC) libri praeter A* honoris causa huc ad te *Bothius* huc aduenimus *Ussingius cum Weisio* 639. *Sic A Hunc v., male iteratum in BCDFZ post v. 622, Acidalius delebat hoc loco* quam quam *B* leuiter *FZ* 640. *Sic A, nisi quod* ADPORTASTIS Siquid *C* ad portatis *B.* apportatis *CDFZ*

ADVOCATI

De nóstro tibi nec férimus quicquam néc damus
Neque póllicemur néque adeo uolumús datum.

LYCVS

Credo hércle uobeis: íta uostrast benígnitas.
Sed quíd nunc uoltis?

ADVOCATI

Húnc chlamydatum quém uides,
Ei Márs iratust.

COLLABISCVS

Cápiti uostro istúc quidem. 645

ADVOCATI

Hunc núnc, Lyce, ad te díripiundum addúcimus.

COLLABISCVS

Cum praéda hic hodie incédet uenatór domum:
Canés compellunt ín plagas lepidé lupum.

LYCVS

Quis hic ést?

ADVOCATI

Nescimus nós quidem istum quí siet:
Nisi dúdum mane ut ád portum procéssimus, 650

641. BONIDENOSTROTIBINECFERIMUSNECDAMUS *A* De nostro *Ritschelius.* Boni de nostro *libri cum A, nisi quod* Boni *ex* Bono *et* nostro *ex* nostri *B,* denostro *C.* Bonum de nostro *Bothius, Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* quicquam *Ritschelius. om. libri cum A* damus *A, Pylades.* damus tibi *BCDFZ* Boni nil de nostro tibi *vel* Boni tibi de nostro nil *Muellerus Pros. Pl. p. 158* 642. *Sic A, nisi quod* NECQ· 643. *Pers. om. BCD* *Sic A, nisi quod* UESTRAEST uobis *libri praeter A* itae *B* uestra est *B.* ura *CD.* uestra *F.* nostra *Z* 644. *E praem. B: spat. CD* *Sic A, nisi quod sp. ante* HUNC *omittit* uultis *libri praeter A* chlamy datum *B.* clamidatum *CD* 645. *Sic A, nisi quod* UESTRO iratus est *libri praeter A* *Θ (h. e.* Coll.*) B, Acidalius. spat. CD.* Lyc. *FZ* capite *FZ* uestro *BZ cum A.* uro *CD.* uero uestro *F* 646. *Sic A, nisi quod* NUNCHUNC *et* DIRIPIUNDUM Adu.] *spat. om. C* lice *CD* adte *C* diripiendum *BCDZ.* deripiendum *F* 647. Coll. *praem. Acidalius. Advocatis continuant libri* *Sic A* praeda *Pylades cum A.* rae da *B.* reda *reliqui* incedet uenator *cum A Acidalius.* incede tuae nator *B.* incedit uenator *reliqui* 648. *Sic A* compellunt *ex* cumpellunt *B* inplagas *C* lupum] lycum *BCD: om. FZ* 649. *Sic A, nisi quod* QUIS *et* QUISIET istum quidem *libri praeter A: corr. Reizius* quisiet *C.* que siet *B* 650. *Sic A, nisi quod* NISI *et* MANI*(vel min. prob.* E*)* du dum *B* amane *BCD.* a mane *reliqui praeter A.* a mani *Camerarius* utadportum *C* ad portum uti *Bothius*

Atque ístum e naui ibi éxeuntem onerária
Vidémus. adiit ád nos extemplo éxiens:
Salútat, respondémus.

COLLABISCVS

Mortalís malos:
Vt íngrediuntur dócte in sycophántiam.

LYCVS

Quid deínde?

ADVOCATI

Sermonem íbi nobiscum cópulat. 655
Ait sé peregrinum esse, húius ignarum óppidi:
Locúm sibi uelle líberum praebérier,
Vbi néquam faciat. nós hominem ad te addúximus:
Tu, seí te dei amant, áge tuam rem: occásiost.

LYCVS

Itane íllest cupiens?

ADVOCATI

Aúrum habet.

LYCVS

Praeda haéc meast. 660

ADVOCATI

Potáre, amare uólt.

LYCVS

Locum lepidúm dabo.

ADVOCATI

At enim híc clam furtim se ésse uolt, ne quís sciat

---

651. *Sic A, nisi quod* ATQ:ISTVM istum *libri cum A.* istunc *Camerarius* At eccistum *Geppertus* enaui *BC* ibi *addidimus: om. libri* exiunte moneraria *B* 652. *Sic A* uidimus *FZ* adnos *C* exemplo *C* 653. *Sic A, nisi quod* RESPONDEMVS ‖ MORTALE *(vel* I*)*S mortalis *libri praeter A* 654. *Sic A, nisi quod* INGREDIVNTVRDOCTE Utingrediuntur *C* in sicophantiam *D.* insicophantiam *C* 655. *Sic A* ibi nobiscum *B cum A.* nobiscum ibi *CDZ.* nobiscum ibit *F* copulat *Z cum A.* coppulat *F.* copulant *BCD* 656. *Sic A, nisi quod* AIT Agit *B* signarum *B* opidi *F* 657. *Sic A* preberier *CD* 658. *Sic A* faciet *BCD* ad te *om. C* 659. *Sic A, nisi quod* TVSEITEDE *(vel* I*)*I tu si te di *(*tedi *B,* tusite *C) BCDFZ* ament *Z* age tuam rem *Acidalius.* agere tuam rem *libri cum A.* age tuam rem quom *Ritschelius* occasio est *libri praeter A* 660. *Sic A, nisi quod* ILLEESTCVPIENS Lyc. *om. F. spat. D. om. C* Ita ne *B* Ille est *etiam BCDFZ* cupiens] copis *Dissaldeus* Ly.] *spat. D. om. C* preda *BCD* hęc *C* me ea st *B.* mea est *FZ* 661. *Sic A, nisi quod* LEPIDVM *Totum versum Lyco tribuit Ritschelius* uoli *BCD* *Personae spat. om. CD in versus principio* leppidum *C* 662. *Sic A, nisi quod* FVRTIM Adu.] *Sic FZ. II B. spat. CD*

Neue árbiter sit. nam híc latro in Spartá fuit,
Vt quídem ipse nobeis díxit, apud regem Áttalum:
Inde húc aufugit, quóniam capitur óppidum. 665

COLLABISCVS

Nimis lépide de latróne, de Sparta óptume.

LYCVS

Di deaéque uobis múlta bona dent, quóm mihi
Et béne praecipitis ét bonam praedám datis.

ADVOCATI

Immo, út ipse nobis díxit, quo accurés magis,
Trecéntos nummos Phílippos portat praésidi. 670

LYCVS

Rex súm, si ego illum hodie ád med hominem adléxero.

ADVOCATI

Quin híc quidem tuos est.

LYCVS

Óbsecro hercle hortámini,

---

Ad enim *B*. Atenim *C* hic clam furtim se *Muellerus Pros. Pl. p. 508.* hic clam furtim *CDZ cum A.* hic clam furtum *F.* hic furtim *(sine* clam*) B.* clam furtim hic *Pylades.* hic clam furtimque *Muretus Var. lect. XVII 18. Cf. tamen V 2, 61* uoli *BCD* nequis sciant *BC.* ne qui sciant *DFZ.* 663. *Sic A, nisi quod* HIC in siparta *BD.* insiparta *C* 664. *Sic A, nisi quod* REGEM Utquidem *C* 665. *Sic A, nisi quod* OPPIDVM *et* huc *omisso* Inde huc *Camerarius.* Inde nunc *libri praeter A* opidum *F* 666. *Sic A.* dela trone *B.* delatrone *(*la *s. v.) C* desparta *B.* des parta *C.* de spartha *F* 667. *Spat. om. C Sic A, nisi quod* DEAEQ:UOBIS Dideaeque *C.* Dii deaeque *F* uobis uobis *B* quom *B cum A.* cum *(*cummihi *iungit C) reliqui* 668. *Sic A* precipitis *CD* pedam *C* 669. *Sic A, nisi quod* ACCURT*(vel* E *vel* I*)*E*(vel* I *vel* T*)*SMAGIS utipse *C* ipse ut *Guyetus, Muellerus Pros. Pl. p. 360* accurres *BCDZ V. 669—678 ex altera recensione repetit Hasperus l. s. s. p. 304 (28)* 670. *Sic A, nisi quod* PRAESID*(vel* E*)*I*, ubi incertum est num altera* I *sequatur necne* praesidi *Gulielmius Veris. I 20 (cf. A) probante Acidalio.* praesibi *BD.* presibi *CF.* prae sibi *Z.* p̄ssim *'alibi scriptum esse' Pius dicit.* praes sibi *Meursius cap. 4* 671. REXSUMSIEGOILLUMHODIEHOMINEMADLEXERO *A* siego *C* hodie ad med hominem adlexero *Ritschelius.* hodie ad me *(*adme *C)* hominem mallexero *BCD.* hodie ad me hominem allexero *FZ.* hodie hominem ad me allexero *Pylades, unde ut* ad med *facias suadet A.* illunc hodie homonem adlexero *vel* illunc hodied hominem *vel* illum hocedied hominem *Ritschelius Nov. exc. p. 95: cf. Muellerus Nachtr. p. 81 et Usenerus de Pseud. p. 9* 672. QUINHICQ . . . . . *s(incerta)* . . . . OPSECROHERCLEHORTAMINI *A* Adu.] *sic B: om. CD sine spatiis* quin chic *D* tuus *(sequ. spat. in BD. om. C)* Est obsecro *BCD.* tuus est. Lyc. obsecro *FZ* tuus est hic quidem *Reizius* horta mihi *B*

Vt déuortatur ád me in hospitium óptumum.

ADVOCATI

Neque nós hortari néque dehortarí decet
Hominém peregrinum: tuám rem tu ages, sí sapis. 675
Nos tíbi palumbem ad áream usque addúximus:
Nunc té illum meliust cápere, si captum ésse uis.

COLLABISCVS

Iamne ítis? quid, quod uóbeis mandaui, hóspites?

ADVOCATI

Cum illóc te meliust rém tuam, adulescéns, loqui:
Illic ést ad istas rés probus, quas quaéritas. 680

COLLABISCVS

Vidére equidem uos uéllem, quom huic aurúm darem.

ADVOCATI

Illínc procul nos ístuc inspectábimus.

COLLABISCVS

Bonám dedistis míhi operam.

LYCVS

It ad mé lucrum.

---

673. *Sic A, nisi quod* HOSPITIVM Utdeuortatur *C* adme *C* in hospicium *D*. inhospicium *C* optimum *B* 674. NEQUENOSHORTARINEQ·DEHORTARIDECET *A* nos dehortari decet *Ritschelius*. dehortari autem decet *vel* dehortari condecet *Muellerus Pros. Pl. p. 454* 675. *Sic A, nisi quod* HOMINEMPEREGRINVM hominum *CD* tua gessi *BD*. tuam gessi *C* 676. *Sic A, nisi quod* ADARE*(vel* I*)*AMUSQUAE adaream *C* 677. NUNCTEILLUMMELIUSCAPERESICAPTUMESSEUIS *A* meliust *Ritschelius, Geppertus*. melius *libri cum A* si castum *BD*. sicastum *C* 678. *Sic A Integrum v. Collabisco dant libri praeter FZ, qui verba* Iamne itis *Lyco adsignant* Iamne itis *DFZ*. Iam ne itis *B*. Iam neitis *C* uobis *libri praeter A* 679. *Sic A, nisi quod* TEMELIUSTTUAMREM Quom *B* illuc *CDZ* melius *libri praeter A* rem tuam *Guyetus*. tuam rem *BCFZ cum A, Fleckeisenus Nov. annal. vol. 61 (a. 1851) p. 52*. tuam $D^1$, *ubi* rem *sup. scr.* $D^2$ adolescens *BF* 680. *Sic A* Ille est *Bothius*. Hic est *Guyetus*. Heic est *Geppertus*. Illic'st *Luchsius de gen. p. 47* adistas *C* queritas *CD* 681. *Sic A, nisi quod* VIDERE *et* CVM equidem ego *Brugmanus p. 37* quom *B*. cum *reliqui cum A* 682. *Sic A, nisi quod* ILLIC inspectauimus *B ante corr.* 683. *Sic A, nisi quod* BONAMDEDISTIS *et* OPERAM operam mihi *Bothius* Lyc.] *spat. B* adme *C*

COLLABISCVS

Illúc quidem, quorsum ásinus caedit cálcibus.

LYCVS

Blande hóminem conpellábo. hospes hóspitem 685
Salútat: saluom te áduenire gaúdeo.

COLLABISCVS

Multá tibi dei dent bóna, quom me saluom ésse uis.

LYCVS

Hospítium te aiunt quaéritare.

COLLABISCVS

Quaérito.

LYCVS

Ita illí dixerunt, quei hínc a me abierúnt modo,
Te quaéritare a múscis.

COLLABISCVS

Minume géntium. 690

LYCVS

Quid itá?

COLLABISCVS

Quia, a muscis sí mi hospitium quaérerem,
Aduéniens irem in cárcerem rectá uia.

---

684. Coll. *om. F* ILLVD*(vel* C*)*QVIDEMQVORSVMASINVSCAEDITCALCIBVS *A* Illuc *Acidalius.* Illud *BCDFZ, Ussingius* quidem] uiden *vel* uide *Scaliger* Coll. quorsum *F* cedit *C* 685. *Sic A, nisi quod* BLANDE *et* COMPELLABO *et* HOSPES conpellabo *B.* compellabo *reliqui cum A* Heus, hospes *Muellerus Pros. Pl. p. 522* 686. *Sic A, nisi quod spat. post* SALVTAT saluom *B cum A.* saluum *reliqui* ad uenire *B* 687. MVLTATIBIDEIDENTBONAQVOM*(vel* QVVM*)*MESALVOMESSEVIS *A* Multa tibi di (a tibi d *in ras.) B* di *DZ.* dii *F* Dident *C* quo *B.* cum *reliqui praeter A, nisi quod* cumme *iungit C* saluum *libri praeter A* saluom me *Ritschelius* 688. HOSP.... MTEAIVNTQVAERITARE‖QVAERITO *A* queritare *CD* querito *BCD* 689. Lyc.] *pers. om. BCD* *In A haec apparuerunt:* ..... XERVNTQVEIHINCAMEABIERVNTMODO Id illi *Geppertus* qui *libri praeter A* ame *BC* 690. TEQVAERITAREAMVSCIS‖AHMINIMEGENTIVM *A* queritare *CD* a muscis (amuscis *BD) libri cum A, nisi quod* a niusis *ut vid. C.* '*Quod non magis expedio quam vel Kampmannus de AB praep. p. 9 vel Hermannus in Iahni Annal. XXXV p. 192, qui* a Musis *proponebat. Novi qui de ἀμισθί cogitaret vel de* a mustis *i. e. Bacchanaliorum sodalibus*' *Ritschelius* minime *libri praeter A* 691. QVIDITA‖QVIAMVSCISSIMIHIHOSPITIVMQVAERERERE*M A* Quidita *C* Quia muscis si mihi (simihi *C) CDF cum A.* Qui amuscis si mihi *B* hospicium *C* quererem *BC* 692. *Sic A* huc irem *libri praeter A: corr. Guyetus, Bentleius, Reizius* incarcerem *C*

Ego íd quaero hospitium, úbi ego curer móllius,
Quam régi Antiocho océlli curarí solent.

LYCVS

Edepól ne tibi illud póssum festiuóm dare, 695
Siquidém potes pati ésse te in lepidó loco,
In lécto lepide stráto, et lepidam múlierem
Conpléxum contractáre.

COLLABISCVS

Is, lenó, uiam.

LYCVS

Vbi tú Leucadio, Thásio, Chio, Lésbio,
Vetustáte uino edéntulo aetatem ínriges. 700
Ibi égo replebo te úsque unguentum cheúmatis.

---

693. *Sic A, nisi quod* ID *et* HOSPITIUM ḥid *D* quero *B.* quero *C* hostium *BCD, unde* ostium *Bothius* 694. *Sic A, nisi quod* OCULI anthiocho *C.* anthioco *F* ocelli *scripsimus.* oculi *B cum A. om. CDFZ: unde Pylades* curari hospites solent *et* olim oculi *Hermannus.* eculei *Muellerus Pros. Pl. p. 517* Antiochi regis oculi *Guyetus* solet *FZ* 695. *Sic A, nisi quod* TIBIILLUM tibi illud possum *Ritschelius.* tibi illum possum *B cum A.* tibi possum illum *libri praeter AB, nisi quod* illud *F.* illud tibi possum *Hermannus Opusc. vol. 8 p. 441* festiuom *B cum A.* festiuum *reliqui* 696. *Sic A, nisi quod* ESSETEPATI *et* LEPIDO potes pati esse te *Bothius, Kampmannus de In praep. p. 7, Muellerus Pros. Pl p. 207.* potes esse pati *libri praeter A.* pote esse te pati *vel* pati pote esse te *non satis tuto effici dicit Ritschelius.* potes esse pati te *Camerarius* inlepido *C* 697. *Sic A* et *om. libri praeter A* '*Quamquam elegantiae maiorem laudem tales versus habebunt:*

Siquidem potes te patier in lepido loco,
In lecto lepide strato, lepidam mulierem *e. q. s.*'

*Ritschelius* 698. COMPLEXUMCONTRECTARE#ISLENOUIA- *A* complexum *libri praeter B* contrectare *cum A Pylades.* contrectare te *Camerarius* Is *vix sanum.* Redis (in uiam) *Muellerus Pros. Pl. p. 210.* Inis *Bothius, Ussingius ad Amph. 425.* Scis *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242* uia *Salmasius. idem num in A fuerit dubium* 699. UBITULEUCADIOLESBIOTHASIOCHIO *A* Leucadio, Thasio, Chio, Lesbio *Ritschelius.* leuchadiolos biothas iochoo *B.* leucadiolespia t hassiochoo *C.* leucadio lebia thassiochoo *D.* leucadio lesbio thasio choo *F et, nisi quod* thassio, *Z: ubi* Coo *primus Camerarius:* Leucadio, Coo, Thasio, Lesbio *eodem duce Acidalius. Vulgatum ordinem mirabatur Lachmannus in Lucr. p. 159*

700. *Sic A, nisi quod* AETATEM *De* uetustate *mensura Ritschelius Proleg. p. 151 dubitabat* Edentulo uetustate aet. inr. *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 242 cum Guyeto* 701. IBIEGOTEREPLEBOUSQ:UNGUENTUMGEUMATIS *A* ego replebo te *Ritschelius, Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 771, Mahlerus l. s. s. p. 12.* te replebo *libri praeter A, nisi quod* replebo *ex* reblebo *B.* te replebo

Quid múlta uerba? fáciam ut, ubi tu láueris,
Ibi bálneator fáciat unguentáriam.
Sed haéc latrocinántur quae ego dixi ómnia.

COLLABISCVS

Quid íta?

LYCVS

Quia aurum póscunt praesentárium. 705

COLLABISCVS

Quin hércle accipere tú non mauis quam égo dare.

ADVOCATI

Quid, si éuocemus húc foras Agorástoclem,
Vt ípsus testis sít sibi certíssumus?
Heus tú, qui furem cáptas, egredere ócius,
Vt túte inspectes aúrum lenoní darei. 710

---

ego *Geppertus, Muellerus Pros. Pl. p. 484* usque *olim* cusque *fuisse propter librorum BCDFZ hiatum conicit Bergkius Beitr. p. 119* cheumatis *Ritschelius, Ussingius.* egeumatis *BCDFZ.* eccheumatis *Camerarius, quod post eum* echeumatis *scripserunt.* agematis *(i. e. ut putamus* ochematis*) Salmasius.* ocheteumatis *Rostius Opusc. p. 144* 702. *Sic A, nisi quod* FACIAMUBI *et* LAUERES faciam ut *Ritschelius, Geppertus (idem vel* faciam ibi *Muellerus Pros. Pl. p. 28).* faciam *libri cum A* cubi *Ritschelius Opusc. phil. vol. III p. 138* 703. *Sic A, nisi quod* IBIUTBALNIATOR Ibi *Guyetus.* Ibi ut *(*et *F) libri cum A* ungentarium *C* 704. *Sic A* hęc *BC* quę *C* 705. *Sic A* Quidita *C.* Quid iam? *Acidalius, Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 243* Quia *ex* Quida *ras. C.* Quia ea *Muellerus Pros. Pl. p. 634* presentarium *CD* 706. *Sic A* Quin *FZ cum A.* Qui *BCD* hercle *(*le *e corr.) C* *Verba* accipere — dare *addidit alia manus in B* accipere tuo °manuis *B* darem *CD* *Sequitur in BCDFZ hic versus:*

E. Quin sequere me intro. Θ duc me ergo intro. addictum tenes

*nisi quod* Lyc. *et.* Coll. *est in FZ, spatia in CD, praeterea* ergo me *CDFZ, pro quo* me ergo *Gulielmius cap. 4,* ad dictum *B. Quem v. e proxima scaena (720) huc inlatum esse Acidalius vidit: pro eo autem duos hos habet A v. 707 postpositos:*

QUINSEQUEREMEINTRO#DUCMEERGOINTRO
SIEXIERITLENOQUIDTUMHOMINEMINTERROGEM

*quorum alter est insequentis scaenae 730* 707. *Sic A, nisi quod* QUIDSIEUOCEMUS Adu.] *om. BCD* Quidsieuocemus *C* huc foras *B cum A.* foras huc *reliqui* agorastoclen *B.* agorastoclem *(*ra *s. v.) D* 708. *Sic A, nisi quod* IPSUSTESTIS ipse *libri praeter A* testes *D* certissimus *B.* certi sumus *CDFZ: corr. Angelius* 709. *Ab hoc v. usque ad v. 745 deficit A* qui furem] quis tu rem *B* otius *BCDZ* 710. Ut tu te in spectes *B.* Uttute inspectes *C.* Ut tute *(*tu *s. v.)* inspectes *D* darei *Ritschelius.* dare *libri.* dari *Geppertus post Bentleium* dare; agorastocles *B*

---

**AGORASTOCLES. ADVOCATI. COLLABISCVS. LYCVS**

AGORASTOCLES

Quid ést? quid uoltis, téstes?

ADVOCATI

Specta ad déxteram,
Tuos séruos aurum quom ípsi lenoní dabit.

COLLABISCVS

Age áccipe hoc sis. heíc sunt numeratí aurei
Trecénti nummei, quí uocantur Phílippei.
Hinc mé procura: própere hosce apsumí uolo. 715

LYCVS

Edepól fecisti pródigum promúm tibi.
Age eámus intro.

COLLABISCVS

Té sequor.

LYCVS

Age age ámbula:
Ibi, quaé sunt reliqua ália, fabulábimur.

COLLABISCVS

Eadém narrabo tíbi res Spartiáticas.

---

*Act. III sc. 4* ADVLESCENS IDEM DV *B. om. CD*[1]. Agorastocles adolescens eidem *D*[3] *Eisdem atque supra personarum notis utitur B, praeterea* A *pro Agorastocle. In CD mera spatia sunt* 711. uidest *cum spat. C* quiduultis (d *e corr.) C* uultis *etiam BDFZ* Agor.] *spat. B* addexteram *C.* ad dextram *Z* 712. tuus *libri* seruos aurum quom ipsi *Ritschelius.* seruus aurum ipsi *libri.* seruus aurum iam ipsi *Geppertus.* quum seruos aurum ipsi *Pylades.* ipsi seruos aurum *Guyetus.* seruos aurum ipse ipsi *Bothius.* seruos aurum ut ipsi *vel* quom ipsi *Muellerus Pros. Pl. p. 79, qui p. 491* Ipsi tuos seruos aurum *proponit* '*Poterant etiam* aurum seruos ipsi *vel paullo rectius* seruos aurum ut ipsi' *Ritschelius* dabit *Pylades.* dabat *libri.* datat *Gruterus* 713. sis. heic *Ritschelius.* sis hic *FZ.* sis se ic *B.* sisse ic *C.* sis se hic *D* 714. nummei *Ritschelius.* numme *C.* nummi *reliqui* quiuocantur *C* philippei *Pylades.* philippi *libri* *Extrema tria verba interpolatoris esse censet Langenus p. 88* 715. propere *B.* propera *reliqui* absumi *libri praeter B* 716. *Post* edepol *eras.* fe *C* prodigium *CDZ* *V. 717 et 718 simul ferri vix posse dicit Muellerus Pros. Pl. p. 79* 717. *Pro* Coll. *et* Lyc. *spatia B* 718. Ibi quae sunt relicua *Ritschelius, Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 243.* Ibique reliqua *libri.* Ibi quae relliqua *Gulielmius cap. 5* alia eadem fab. '*v. c.*' *Scaligeri* quaeuis relicua alia *Geppertus.* alia relicua una *Weisius* 719. Coll.] *spat. om. C* Equidem *FZ* spartiacas *CD.* sparthicas *F*

LYCVS

Quin séquere me ergo.

COLLABISCVS

Dúc me intro: addictúm tenes. 720

AGORASTOCLES

Quid núnc mi auctores éstis?

ADVOCATI

Vt frugí sies.

AGORASTOCLES

Quid, si ánimus esse nón sinit?

ADVOCATI

Esto út sinit.

AGORASTOCLES

Vidístis, leno quom aúrum accepit?

ADVOCATI

Vídimus.

AGORASTOCLES

Eum uós meum esse séruom scitis?

ADVOCATI

Scíuimus.

AGORASTOCLES

Rem aduórsus populi fíerei leges?

ADVOCATI

Scíuimus. 725

720. *Cf. ad v. 706* duc me *scripsimus e librorum vestigiis v. 706 commemoratis.* abduc *libri hoc loco.* abduce *postulat Brugmanus p. 27*
721. mihi auctores *CDZ.* mihi auctoris *B.* mihi autores *F* Utfrugi *C* sies *FZ.* spes *BCD* 722. Quidsianimis *C* nonsinit *C.* non sic sinit *inter alia multa Muellerus Pros. Pl. p. 79* utsinit *C*
*V. 723—727 delet Ussingius: de v. 723—735 cf. Langrehr p. 20*
723. *Spat. om. C* quom *B.* cum *reliqui* 724. Eum] Cum eo *vel* Eo *Muellerus Pros. Pl. p. 79* Apud eum meum *Kochius Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 243* esse meum *Z* seruom *B.* seruum *CDFZ* scistis *Acidalius* Sciuimus *Camerarius.* Scimus *libri.* Scimus rem *Ritschelius.* Scimus. Agor. Rem *proximis* Aduorsus p. l. *continuans Bothius* 725. aduersus (ad uersus *B) libri* fieri *Ritschelius dubitanter.* saepe *B.* sepe *CD.* esse *FZ, transpositum post* leges *Pylades, ante* populi *def. Guyetus.* nempe *coniecturam commemorat Acidalius* Receptum aduorsus populi leges *Muellerus Pros. Pl. p. 79* scimus. Agor. Em *e proximo v.* Em *petens Ritschelius* '*Transpositionem verborum qui non reformidet, haud paullo elegantius sic poterit duce ex parte Acidalio:*

Agor. Eum uós meum esse seruom scitis? Aduoc. Scimus rem.
Agor. Aduórsus populi leges . . . . Aduoc. Saepe audiuimus.

*nisi forte duo hemistichia interciderunt post* leges' *Ritschelius*

AGORASTOCLES

Em istaéc uolo ergo uós commeminisse ómnia
Mox ád praetorem quom úsus ueniet.

ADVOCATI

Méminimus.

AGORASTOCLES

Quid, sí recenti re aédis pultem?

ADVOCATI

Cénseo.

AGORASTOCLES

Si púltem, non reclúdet?

ADVOCATI

Panem frángito.

AGORASTOCLES

Si exíerit leno, quíd tum? hominemne intérrogem, 730
Meus séruos ad eum uéneritne?

ADVOCATI

Quíppini?

AGORASTOCLES

Quom aurí ducentis númmis Philippis?

---

726. *Charisius p. 240, 20:* Plautus in Poenulo: 'em . . . omnia'

---

726. Hem (Hęm) istaec (istęc *C*, istac *Z*) *CDFZ* uolo *sup. scr. D* com meminisse *B* em istaec uolo ego uos meminisse omnia *Charisius* 727. ad praetorem quom *Geppertus, Muellerus Pros. Pl. p. 491.* cum (quum *B*) ad praetorem (ad pretorem *D*. adpretorem *C*) *libri.* quando ad praetorem idem *Muellerus eodem loco* Cum ad praetorem usus ueniet mox Adu. meminerimus *vel* Cum mox ad praetorem usus ueniet. Aduoc. meminimus *Hermannus* ueniet usus *Ritschelius* meminimus *CDFZ.* memiminimus *B.* meminerimus *Camerarius* 728. Quidsirecentire *C* recentire *D.* recentirae *B* *Personam om. FZ* Censeo] Quippini *Clemmius Mus. Rh. vol. 23 (a. 1868) p. 693* 729. *Pers. om. FZ* *Versum damnat Hasperus l. s. s. p. 304 (28)* et non *Geppertus.* nec *Guyetus* recludit *C* panem *BCD.* pede *F.* pedem *Z, codex Cantabricus Salmasii.* pede aedis *Pylades* portam *Geppertus* frangito forem *Guyetus* 730. Quid tum? hominemne *Ritschelius.* QUIDTUMHOMINEM *A supra post v. 706.* censerit hominem *B.* censeo^nt hominem *C.* censent hominem *D.* censetis hominem *FZ.* censes hominem *Bentleius.* censen' hominem *Bothius.* quid tunc? hominem *Geppertus* *De v. 732 sqq. cf. Schueth l. s. s. p. 27* 731. meum seruum *prorsus nescimus quos vetustos libros habere dicat Gulielmius cap. 2* seruos ad eum ueneritne *Ritschelius, Geppertus.* seruosi ad eum uenerit ne *B.* seruus si ad eum (siadeum *C*) uenerit ne *CDF.* seruus si ad eum uenerit neene *Z, ubi* uenit neene *Guyetus, Bentleius, Reizius.* seruos si ad eum uenerit nunc *Bothius* Quipini *D: om. F* 732. Agor.] *om. Z* Quom (m *in ras.*)

ADVOCATI

Quíppini?

AGORASTOCLES

Ibi extémplo leno errábit.

ADVOCATI

Qua de ré?

AGORASTOCLES

Rogas?

Quia céntum nummis mínus dicetur.

ADVOCATI

Béne putas.

AGORASTOCLES

Aliúm censebit quaéritari.

ADVOCATI

Scílicet. 735

AGORASTOCLES

Extémplo denegábit.

ADVOCATI

Iuratús quidem.

AGORASTOCLES

Homo fúrti sese adstrínget.

ADVOCATI

Hau dubium íd quidemst.

AGORASTOCLES

Quantúmquantum ad eum erít delatum.

ADVOCATI

Quíppini?

AGORASTOCLES

Ibo ét pultabo iánuam.

ADVOCATI

Ito: quíppini?

---

*solus B.* cum *CDFZ* Aduoc.] *om. F* 733. Agor.] *om. FZ* leno extemplo *Bothius* cerrabit *B* *Agorastoclis et advocatorum personas in proximis aut permutant aut omittunt FZ* Quadere *C* 734. dicetur *Pius.* diceretur *BCDF.* dentur *Z* putassis *Z.* putastis *F* 735. queritari *B.* queritari *CD* 736. denegauit *C* 737. furti sese *Pareus ed. tert., Bentleius.* furti se *FZ.* furtis est *B.* furtis es *C.* furtis ""e" *D* astringet *F.* adstringit (ad stringit *B*) *reliqui* *Spat. om. C* haudubium *D.* aud dubium *B.* haud dubium *reliqui* quidem est *Camerarius.* quid est *B.* quidem *reliqui* 738. Quantum quantum ad eum (adeum *C*) *BCD.* Quantum ad eum *FZ* ad eum huc *Brugmanus p. 12* *V. 739. 740 hoc ordine Acidalius: inverso libri. utrumque damnat Ussingius* 739. ianuam hanc *Camerarius* ito *Acidalius.* ita *libri.* ita fac *Pylades*

AGORASTOCLES

Diéspiter uos pérduit.

ADVOCATI

Te quíppini? 740

AGORASTOCLES

Tacéndi tempus ést, nam crepuerúnt fores.
Forás egredier uídeo lenoném Lycum.
Adéste quaeso.

ADVOCATI

Quíppini, nos sí uoles?
Operíte capita, né nos leno nóuerit,
Qui illí malae rei tántae fuimus ínlices. 745

---

## LYCVS. AGORASTOCLES. ADVOCATI

LYCVS

Suspéndant omnes núnciam se harúspices,
Quam ego íllis posthac quód loquantur créduam.
Qui in ré diuina dúdum dicebánt mihi

---

745. *Nonius p. 446, 32:* Illix et illex hoc discernuntur. Ab illiciendo illix; illex a quo lex non seruetur. Plautus Poenulo: 'quid . . . inlix'.

---

740. perdiunt *F* 741. concrepuerunt *Bentleius* 742. egredier uideo *B.* egredietur uideo *C.* egredietur uide *D.* egreditur Aduoc. uide *FZ: ubi* uideo *Camerarius.* égredi eccum *Muellerus Pros. Pl. p. 79* lycum *(*ly *e corr.) C* *V. 743 sq. simul ferri posse negat Muellerus Pros. Pl. p. 79* 743. ad es tequęso *B.* adeste queso *D.* adestę queso *C* nos si uoles *Ritschelius.* si uoles *(*siuoles *C) libri.* quin si uoles *Pylades, Acidalius.* si tu uoles *Camerarius.* sed *(vel* nisi*)* prius lubet *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 403.* Sine, si uoles *Geppertus.* Sed nos decet *Ussingius* 744. Operite *Scaliger, Bentleius in Heautont. II 3, 111.* Operire *libri. cf. Seyffertus et Geppertus ad v. 743* nenos *B* leno nouerit *B.* leno rit *CD.* leno uiderit *FZ* 745. cui *CD.* quid *Nonius* illi *(s. i. pr. apex) D* malae rei tantae *Camerarius.* malae ire it ante *B.* male irę it ante *D.* marę ire it *C.* malae rei ante *FZ.* tantae rei *Nonius.* malae rei ante *Pylades, Bentleius* fumus *Nonius* inlices *CDZ.* inlix *Nonius.* indices *F.* inlyces; lycus. agorastoclès. *B* *Act. III sc. 5* LENO ADOLESCENS ADVOCATI DV *B. om. CD*[1]. Licus leno Agorastocles Aduocati *D*[3] 746. *Ab hoc versu accedit A* Sic *A, nisi quod* SESE uspendant *cum spat. C* omnes ////// *(*se *erasa) D* nunc iamse *C.* nunc iam se *D.* nunc se iam *Z.* nunciam sese *Bentleius, qui postea vulgatum recte probavit (*nunciam*)* aruspices *F* 747. *Sic A, nisi quod* POSTHAC Quam *BCD cum A.* Quid *FZ* illis *om. B* post hęc *B* quodloquantur *C.* quid loquantur *F* 748. *Sic A* Quiinre *C.* Cui in re *Scioppius Susp. lect. II 7*

Malúm damnumque máxumum porténdier,
Is éxplicaui meám rem postillá lucro. 750

AGORASTOCLES

Saluós sis, leno.

LYCVS

Deí te ament, Agorástocles.

AGORASTOCLES

Magis mé benigne núnc salutas quam ántidhac.

LYCVS

Tranquíllitas euénit, quasi naui ín mari.
Vtquómquest uentus, éxim uelum uórtitur.

AGORASTOCLES

Valént apud te quós uolo? atque hau té uolo. 755

LYCVS

Valént ut postulátumst: uerum nón tibi.

AGORASTOCLES

Mitte ád me, si audes, hódie Adelphasiúm tuam
Die fésto celebri nóbilique Aphrodísiis.

LYCVS

Calidúm prandisti prándium hodie? díc mihi.

---

749. *Sic A, nisi quod* DAMNUMQ:MAXIMUM damnum quae *B*. dampnumque *CD* maximum *libri cum A* 750. *Sic A, nisi quod* EXPLICAUIT Ecce *Geppertus edidit: corr. stud. Pl. I p. 136.* Is *leni anacoluthia, quae ferenda videtur.* iis *F* Is — lucris *Ussingius* post illa *D*. post illam *B* 751. Agor.] A $D^3$. *om. C* *Sic A, nisi quod* DEITE Saluus *CDFZ* Lyc.] L $D^3$ Di te *BFZ*. Dite *CD* 752. *Sic A, nisi quod* BENIGNE *et* SALUTAS an*(*t *cras.)*idhac *D*. antehac *F* 753. *Spat. om. CD* TRANQUILLITASEUENITQUASI*(vel* T *vel* E*)*NAUTINMARI*(vel* E*)* *A* tranquillitas *(*it *s. v.)* *C* quasi naui *FZ cum A*. quast naui *(*naui *s. v. C)* *BCD* inmari *C* 754. *Huic quoque v. E praem. B* UTQUOMQ:UENTUS-EXIMUELUMUORTITUR *A* Utquomque est *B*. Utcumque est *reliqui, nisi quod* est *(ut A) om. F* exim *BCD cum A*. exin *Z, Bentleius in Heautont. III 3, 17.* exit *F* uortetur *(*e *ex* i *ut vid.)* *C* *Cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 282* 755. UALENTAPUDTEQUOSUOLOATQ:HAUDTEUOLO *A* Valeant *libri praeter A* namque *Ussingius.* atqui *Geppertus* hautte *B*. haut te *D*. haud te *CFZ* 756. *Spat. om. CD* UALENTUTPOSTULA*(lacuna in ipsa membrana sequitur)*TUMESTUERUMNONTIBI *A* Valent *B cum A*. ualeant *reliqui* postulatum si *BCD*. postulatum est *FZ cum A* nontibi *C* 757. *Spat. om. CD* MITTEADMESIAUDESHODIEADELPHASIUMTUAM *A* mitti ad me *FZ* adme *C*. si audes *(*siaudes *C)* *BCD cum A*. si audies *FZ*. sodes *Camerarius* 758. DIEFESTOCELEBRINOBILIQ:APHRODISIIS *A* diefesto *D* aphrodisus *C*. afrodisiis *B* 759. Agor. *praem. FZ* *Sic A, nisi quod* PRANDIUM prandidisti *DF*

AGORASTOCLES

Quid iám?

LYCVS

Quia os nunc frígefactas, quóm rogas. 760

AGORASTOCLES

Hoc áge sis leno. séruom esse audiuí meum
Apúd te.

LYCVS

Apud me? númquam factum réperies.

AGORASTOCLES

Mentíre: nam ad te uénit aurumque áttulit.
Ita míhi renuntiátumst quibus credó satis.

LYCVS

Malú's: captatum me áduenis cum téstibus. 765
Tuórum apud me némost nec quicquám tui.

AGORASTOCLES

Meméntote illuc, áduocati.

ADVOCATI

Méminimus.

LYCVS

Ha ha hé, iam teneo, quíd sit: perspexí modo.

---

760. Agor.] Lyc. *FZ. om. CD* *Sic A, nisi quod* CUM Lyc.] Agor. *Z. om. F* os *A, Gruterus, Scaliger, Acidalius.* hos *BCDF.* hoc *Z* frige factas *B.* frigide factas *Gulielmius, Dousa cap. 4* quom rogas *B.* cum rogas (cumrogas *C) CDFZ* 761. Agor.] *spat. om. D* *Sic A* seruum *CDFZ* audi ii (audi *e corr.) D* 762. *Sic A, nisi quod* REPERIES Aput te *B.* Apudte *C* apud me numquam *D.* apudnumquam me *C.* aput nunquam *B* Li. $D^3$ repperies *CD. idem ex* reperies (p *alt. s. v.) B* 763. Agor.] *pers. sup. scr.* $D^3$. *om. C* MENTIRENAMADTEUENITAURUMQ: ATTULIT *A* adte *C* aurumque *FZ.* maurumque *ante ras. D.* maurumque *C.* maurum que *B* 764. ITAMIHIRENUNTIATUMSTQUIBUSCREDOSATIS *A* renuntiatum (renunciatum *C)* est (exstitit *F) BCDFZ.* renuntiarunt *Geppertus* ibus *Pontanus* 765. Lyc.] *om. B.* L *sup. scr.* $D^3$. *spat. om. C* *Sic A, nisi quod* EST- *(vel* I *vel* E*) et* TESTIBUS malus es *libri praeter A* captatõ *D* adnuenis *DFZ.* ad uenis *ex* ad uenit *B.* ad uenit *C* qum testibus *B.* cu(u *e corr.)*mtestibus *C* 766. *Sic A, nisi quod* TUORUM *et* TUI *Post* Tuorum *sup. scr.* A $D^3$ nemo est *B, Camerarius.* nemo *CDFZ* neque *F* 767. *Sic A, nisi quod* MEMENTOTEILLUD illuc *libri praeter A* ADVO $D^3$ Me minimus *C* 768. *Sic A, nisi quod* HAHAIAM *Pers. om. B* Ha ha he *CDZ.* Ahaheh *F.* Ha ha *(ex* ba*)* hac *B* teneto *Z: corr. Saracenus, Pius* quidsit *C.* quit sit *B* perspexit *CD.* perpexit *B*

Hi, qui íllum dudum cónciliauerúnt mihi
Peregrínum Spartanum, íd nunc eis cerebrum úritur, 770
Me esse hós trecentos Phílippos facturúm lucri:
Nunc húnc inimicum quía esse sciuerúnt mihi,
Eum ádlegarunt, suóm qui seruom díceret
Cum auro ésse apud me. cónpositast fallácia:
Vt eó me priuent átque inter se díuidant. 775
Lupo ágnum eripere póstulant. nugás agunt.

AGORASTOCLES

Negásne apud te esse aúrum nec seruóm meum?

LYCVS

Nego ét negando, sí quid refert, ráuio.

ADVOCATI

Perísti, leno: nam ístest huius uílicus,
Quem tíbi nos esse Spártiatem díximus, 780
Qui ad té trecentos Phílippeos modo détulit:

---

769. HIQUIILLUMDUDUMCONCILIAUERUNTMIHI *A* 770. PEREGRINUMSPARTANUMIDNUNCHISCEREBRUMURITUR *A* id nunc eis cerebrum uritur *Seyffertus Stud. Pl. p. 16.* id nunc his cerebrum uritur *cum A Curio.* id nunc? *B.* id nunc hisce ‖ Crebro auritur *CD.* id nunc hisce credo auditum *FZ, ubi* hosce *Saracenus.* id nunc his cor uritur *Camerarius, Scaliger, qui et* id nunc his cerebrum uertitur, *ubi* cribro hauritur *Gruterus* 771. L *praem. D*³ MEESSEHOSTRECENTOSPHILIPPOSFACTURUMLUCRI *A* 772. NUNCHUNCINIMICUMQUIAESSESCIUERUNTMIHI *A* quia esse *ex* quia huncsse *corr. D* *Ante* mihi *spat. C* 773. EUMADLEGARUNTSUO *et in fine* CERET *ita, ut inter* O *et* C *paullulo plus quam* mquiseruomdi *scriptum fuisse videatur A* Eum adlegarunt *Bentleius, Bothius cum A.* Eum adlegauerunt *libri praeter A, nisi quod* Eum *in CD versui 773 adhaeret.* Adlegauerunt *Pylades* suum *BCDFZ* seruum *CDFZ* 774. CUMAUROESSEAPUDMECOMPOSITASTFALLACIA *A* Quomauro *B.* Cumauro *C* composita est *libri praeter A* fallatia *BCD* 775. UTEOMEPRIUENT *et in fine* DIUIDANT *A* adque *C.* ad que *B* interse *BC* 776. LUPOAGNUMERIPEREPOSTULANTNUGASAGUNT *A* nugas (u *ex* a, *quam incohaverat librarius) C* 777. A *praem. D*³ NEGASNEAPUDTEESSEAURUMNESERUUMMEUM *A* Negas ne *B.* Negas *Muellerus Nachtr. p. 103* seruom *B.* seruum *reliqui cum A* 778. Lyc.] L *sup. scr. D*³. *spat. om. C* *Sic A, nisi quod* SI siquid *C.* siquit *B* refert rauio *cum A Turnebus XIX 12, Lambinus, Scaliger.* refertauio (o *ex* a) *B.* refert (e *poster. ex* r) auio *C.* refertauio *D.* refert auio *FZ.* refert aio *Pius.* refert abnuo *Camerarius.* refert annuo *Saracenus, Meursius.* refert, arguam *Geppertus* 779. A *praem. D*³ *Sic A, nisi quod* PERIISTI laeno *B* iste est *BCD.* iste *F* uillicus *FZ* 780. *Sic A, nisi quod* SPARTIATEM sparuatem *BC.* spartiatem *ex corr. D*¹. spartiatum *D*³. sparthanum *F.* Spartiatam *Ussingius* 781. QUIADTETRECENTOSPHILIPPE(*vel* I)OSMODODETULIT *A* Qui atte *B.* Quia te *C.* Quiate *D* Philippeos modo *cum A*

Idque ádeo in istoc aúrum inest marsúppio.

LYCVS

Vae uóstrae aetati.

ADVOCATI

Id quídem nunc in mundóst tuae.

AGORASTOCLES

Age, omítte actutum, fúrcifer, marsúppium.
Manufésto fur es. míhi, quaeso hercle, operám date, 785
Dum mé uideatis séruom ab hoc abdúcere.

LYCVS

Nunc pól ego perii cérto, haud arbitrário.
Consúlto hoc factumst, míhi ut insidiae fíerent.
Sed quíd ego dubito fúgere hinc in malám crucem,
Prius quam híne optorto cóllo ad praetorém trahor? 790
Eheú, quom ego habui hos áriolos harúspices,

---

791—793. *Nonius p. 392, 17:* spissum significat tardum . . . Plautus Poenulo: 'eheu . . . praesentarium est'

---

*Reizius, Lachmannus, Geppertus.* philippos hos *Brugmanus p. 49.* philippos modo *BCDFZ.* modo Philippos *Pylades* Philippos detulit modo *Franckenus Mnemos. vol. IV (a. 1876) p. 159* 782. IDQ·INISTOCADEOAURUMINESTMARSUPPIO *A* adeo in istoc *Pylades.* in istoc adeo *Z cum A.* in isto cadeo *B.* inisto cado *CD.* in istoc *F* in est *B* marsupio *BDFZ* 783. *Ab hoc versu usque ad v. 849 deficit A* L *praem.* $D^3$ Ve *CDFZ* uostrę *C.* uostra *B* A $D^3$ Id quidem nunc in mundost tuae *scripsimus.* Id quidem mundo *(n s. v. D)* est tuae *(est tuę C.* estuae *D) BCD.* Id quidem nunc est tuae *FZ.* Id quidem in mundo est tuae *Scaliger, Pareus.* Id quidem in mundo nunc est tuae *Pylades.* Id in mundo quidem tuae est *Taubmannus.* Id nunc quidem in mundo est tuae *Dousa f., Meursius, Gruterus.* At id *e. q. s. Reizius.* Id quidem situm in mundost tuae *vel* Id tuae quidem *vel* Tuae id quidem in mundost situm *Muellerus Pros. Pl. p. 345* 784. *Pers. om. B* ac tutum *BC* marsupium *libri* 785. *Ante* fur L $D^3$ fures *BCF* mihi. quaeso *in plerisque editionibus fuit ante Lomanum p. 3* queso *sup. scr. D.* queso *C* 786. Dumme *C* uideritis *F.* uidetis *Guyetus* seruum *CDFZ* abhoc *C* 787. *Pers. om. BCD* 788. factum est *libri* ut insidie *D.* utinsidie *C.* ut in sidiae *B* fierent *(e post. e corr.) C* 789. Sedquidego *C* dubito *(b e corr.) C* inmalam *C* 790. Priusquam *CD* hinc *B. om. CDFZ* obtorto *FZ* adprętorem *C* 791. Eheu *(u in lit.) B.* Heheu *DZ.* Heu heu *F.* Eheu eheu *Pareus tert.* quom *B.* cum *CD.* quam *FZ ex Nonio.* quamde *Bothius.* quos *Pius: cf. Luebbertus 'Quom' p. 104* Eheu, malos quam *Guyetus* hos ariolos *Geppertus.* hariolos *BC.* ariolos *DFZ* nunc habui ariolos *Pylades* aruspices *DFZ, Nonius*

Qui sí quid boni promíttunt, perspisso éuenit:
Id quód mali promíttunt, praesentáriumst.
Nunc íbo, amicos cónsulam, quo mé modo
Suspéndere aequom cénseant potíssumum. 795

---

**AGORASTOCLES. COLLABISCVS. ADVOCATI**

AGORASTOCLES

Age tú, progredere, ut uídeant te ire istínc foras.
Estne híc meus seruos?

COLLABISCVS

Sum hércle uero, Agorástocles.

AGORASTOCLES

Quid núnc, sceleste léno?

ADVOCATI

Quiquom lítigas,
Apscéssit.

AGORASTOCLES

Vtinam hinc ábierit malám crucem.

---

792. Qui si quid *CFZ.* Qui siquit *B.* Quid si quid *D.* Quia quid *Nonius.* Quicquid *Mercerus* boni *FZ.* bene *BCD, Nonius* Qui si boni quid produnt *Guyetus* *Verba* perspisso — promittunt *(v. 793) om. BCD* perspisso *F, Nonius, Muellerus Pros. Pl. p. 158.* pro spisso *Z et editiones fere omnes* 793. praesentarium est *B.* praesentiarum (presentiarum *C)* est *CD.* praesentariem *vel* praesentari est *codd. Nonii* 794. quomemodo *C.* quo memodo *D* 795. aequum *DFZ.* aequm *C* censeant *D* potissimum *libri, quo addit* agorastocles. colybiscus *B* *Act. III sc. 6* ADVLESCENS VILICVS ADVOCATI *B. om. CD*[1]. Agorastocles adoł collabiscus uillicus aduocati II *D*[3] 796. Age tu *FZ.* Agetur *BD.* getur *cum spat. init. C. del. Guyetus, Spengelius Plaut. p. 44* progredere *FZ.* procredere *CD.* pro credere *B.* progredire *Bothius troch. octon. fingens* ut uideant *Bentleius, Reizius, Ritschelius.* ut testes (uttestes *C)* uideant *libri* ut te testes uideant *Umpfenbachius Melet. Pl. p. 24 transponit troch. octon. fingens* teireistinc foras *B.* teire istinc foras *D.* te istinc foras *sinc* ire *C, Camerarius.* te foras *Weisius.* hinc foras *Geppertus* 797. A *praem. D*[3] Estne hic meus seruos *Ritschelius, Geppertus.* Est ne hic meus (u *e corr.)* seruos (v *e corr.) B.* Estne hic seruus meus (mes *D) reliqui.* Es seruus meus *Guyetus* *Ceterum hunc quoque v. Bothius* (Estne seruus hic meus*) octon. troch. esse vult* Coll.] *H B.* L *D*[3] sum hercle *Weisius post Acidalium et Bentleium.* sum me hercle *BFZ.* summe hercle *C.* summe ercle *D* 798. A *praem. D*[3]. *om. B* Adu.] C *D*[3] Qui quomlitigas *B.* Quicumlitigas *C.* Quicum (Qui *ex* Quid *ras. D)* litigas *DFZ* 799. *Spat. praem. D* Apscessit *solus B.* Abscessit *reliqui* abierit *FZ.* aberit *BCD* in malam *Pylades.* malam in *Goellerus ad Truc. p. 87: cf. Luchsius*

ADVOCATI

Ita nós uelle aequomst.

AGORASTOCLES

Crás subscribam hominí dicam. 800

COLLABISCVS

Numquíd me?

AGORASTOCLES

Apscédas: sumas ornatúm tuom.

COLLABISCVS

Non súm nequiquam míles factus: paúlulum
Praedae íntus feci, dúm lenonis fámilia
Dormítat: extis súm satur factús probe.
Abscédam hinc intro.

AGORASTOCLES

Fáctum a uobis cómiter. 805

Bonám dedistis, áduocati, operám mihi.
Cras máne, quaeso, in cómitio estote óbuiam.
Tu séquere me intro. uós ualete.

ADVOCATI

Et tú uale.

Iniúriam illic ínsignite póstulat:
Nostró seruire nós sibi censét cibo. 810
Verum íta sunt omnes ísti nostri díuites:
Si quíd bene facias, léuior plumast grátia:

---

*Studemundi Stud. vol. I p. 19* 800. ADV $D^3$ aequum est *BZ.* aequm est *C.* equum est *D.* aequust *F* Crassus scribam *BCD.* cras scribam *F* *De v. 801—808 cf. Langrehr p. 20* 801. Numquid me? *Lambinus.* Num qui me *B.* Numqui me *D.* Numquime *C.* Numquid *FZ.* Numquid me . . . *Bothius* Agor. Apscedas *B.* abscedam. Agor. *FZ, unde mira ariolatus est Pylades* ornamentum *B* tuum *libri* 802. nequicquam *FZ* factus *(s ex m) C* 803. Praede *B.* preda *CD* 804. extis sum *C.* ex̄tis sum *D.* satis sum *F* 805. Abscedam *B* hinc *(hin in litura) B* Agor.] C $D^3$ auobis *BC* 806. ad uocatioperam *B* 807. queso *BCD* incomito *C* 808. tusequere *C* Ettuuale *C* *Versum delet Geppertus: cf. Stud. Pl. vol. I p. 65 et Seyffertus Stud. Pl. p. 10* 809. Iniurium *Scaliger ascripsit* 810. Nostros *BCD* seruire nos sibi *B.* seruire sibi nos *CDF.* sibi seruire nos *Z* 811. sunt omnes *Pylades, Scaliger, cod. Schob. idem vel* sunt ingenio *Bentleius.* sunt *libri. Possis:* sunt animati, *ubi* solent esse *vel* sunt plerique *Muellerus Pros. Pl. p. 540* 812. Siquid *C.* Si quid *(d ex t) B.* Siquidem *F* Si bene quid facias *Pareus tert.* pluma est *libri* gratia *FZ.* grauia *(a poster. sup. scr. B) BCD*

Si quíd peccatumst, plúmbeas irás gerunt.
Domós abeamus nóstras, sultis, núnciam:
Quando íd, quoi re operam dédimus, inpetráuimus, 815
Vt pérderemus córruptorem cíuium.

---

813. Siquid *C* peccatumst *DF*. peccatum si *B*. pecciatum st *C*. peccatust *Z* 814. habeamus *BCD* stultis *CD*. si uultis *F*. si ultis *Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 685* nunciam *CD*. nuntiam *B*. nunc iam *Z*. iam nunc *F* 815. quoi re *Bothius*. quoire *C*. quo ire *D*. quod ire *Z*. cui rei *F*. quostrei (st *in* i *corr.*) *B*. quoi rei *Scaliger, Lipsius* impetrauimus *CFZ* 816. Utperderemus *C* ciuium; mylphio *B*

# ACTVS IV

MILPHIO

Exspécto, quo pactó meae techinaé processuraé sient.
Studeo húnc lenonem pérdere, qui méum erum miserum mácerat:
Is me aútem porro uérberat, incúrsat pugnis, cálcibus.
Seruíre amanti míseriast, praesértim qui quod amát caret. 820
Attát, e fano récipere uideó se Syncerástum,
Lenónis seruom. quíd habeat sermónis, auscultábo.

---

**SYNCERASTVS. MILPHIO**

SYNCERASTVS

Sátis spectatumst deós atque homines eíus neclegere grátiam,
Quoíus hominis erus ést consimilis, uélut ego habeo hunc huíusmodi.

---

*Act. IV sc. 1* *Hunc actum ante secundum positum olim fuisse demonstravit Goetzius Ind. Ien. aest. a. 1883 p. 3 sqq.: cf. praef.* SERVOS C· *B. om. CD*[1]. Milfio servvs *D*[3] 817. xpecto *cum spat. init. C.* Expecto *FZ* pacco *B* meae techinae *Ritschelius Opusc. vol. II p. 473.* mea et ethine *B.* mea et ehine *C.* mea et ehinę *D*[1], *unde* meae tehnę *D*[4]. meae technae *Z.* meae tecae *F* processurę *C* sierit *B* 818. Studeo lenonem perdere hunc *Pylades* qui *F, Geppertus, Fuhrmannus Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 688.* iut *B.* ut *CDZ.* uelut *Camerarius.* uel *Bothius. De* quod, quia, qui, nam, illic *cogitari posse dicit Muellerus Pros. Pl. p. 376.* uti *Pareus* erum *(er et pars* u *litterae in lit.) B.* herum *FZ* misere *quasi e codicibus Geppertus* 819. aut *F* me incursat *Pylades,* me *ante* autem *delens, servato* me *Reizius* 820. miseria est *libri* praesertim *FZ.* presertim *D.* presentim *BC* 821. Attate fano *B.* Attat efano *C.* Atat e fano *FZ.* Atat efano *D.* At eccum e fano *mire Geppertus* se *sup. ser. D* sincerastum *BCDF* 822. seruum *libri praeter B* sermonis *F, Pius.* sermones *BCDZ*

*Act. IV sc. 2* SINCERASTVS· MILPHIO SERVI· II C· *B. om. CD*[1]. Sincerastus Milfio serui II *D*[3] *Pro Syncerasto K nota utitur B. personas om. CD, nisi ubi adnotabitur V. 823 sq. damnat Guyetus* 823. S *praef. D*[3] atis *c. spat. init. C* spectatum est *libri* homines-euis *B* neclegere *B.* neglegere *CD.* negligere *FZ* 824. Cuius hominis erus est *Geppertus.* Quo hi homini *(*homines *C)* erus et *BCD.* Eiusmodi herus et *F.* Cuiusmodi herus et *Z.* Cui homini erus est *Pylades, Lachmannus in Lucr. p. 388 suo more hiatum excusans.* Quoi homini est erus *Bothius. Cf. Ritschelius Opusc. vol. III p. 262. De* Quoius *cf. Luchsius de genet. p. 9 et Brandtius de genet. p. 41* consimiles *FZ: corr. Pylades* uel ut *Muellerus Nov. ann. t. 83 (a. 1861) p. 270* hunc *Bothius.*

Néque periuriór neque peior álter usquamst géntium, 825
Quám erus meus est, néque tam luteus néque tam caeno cónlitus.
Íta me di ament, uél in lautumiis, uél in pristino máuelim
Ágere aetatem praépeditus látere forti férreo,
Quam ápud lenonem hunc séruitutem cólere. quod illuc ést genus:
Quaé illic hominum córruptelae fíunt. di, uostrám fidem: 830
Quóduis genus ibi hóminum uideas, quási Acheruntem uéneris,
Équitem, peditem, líbertinum, fúrem an fugitiuóm uelis,
Vérberatum, uínctum, addictum. quí habet quod det, útut homost,
Ómnia genera récipiuntur: ítaque in totis aédibus
Ténebrae, latebrae: bíbitur, estur, quási in popina, nón secus. 835

---

nunc *libri* huius modi *B*. huiusmodi *(d e corr.) C* 825. usquam est *libri* 826. herus *FZ* est *om. C* meus erus est *Guyetus* luteus *ex* lutuis *B* cęno *D*. ceno *BC* 827. mediamentuel *B* dii *F* uel *om. Pylades* in lautumiis *BD*². in lautumis *D*¹. inlautumus *C*. in latumiis *Z*. in latrinis *F* in pristino *B*, *Lambinus*. in pistrino *DFZ*. inpistrino *C* mauolim *Pareus* *Ceterum hunc v. collocat post v. 832 errorem signis corrigens C* 828. prępeditus *C*. praeditus *B* latere *BCDF*, *quod quid sit nescimus:* latera *Z*, *Camerarius*, *Scaliger*, clatro *Guyetus*, catulo *Bentleius*, *Muellerus Pros. Pl. p. 345*, *Schuethius l. s. s. p. 43. de* onere *cogitat Ussingius. (*latera*)* torto *Kochius Mus. Rhen. vol. 26 (a. 1871) p. 62* forti] forcipe *Geppertus* latera *scribens: cf. eiusdem Stud. Pl. vol. I p. 139* ferreo *Scaliger*. ferro *libri*. ferro meam *Pylades*. ferro mea *Camerarius*. ferro mea meam *Acidalius* 829. hanc seruitutem *Weisius*. seruitutem *Bothius* quod illuc *Bothius*. quid illuc *libri, nisi quod* quidilluc *C et* illuc *ex* illic *B et* illic *F* gelus *Ussingius* 830. Quę *C*. Que *B* hominem *B* corruptelae *BFZ*. corruptellae *D*. corruptellę *C* dii *F* 831. *Versum delet Schuethius l. s. s. p. 30 ut parallelum versui 834* Quod uis *B* Acherontem *F* 832. Equitaem peditaem *B* an fugitiuum *Acidalius*, *Bentleius ad Hor. Art. poet. v. 113*. ad fugitiuum *BDZ*. adfugitiuum *C*. ac fugitiuum *F*, *Camerarius*. aut fugitiuum *Valla* furem ac fugitiuom inuenis *Geppertus*. furem ac fugitiuum simul *Guyetus*. furem ac fugitiuom scelus *Ussingius*. furem ac fugitiuom uides *Schuethius l. s. s.* Equitem an peditem an libertinum an furem an fugitiuom uelis *Muellerus Pros. Pl. p. 346* *Sequitur in C v. 827* 833. qui habet quod debet *F*. qui quod det habet *Guyetus* utut homo est *Gulielmius*. ut homo est *libri, nisi quod* uthomo est *C* 834. ita que *B* intotis *BC* edibus *B* 835. Tenebre latebre *C* bibiturestur *B* estu *C*. ęstu *D* qua si *B* popina, non secus *scripsimus*. popina *(i ex o C)* hausecus *(*haud secus *CDFZ) libri*. popinad, hau secus *Ritschelius Nov. exc. p. 64*. popina, hau secius *Muellerus Pros. Pl. p. 683*. popina: haud est secus *Geppertus*

Ibi tu uideas lítteratas fíctiles epístulas,
Píce signatas: nómina insunt cúbitum longis lítteris.
Íta uinariórum habemus nóstrae dilectúm domi.

MILPHIO

Ómnia edepol míra sunt, nisi érus hunc heredém facit:
Nam ís quidem ut meditátur, illi uérba faciet mórtuo. 840
Ét adire lubet hóminem et autem nímis eum auscultó lubens.

SYNCERASTVS

Haéc quom hic uideo fíeri, crucior: prétiis emptos máxumis
Ápud nos expecúliatos séruos fieri suís eris.
Séd ad postremum níhil apparet: mále partum male dísperit.

MILPHIO

Proínde habet orátionem, quási ipse sit frugí bonae, 845
Qui ípsus hercle ignáuiorem pótis est facere ignáuiam.

SYNCERASTVS

Núnc domum haec ab aéde Veneris réfero uasa, ubi hóstiis
Érus nequiuit própitiare Vénerem suo festó die.

---

836. fictiles *om. CDFZ* epistulas (a *ex* e) *B*. epulas *Z* 837. in sunt *B* longis (i *e corr.*) *C* 838. uinariorum (a *ex* o) *B*. uiuariorum *Gulielmius cap. II* dilectum ire *D*. delectum *Pius, Saracenus* 839. *Pers. om. B* nisi erus *Camerarius*. nesi erus *B*. nesierus *C*. ne si erus *D*. ne si herus *FZ* eredem *D* 840. is quidem ut meditatur, illi *Acidalius*. id quidem illi ut meditatur *B, nisi quod* a *in litura, deinde sup. scr.* id quidem illi meditatur *CDFZ, nisi quod* meditatur *ex* meditator *C*, medicatur *F, ubi* ille meditatur *Pius*, est illi meditatus *Pylades*, meditate *Scaliger*, uti meditatur *Bothius cum Reizio* faciet mortuo *scripsimus cum Ussingio*. facite mortuo *BD*. facite mortua *C*. facit emortuo *FZ* meditatur, illi ut uerba faciet mortuo *Ussingius* 841. Et *om. F* etautem *C*. equidem *FZ*. aetatem *Scaliger*. atque idem *vel* et autem *Bentleius* aut culto $BCD^1$. ausculto $D^4$ lubens $BD^1$. libens $CD^3FZ$ Et adire hominem lubet et nimis autem eum nunc ausculto lubens *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 426: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 59*. Et lubet hominem adire *e. q. s. Bothius*[2] 842. Hęc *C*. Hec *B* quom hic *B*. cum hic (cumhic *C*) *reliqui* uideo uideo *F* crutior *CD* praeciis *B*. pręciis *C* emptus *DFZ: corr. Saracenus, Pius* maximis *libri praeter F* 843. fieri suis eris *Camerarius*. fieris uisceris *B*. fieri siuisceris *CD*. fieri sic uidens *F*. fieri si uixeris *Z*. fieri funditus *Guyetus* 844. Et *Ussingius* posterum *B*. postremū *D*, ū *ex* u *m. 3* parum *BCD* 845. S *praem.* $D^3$ Pro inde *B* habet hic orationem *Camerarius*. orationem habet *Bothius* quasi siet *sine* ipse *Guyetus* bone *BCD* 846. ipsus hercle ignauiorem *Curio, Bentleius ad Ter. Hec. III 5, 29*. hercle ipsu signauiorem $BCD^1$. hercle ipsus ignauiorem $D^2$ *et* $D^1$, *FZ* potis est $D^1Z$. poti est $BCD^1$. potis *F* 847. hęc *B* aedi *BC*. ędi $D^1$. ędis $D^3$ hostiis *vel* hostus *C* 848. Herus *FZ* nequiuit *FZ*. ne quuti *B*.

MILPHIO

Lépidam Venerem.

SYNCERASTVS

Nám meretrices nóstrae primis hóstiis
Vénerem placauére extemplo.

MILPHIO

O lépidam Venerem dénuo. 850

SYNCERASTVS

Núnc domum ibo.

MILPHIO

Heus, Sýnceraste.

SYNCERASTVS

Sýncerastum quí uocat?

MILPHIO

Túos amicus.

SYNCERASTVS

Haúd amice fácis, qui cum onere offérs moram.

MILPHIO

Át ego ob hanc morám tibi reddam operam, úbi uoles, ubi iússeris.
Hábe rem pactam.

SYNCERASTVS

Sí futurumst, dó tibi operam hanc.

---

970. *Sic A, nisi quod* MIHIAPSTERSERUNT Vt] Ita *Boltenstern de reb. scaen. p. 26* mihi *libri cum A et Nonio* absterserunt *libri praeter AB et Nonius* hominem *B*. omnes *Nonius* sortitudinem *D* 971. *Sic A, nisi quod* HABEANTFACIAM siadeam *C* quodiubes *C*. quod diubes *B* 972—975. *Verba* Incipere — sed quę nam *in C ante* Quintu — tibi *posita, sed signis in ordinem redacta sunt* 972. QUITUMIHITESTISQUITUINSISTISFORTITER *A* Quid tu *FZ*. Quintu *C* (uintu mihi testis *in ras.*). quntu *D*. Quantu *B* quan tu in sistis *B*. quintu insistis *CD* 973. *Sic A, nisi quod* FORTUNA 974. INCIPEREMULTOSTQUAMIMPETRAREFACILIUS *A* multo est *CDFZ*. mulo est *B* impetrare *BC* (t *sup. scr.*) *D* (*item*). patrare *Acidalius* facilius *s. v. C* 975. SEDQUAEILLAECAUISESTQUAEHUCCUMTUNICAADUENIT

Numnam ín balineis círcumductust pállio?

AGORASTOCLES

Faciés quidem edepol Púnicast: guggást homo.

MILPHIO

Seruós quidem edepol uéteres antiquósque habet.

AGORASTOCLES

Qui scís?

MILPHIO

Viden homines sárcinatos cónsequi?
Atque út ego opino in mánibus digitos nón habent. 980

AGORASTOCLES

Quid iám?

MILPHIO

Quia incedunt quom ánulatis aúribus.

---

981. *Priscianus IV 38 (Gr. lat. II p. 139, 7):* anulus anulatus. Plautus in Poenulo: 'quia . . . auribus', *unde sua hausit Osbernus p. 13 et 19*

---

*A* quae illaec auis est *Geppertus cum A.* quaenam illaec auis est *B* (que nam illae cauis) *C* (quę nam illec) *DF* (anus) *Z* (illec). quae est illa auis *Servius.* quaenam illa auis est *Bothius.* quaenam illaec auist *Ussingius.* quaenam haec auis est *Guyetus* que huc *B.* quehuc *C* cum *praeter B omnes* (cutunicis *C*) tunicis *libri praeter A* 976. NUMNAMINBALI . . . . . MDUCTUSTPALLIO *A* Nunnam *B.* nunnam *D.* nun nam *C* in balineis *Geppertus cum A.* in abaliniis *BD.* inabalinus *C.* in aballinis *F.* a balineis *Z* Nam a balneis it *Guyetus, Reizius.* Numnam it a balneis *Camerarius* Nonne, hem, acalanthust *dubitanter Ritschelius Opusc. IV p. 176* circumductust *Geppertus cum A.* circumductus *libri praeter A* 977. FACIESQUIDEMEDEPOLPUNICASTG(*vel* C)UG(*vel* C)GASTHOMO *A* Agor.] *pers. om. libri (spatio tamen posito D): corr. Bothius duce Angelio* punica est guggast homo *Turnebi membr. Adv. X 24, etiam Lambini 'veteres libri'. om. BCDFZ relicta lacuna, a quibus profectus verba* facies quidem edepol *variam esse scripturam ad v. 978 spectantem dicit Ussingius duce Dziatzkone Mus. Rhen. t. 21 (a. 1866) p. 481 adn.* hominis peregrina admodum *supplebat Geppertus: at cf. eiusdem Stud. Pl. vol. II p. 101. V. del. Weisius* 978. *Pers. om. libri: add. Angelius Sic A* ueteres *om. DFZ* antiquos que *B* 979. *Sic A, nisi quod* OMNES *et* CONSEQUI K Qui sis *B.* Quiscis *C.* Quis is *Camerarius* hominis *BCD*[1]. homini *D*[1]*FZ* 980. ATQ . . . . OPINORDIGITOSINMANIBUSNONHABENT *A* ut ego opino in manibus digitos *Weisius.* ut opinor (ut opinior *B.* utopinor *C*) digitos in manibus (inmanibus *C.* im manibus *B*) *libri cum A ut vid.* digitos ut opino in manibus *Bothius Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 46* 981. *Sic A, nisi quod* ANULATIS K Quid *B* quidiam *C* Qui incedunt *Hermannus Nov. ann. vol. 35 (a. 1842) p. 191.* Quia cedunt *Hasperus l. s. s. p. 298 (22): cf. Muellerus Pros. Pl. p. 348* quomanulatis *B.* cum anulatis *reliqui praeter A cum Prisciano V. 982—984, quos Poeno iam tribuit F, Hannonis esse vidit Dziatzko l. s. s. p. 480, ante v. autem 985 versum Punicum excidisse vult: nobis alius esse re-*

(Adíbo ad hosce atque áppellabo Púnice.
Si réspondebunt, Púnice pergám loqui:
Si nón, tum ad horum móres linguam uórtero.)
Quid aís? ecquid tu cómmeministi Púnice? 985

AGORASTOCLES

Nihil édepol: nam qui scíre potui, díc mihi,
Qui illím sexennis périerim Carthágine?

HANNO

Pro dei ímmortales, plúrimei iam ad illúm modum
Periére pueri líberi Carthágine.

MILPHIO

Quid aís tu?

AGORASTOCLES

Quid uis?

MILPHIO

Vín appellem hunc Púnice? 990

---

*censionis videntur: cf. v. 990. 991* 982. ADIBOHOSCATQUEAPPELLABOPUNICE *A* Adibo $D^2FZ$. Audibo *BCD*[1] ad hosce atque *Camerarius.* hosce atque *B.* atque hosce *CDFZ.* ego hosce atque *Reizius* apelabo *D* 983. *Sic A, nisi quod* SI *omittit Post* Punice *interpungit Wexius de Punicis Plautinis meletemata p. 25* 984. *Sic A, nisi quod* AD *et* UERTERO S non *B* Sinontum adhorum *C* lingua ac uertero *BCD (*acuertero, *exp. m*[4]*).* linguam aduertero *F.* linguam deuertero *Z* 985. *Mil. pers. praem. BCDF* QUIDAISTUECQUIDCOMMI*(vel* E*)*NISTIPUNICE *A* Quid, Q *in ras. ubi* N *scripta erat C* ais? ecquid tu *scripsimus:* ais tu ecquid *(*ec quid *B.* etquid *C) libri, ubi* ecquidnam *Muellerus Pros. Pl. p. 517,* ecquid adhuc *Pylades,* tu ais? ecquid *Geppertus* commeminis ti *B.* commeministi, mi *s. v. C* 986. *Sic A, nisi quod* QUI quiscire *BCD* potis sim *Geppertus.* potis sum *Muellerus Nachtr. p. 145: cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 147* qui fieri potis est *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1873) p. 118* 987. *Sic A* illum *CDZ.* illinc *F, Pius* se exennis *B* cartagine *CD V. 988. 989 del. Langrehrius p. 20* 988. *Sic A, nisi quod* ADILLUMMODO *sine* IAM *Hannonis notam om B* dii *BCDFZ* plurimi *libri praeter A.* plurumeis *Ritschelius Nov. exc. p. 114* iam ad hunc modum *Hermannus.* ad hunc modum *libri praeter A (*adhunc *et spat. 7 litt. ante* modum *C).* adeo ad hunc modum *Brambachius Mus. Rhen. t. 21 (a. 1866) p. 479.* ut ad illum modum *Geppertus.* ut ad hunc modum *Acidalius. Hiatum def. Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 23* 989. *Sic A* Periere *ex* perire *C* cartagine *C (spat. ante id vocabulum) D V. 990. 991 ex altera recensione repetit Hasperus l. s. s. p. 304 (28): cf. v. 982—984* 990. *Sic A, nisi quod* PUNICE Agor.] B *B.* Mil. *CD* Mil.] A *B.* Agor. *CD* uin appellem $D^4$. uinapellem $CD^1$. uina pellem *B*

AGORASTOCLES

An scís?

MILPHIO

Nullust med hódie Poenus Poénior.

AGORASTOCLES

Adei átque appella, quíd uelit, quid uénerit,
Quei sít, quoiatis, únde sit: ne párseréis.

MILPHIO

Auó. quoiates éstis aut quo ex óppido?

HANNO

Annon muthum balle bachaedre anech. 995

AGORASTOCLES

Quid aít?

---

991. *Priscianus III 3 (Gr. lat. II p. 84, 5):* antiqui etiam in quibusdam gentilibus comparatiuis usi sunt. Punus Punior. Plautus in Poenulo: 'nullus . . . Punior' 993. *Priscianus XII 29 (Gr. lat. II p. 595, 13):* . . . non solum 'cuias', sed etiam 'cuiatis' proferebant communi genere. Plautus in Poenulo: 'quid sit . . . oppido?' *Idem XVII 23 (Gr. lat. III p. 122, 15):* cuias, cuius nominatiuum etiam 'cuiatis' communi genere antiqui proferebant. Plautus in Poenulo: 'quid sit . . . oppido'

---

991. ANSCISNULLUS *(reliqua legi nequeunt) A* Agor.] *praem. FZ.* Milph. *BCD* Anscis *C.* An tu scis *Bothius* Milph. *FZ.* Agor. *BCD* nullust med hodie *scripsimus duce Ritschelio Nov. exc. p. 96 (ubi simul de* hocedie *cogitat).* nullus me est hodie *B cum Prisciano.* nullus me est *CDFZ.* est nullus me hodie *Brugmanus p. 28* poenus *FZ.* penus $D^3$. denus $BCD^1$. Punus *Priscianus, Geppertus* Poenior *Bothius.* punior *libri cum Prisciano, Geppertus* 992. Milph. *praem. CD. om. B* AD . . ATQ·APPELLA . . I . . ELI . . . . . NERIT *A* Adei atque *scripsimus ex A.* Adi atque *DFZ.* Adiatque *B.* Atque adi *cum spatio post* adi *C* ueli *B* 993. QUEISITQUOIATISUN . . S*(incerta)* . . . . . RSE(RSE *incertae)*— *A: cf. v. 994* Qui sit *BDFZ.* Quisit *et spat. 12 litterarum post* sit *C.* Quid sit *Priscianus* quo patis *BCD.* quo patre *F.* cuiatis *Z, Priscianus* ne parseris *FZ.* ne parleris *BCD* 994. Milph. *praem. FZ.* Agor. *BCD* AUOQUOIATISESTISUNDESITNEPARSERE*(vel* I)I*(vel* T)S *A errore in v. 993 relapsus* Quid est cuiates *Priscianus* quo lates *D.* quo lates //// *(er.* es*) B.* quo lętes *C.* quo te lates *F.* cuiates *Z* quo exoppido *C.* quo quoppido *B* 995. ANNO*(vel* C)B*(min. prob.* D)YN*(*N *dubia: possis etiam de* TY *vel* TE *vel* IC *vel sim. cogitare)*MYT*(vel* E, I, L, P)T*(vel* P, E, I*: pro duabus his etiam* N *legi possit)*HYMBA*(*BA *dubiae)*LLE*(vel* T, I)U*(dubia)*D*(vel* B, P, *min. prob.* E, T)R*(min. prob.* A)A*(min. prob.* R)D*(vel* E)A*(vel* R, *min. prob.* H)I*(min. prob.* S)TANNE*(vel* I, T, P)C*(min. prob.* O)H *A, litteris 20—27 incertissimis* annon muthum balle bachaedre anech *BC (*becha edre enehc, edre *s. v.) D (*anno *et* becha edre*)* 996. Milph. *praem. BC (in ras.) D* QUIDAITHANNONEMSEESSEAITCARTHAGINE *A* Quid agit *B.* Quid ait *in ras., ubi* MIL

MILPHIO

Hannonem se ésse ait Carthágine,
Carthágíniensis Múthumballis fílium.

HANNO

Auó.

MILPHIO

Salutat.

HANNO

Dónni.

MILPHIO

Doni uólt tibi
Dare híc nescio quid. aúdin pollicitárier?

AGORASTOCLES

Salúta hunc rursus Púnice uerbís meis. 1000

MILPHIO

Auó donni inquit híc tibi uerbís suis.

HANNO

Me har bocca.

MILPHIO

Istuc tíbi sit potius quám mihi.

AGORASTOCLES

Quid aít?

MILPHIO

Miseram ésse praedicat buccám sibi:
Fortásse medicos nós esse arbitrárier.

---

quid ait *er.*, *C* Milph.] Agor. *BCD* Hannonem — carthagine *in ras. C* se esse *scripsimus ex A.* sese *reliqui* 997. CARTHAGINIENSISMYTT*(vel* E, I*)*-HUMBALISFILIUM *A* Carthaginienses *BD.* carthaginenses *(*car *in ras. et* es *ex* is *ut vid.) C.* Carthaginensem *FZ.* Carthaginiensem *Camerarius* muthum has. lis *B.* muthum baslis *C (*s *prior ex* l *corr.) D (eadem in* l *corr.).* muthum ballis *FZ* 998. *Sic A, nisi quod* UULTTIBI Auo] uo *BCDFZ* uult *FZ cum A* 999. DAREHICNESCIOQUIDAUT*(vel* I*)*INPOL-LICITARIER *A* hic *Bothius cum A.* hinc *libri praeter A* *Super* audin *superscr.* Ag $D^3$ quidaudin *C* pollicierier *BC.* pollicerier *DFZ* 1000. *Pers. om. BCD* SALUTAHUNCRURSUSPUNICEUERBISMEIS *A* rusus *B.* rursum *Ritschelius Opusc. II p. 260* 1001. AUODONNIMIN-QUITHICTIBIUERBISSUIS *A* nonni *B.* nonne *CDFZ: corr. Camerarius* mihi inquit hic tibi *Wexius Meletem. p. 33 (cf. A), ubi* mihi *del. Ussingius.* mihi hic tibi inquid *BC.* hic mihi tibi inquit *DFZ.* hic tibi dicit *Guyetus.* mi hic inquit tibi *Geppertus* 1002. MEPHAR-BUA#ISTUCTIBISITPOTIUSQUAMMIHI *A* Me har bocca *B.* Me har-bocca *CD (*e *ex* a*)* me har] meshar *Schroederus die phön. Spr. p. 316* quammihi *C* 1003. *Sic A, nisi quod* MISERAM 1004. *Sic A, nisi quod* ARBITRARIER *Agor. pers. praem. Bentleius* nosesse *(prior* e *ex* s*) B* arbitratur *FZ*

AGORASTOCLES

Si itást, nega esse: nólo ego errare hóspitem. 1005

MILPHIO

Audín tu? rufeen nuco istam.

AGORASTOCLES

Síc uolo

Profécto uera cúncta huic expedírier.

Roga, núm quid opus sit.

MILPHIO

Tú, qui zonam nón habes,

Quid in hánc uenistis úrbem aut híc quid quaéritis?

HANNO

Muphursa.

AGORASTOCLES

Quid ait?

HANNO

Miuulec hi an na.

AGORASTOCLES

Quíd uenit? 1010

MILPHIO

Non aúdis? mures Áfricanos praédicat

In pómpam ludis dáre se uelle aedílibus.

HANNO

Laech lach ananim limini chot.

---

1005. *Sic A, nisi quod* SIEST ita est *Camerarius.* est *libri cum A.* id est *Pareus*[3] Id si est *Geppertus* ergo *D* 1006. AUDINTURUFEYNNYCCHOI*(vel* E, T*)*SSAM#SICUOLO *A* *Verba Punica Ussingius Hannoni tribuit, reliqua Agorastocli* Audi turufeen nuco istam *B.* Auditu rufen nuco istam *CD* 1007. *Sic A, nisi quod* PROFECTO 1008. *Sic A* numquid *CD* zonam *(z in litura) B* Tuquizonam *C* 1009. *Sic A, nisi quod* URBEMAUTQUIDQUAERITIS hin hanc *B* aurbem *B* aut hic *Geppertus.* aut *libri cum A* quidnam *Pylades* queritis *B. item,* ti *s. v. C* 1010. MUPHURSAQUIDAIT-#MIU *et in fine* #QUIDUENIT *A ita, ut in interstitio paullo minus quam* ULECHIANNA *videatur exstitisse* Mu phursa *D* Miuulec hi an na *B.* Muiulechianna *C.* Muiulec hianna *D* 1011. NONAUD, *dein in medio versu* C *et paullo post* EDICAT *A* predicat *BC* *V. 1012—1018 in D alia manus antiqua scripsit* 1012. . . P *et suo loco* RESEUELLEAEDILIBUS *A* Inpompam *C.* In popam *B* laudis *F* dare se] dares *BCD*[1]. dare *Z: corr. D*[4]*F, Camerarius* edilibus *C* 1013. LE*(vel* I, P, T*)*CHL*(vel* I, E, P, T*)*ACHANNANIL*(vel* P*)*I*(vel* T*)*MNI*(vel* E, P, T*)*I*(vel* E, P, T*)*CH*(*H *incerta)*T*(vel* E, I, P, L*)*OQUIDNUNCAIT *A* Laech lach ananim limini chot *B.* Ialehclahcananim *(ni e corr.)* liminichot *C.* lalehclahcananimliminichot *D* liminuchot *Gildemeister* *Secuntur post* liminichot *verba* Hui cc *(v. 942/3)* — fratris filium *(952) iam supra scripta*

AGORASTOCLES

Quid núnc ait?

MILPHIO

Ligulás canalis aít se aduexisse ét nuceis:
Nunc órat operam ut dés sibi, ut ea uéneant. 1015

AGORASTOCLES

Mercátor credost.

HANNO

Issam arbinam.

AGORASTOCLES

Quid est?

HANNO

Palu, mer, gad ectha.

AGORASTOCLES

Mílphio, quid núnc ait?

MILPHIO

Palás uendundas síbi ait et mergás datas:
Ad méssim credo, nísi quid tu aliúd sapis:
Vt hórtum fodiat átque ut frumentúm metat. 1020

---

*et hic m. 1 vel eiusdem aetatis m. deleta: discrepantias supra adnotavimus C' nota usi* Agor *add. D*[4] nunc *in ras. (post* c *er.* t*) C* 1014. LIGULASCANALI*(vel* E*)*SAITSEADUEXISSEETNUCE*(vel* I*)*I*(vel* E*)*S *A* Lingulas canalis *FZ.* Ligulas uenales *Dousa fil.* ficulas fabulas *Acidalius, quae transponit Guyetus.* Ligulas cannabes *Alciatus* ad uexisse *B* nuces *libri praeter A* 1015. NUNCORATOPERAMUTDESUTEAUENE*(vel* I*)*ANT *A* ueniant *BDZ.* ueneant *ex* ueniat *C* 1016. MERCATORCREDOEST#ASSAMM*(vel* H*)*ARBINAMQUIDEST *A* credo est *BDFZ.* est credo *C* Issam B arbinam *B.* Is sam MIL. arbinam *C.* Issam mil arbinam *D.* Issain. Mil. Arabinam *F.* Isam Mi. arbinam *Z* Agor.] *Pistoris. om. BCDFZ sine spatio* Quid est *Camerarius cum A.* quidem *BCDFZ* 1017. PALUMI*(vel* T*)*RGADETHA#MILPHIOQUIDNUNCAIT *A* Palum erga detha *B.* Palum erga dectha *CD* 1018. *Sic A, nisi quod* AITET *et* DATAS *Verba* Palas — ad me *(v. 1021) desunt in C* bendundas *BD* sibi ait et *Camerarius cum A.* sibim tet *BD.* sibimet *FZ* *V. 1019 sq. hoc ordine A exhibet: inverso reliqui BDFZ. V. 1019 post v. 1022 collocat Bothius. V. 1020 ex alt. rec. repetit Hasperus l. s. s., fort. recte* 1019. ADMESSI*(vel* E*)*MCREDONISIQUIDTUALIUDSAPIS *A* credo nisi quidem tua *BDF (*nisi hic quidem*) Z (*tuam*), unde* credo missus *(*missust *Brixius Em. Pl. (a. 1854) p. 11)* hic quidem tuam *Pylades duce Valla.* credo nisi quid aliud autumat *Geppertus* nisi quid tu *ex A vel* nisi quidem tu *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 23* 1020. UTHORTUMFODIATATQ·UTFRUMENTUMP*(vel* I, E, T*)*ETAT *A* ortum fodiat atque ut *Z.* hortum fodi atque ut *BF (*ortum*).* hortum *(*h *s. v.)* fodi *(s. v. m. 3)* atque ut *(*ut *ex* in*) D* *Ceterum h. v. Agorastocli dat Geppertus signum interrogationis in fine collocans*

AGORASTOCLES

Quid ístuc ad me?

MILPHIO

Cértiorem te ésse uolt,
Ne quíd clam furtim se áccepisse cénseas.

HANNO

Muphonnium sucorahim.

MILPHIO

Em, caue sis féceris,
Quod hic te órat.

AGORASTOCLES

Quid ait aút quid orat? éxpedi.

MILPHIO

Sub crátim uti iubeas sése supponi átque eo 1025
Lapidés inponi múltos, ut sesé neces.

HANNO

Gunebel balsameni erasan.

AGORASTOCLES

Narrá, quid est?
Quid aít?

MILPHIO

Non hercle núnc quidem quicquám scio.

HANNO

At út scias nunc dehínc latine iám loquar.
Seruom hércle te esse opórtet et nequam ét malum, 1030

---

1021. QUIDISTUCADME#CERTIOREMTEESSEUOLT *A* cerciorem *B* uolt *Scaliger, Bentleius cum A.* uoli *BCD.* uolui *FZ*

1022. NEQUIDCLAMFURTIMSEACCEPISSECENSEAS *A* Nequid *CDZ.* Nequit *B* furtim se] furtise *B.* furtiue *CDFZ.* furtimue *Scaliger, Lambinus* cepisse *Geppertus Stud. Pl. I p. 136* cen seas *C*

1023. MUFONNIMSICCORATIM#HEMCAUESISFECERIS *A* *Pers. initio om. BCD* Muphonnium *BCD* sucorahim *BC (spat. ante eam vocem).* sucoraim *D* Em *BD.* Ein *C.* Hem *FZ cum A* cauesis *F cum A.* caue si *reliqui* 1024. *Sic A, nisi quod* AUTQUIDORAT te *del. Bothius, Reizius* 1025. *Milph. pers. om. BCD*[1] *(add. D*[3]*)* SUBC*(vel* G*)*RATI*(vel* E*)*MUTIUBEASSESUPPONIATQUEEO *A* Sub gratim *BCDF.* Suberatim *Z* uti *Camerarius.* ut *libri* sese *Pylades.* se *libri cum A* ad que *B* 1026. *Sic A, nisi quod* NECES imponi *C* ut *ex* sit *B* sese enices *Pareus*[3] 1027. GUNEBBALSAME*(vel* P, T*)*-MLYRYLA#NARRAQUIDEST *A* Gunebel balsameni erasan *BC et, nisi quod* balsamem, *D* 1028. *Sic A, nisi quod* QUIDEMQUIDQUAM Quid *FZ cum A.* Qui *BCD.* Quod *Bothius cum v. 1027 verba construens* quae quam *B* 1029. *Sic A, nisi quod* IAM Atque ut *Pareus*[3]. At tu *Pareus*[2] 1030. SERUUMHERCLETEESSEOPORTETETNEQUAMET-MALUM *A* Seruom *solus B* hercle *(l e corr.) C.* hodie *Z* et nequam] ene quam *B*

Hominém peregrinum atque áduenam qui inrídeas.

MILPHIO

At hércle te hominem et sýcophantam et súbdolum,
Qui huc áduenisti nós captatum, mícdilix,
Bisúlci lingua, quási proserpens béstia.

AGORASTOCLES

Maledícta hinc aufer: lĩnguam conpescás face. 1035
Maledícere huic tu témperabis, sí sapis:
Meis cónsanguineis nólo te iniusté loqui.
Carthágini ego sum gnátus, ut tu sís sciens.

HANNO

O mí popularis, sálue.

AGORASTOCLES

Et tu edepol, quísquis es:
Et sí quid opus est, quaéso, dic atque ímpera, 1040
Populáritatis caúsa.

HANNO

Habeo grátiam:

---

1034. *Varro de l. l. 5, 68:* serpere et proserpere idem dicebant ut Plautus quod scribit: 'quasi . . . bestia'

---

1031. HOMINEMPEREGRINUMATQ·ADUENIAM *(nil ultra scriptum) A* ad que *B* irrideas *C* 1032. *Sic A* Ad *B* sicophantam *C.* sycophanta *B.* sicophanta *D* subolum *D* 1033. *Sic A, nisi quod* MIGDI- *(vel* E)LI*(vel* E)X*(vel* A*)* ad uenisti *B* micdilix *Turnebi Adv. X 24 membranae.* migdilix *cum A Scaliger, qui tamen etiam* migdilybs *(*migdilibs *Turnebus).* mic dilia *B.* micdilia *CDZ.* nundilia *F.* migdolibs *Bothius* 1034. *Sic A, nisi quod* PROSERPENS Bisculcilinguis *Geppertus.* Bisulca lingua *tacite Lambinus. cf. Ribbeckius Trag.*[2] *p. LXXV sq.* pro serpens *BC* 1035. MALEDICTAHANCAUFERLINGUAMCONPESCASFACE *A* aufers *BCD* compescas *CFZ* tace *FZ: corr. Gruterus* 1036. *V. in suspicionem vocant Lomanus p. 57, Hasperus l. s. s., Geppertus Sic A, nisi quod* MALEDICERE *et om.* TU 1037. *Sic A* Meis] Ineis *D* Meus est sanguineus *F* in iuste *BC* 1038. *Sic A, nisi quod* CARTHAGINE *et* SISC*(vel* S)IENS Cartagini *(g e corr. C) CD* sum *(*um *s. v.) C* gnatus, n *inter scribendum ex* r *D* tu *om. DZ* 1039. OMIPOPULARI*(vel* E)SSALUEETTUEDEPOLQUISQUISEST *A, nisi quod de* Q *ante* UISEST *dubitari potest* mi *Scaliger cum F et A.* mihi *BCDZ: cf. Berglius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 829* tu *om. C* qui quis *B* es *libri praeter A omnes* 1040. *Sic A, nisi quod* DIC Et siquid *CZ.* Et siquod *B.* Si quid *F* est *om. C* quęso *B* dicat que *B.* dicatque *D.* dicat quae *C* 1041. *Sic A, nisi quod in* POPULARITATIS *dubia* L causad Poen. *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. p. 78.* causa. Poen. Hercle *Muellerus Pros. Pl. p. 522* Habeo tibi *Pareus*[3] *V. 1042—1053 eo ordine exhibuimus qui est in BCDFZ: v. 1042. 1043 A exhibet post*

Verum híc hospitium ego hábeo. Antidamae fílium,
Quaesó, commostra, sí nouisti, Agorástoclem.
(Sed ecquem ádulescentem tu híc nouisti Agorástoclem?

AGORASTOCLES

Siquidem Antidamai quaéris adoptatícium: 1045
Ego sum ípsus, quem tu quaéris.

HANNO

Hem, quid ego aúdio?

AGORASTOCLES

Antídamae gnatum me ésse.

HANNO

Si itast, tésseram
Conférre si uis hóspitalem, eccam áttuli.

AGORASTOCLES

Agedum, húc ostende. est pár probe, quam habeó domi.)

---

*v. 1048: v. 1053 et ante v. 1049 et post v. 1052 idem codex. versuum 1043 et 1044 ordinem invertit Acidalius dubitanter: alterutrum suspectum esse censet Lomanus p. 57. Maiores esse turbas sensit Muellerus Pros. Pl. p. 296 adn., quas ex duplici recensione repetierunt duce Osanno p. 202 (1043=1044) Seyffertus Stud. Pl. p. 11, Goetzius Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 260* 1042. UERUMEGOHICHOSPITIUMHABEOANTIDAMAE*(vel* I*)*FILIUM *A* hic hospitium ego *Bothius.* ego hic *(*hic ego *D, corr. m.*[2] hic *om. B.* c *e corr. C)* hospiti sum *BCD.* ego hic hospitem unum *FZ (*hispitem*), ubi* unum hospitem *Meursius cum Pylade.* hic ego hospitem *Acidalius.* enim ego hic hospitem *Geppertus.* habeo ego hic hospitium *Guyetus* antidamę *C* *Post* filium *plene distinxit Acidalius* 1043. *Sic A, nisi quod* QUAERO *et* AGORASTOCLEN Quaeso *F, Acidalius.* Quaero *Z.* Quęro *C.* Quero *BD* com monstransi *B.* commonstrans *CD.* commonstretis *FZ (*commost-*).* commonstres si *Pylades* agorastoclem *libri praeter A omnes* *Post hunc v. quaedam intercidisse suspicatur Seyffertus l. s. s.* 1044. *Agor. pers. praem. FZ et editionum aliquot Sic A* Sed hec quem *B.* Sed hęc quem *CD.* Ecquem *Angelius* adolescentem *CDFZ* 1045. *Sic A, nisi quod* ANTIDAMATI *Pers. om. CFZ* Antidamai *Bothius.* anthidamarchi *BC.* antidamarchi *CFZ.* Antidamatae *Ritschelius olim: cf. Opusc. III p. 304. 337.* Antidāmăti *Crainius Diar. gymn. vol. XX (a. 1866) p. 477.* tu Antidamae hic *Acidalius.* Antidamae tu *Ussingius in adn.* Antidamae Demarchi *Lipsius Ant. lect. II 19, ut taceamus alios* quęris *BC* ad optaticium *C.* adoptatium *B* 1046. *Sic A* quęris *C.* queris *BD* Hem *libri cum A* 1047. *Sic A, nisi quod omisso post* ESSE *spatio* antidamę *C.* antidame *D* gna tum *C* med esse *Scaliger* ita est *libri praeter A* tesseram *Valla cum A.* te esseram *B.* te esse iam *CDFZ* 1048. *Sic A* confer te *F.* confer *Z: corr. Pylades* siuis *B* 1049. AGEDUMHUICOSTENDEESPARPROBENAMABEODOMI *A* Age dum *B* quam *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868)*

HANNO

O mi hóspes, salue múltum. nam mihi túos pater 1050
Patrítus ergo hic hóspes Antidamás fuit.
Haec mi hóspitalis téssera quom illó fuit.

AGORASTOCLES

Ergo híc apud me hospítium tibi praebébitur:
Namque haúd repudio hospítium neque Carthánginem,
Vnde súm oriundus.

HANNO

Dí dent tibi omnes, quaé uelis. 1055
Quid aís? qui potuit fíeri, ut Carthágini
Gnatús sis? hic autem hábuisti Aetolúm patrem.

---

*p. 458.* nam *libri cum A.* eius quam *Muellerus Pros. Pl. p. 296* abeo *Pius cum A* domi *Angelius, Scaliger cum A.* domum *BCDFZ* 1050. *Sic A, nisi quod* MULTUMNAMMIPATER Ó *C* sal ue *B* mihi tuus pater *BCDFZ.* illius mihi pater *Geppertus.* ille ipsus mihi *Ritschelius Nov. exc. p. 84* 1051. *Sic A, nisi quod* PATRITUSERGOHOSPES Patritus *Bothius cum A.* Patruus *C.* Patri tuus *D.* Patri. Ag. Tuus *F.* Pater tuus *BZ.* Paternus *Scaliger* ergo hic *Ritschelius Nov. exc. p. 85.* ergo *libri.* ergod *Ritschelius duce Guyeto ibidem.* ergo mi *Acidalius duce Pylade.* ergo *suspectum* anti damas *B* Patri tuo ergo ego hospes Antidamae fui *Muellerus Pros. Pl. p. 485.* Pater tuos ergod, olim Antidama hospes fuit *Ritschelius l. s. s.* 1052. *Sic A, nisi quod* MIHI *et* CUM Hęc *C* mihi *libri cum A* essera quo millo *B.* tessera cum illo *CDFZ* illo cum *Scaliger.* cum illo olim *Acidalius* Haec hospitalis tessera mihi cum illo fuit *Bentleius.* Fuit hospitalis tessera haec cum illo mihi *Bothius*[2]. Haec mihi hospitalis fuit cum illo tessera *Reizius.* Mihi hospitalis tessera haec *(ita Geppertus) vel* Haec cum illo tessera hospitalis mihi fuit *Muellerus Pros. Pl. p. 4. an* Haec tessera hospitalis mihi *e. q. s.?* 1053. Agor.] *om. BCD* *Sic A, nisi quod* TIBI *omisso* *De* med *cogitat Ritschelius Nov. exc. p. 49* fospitium *Schenklius l. s. s. p. 615 (9)* prebitur *B.* praehibebitur *Ritschelius Opusc. II p. 401 (*Ergo tibi apud me hic hosp. pr.*): cf. Langenus p. 274* 1054. *Sic A, nisi quod* NAM *et* NEQ:CARTHAGINEM Namque haud *Acidalius duce Pylade.* Nam haud *libri cum A.* Nam non *vel* Nam ego haud *vel* Nam hercle haud *Muellerus Pros. Pl. p. 746* Nam haud hospitium *Guyetus* prepudio *B.* p̄pudio *CDF* neque *in marg. B* cartaginem *CD* 1055. INDESUMORIUNDUS#DE*(vel* I)IDENTTIBIOMNESQUAEUELIS *A* Unde *F, Pylades.* Inde *BCD Z cum A* sum *del. Ussingius cum Guyeto* oriundus *B* Hanno] Agor. *CD* dident *D.* diderit *B* Di omnes tibi dent *Geppertus.* Di dent omnes *Redslobius Symb. p. 15.* Di omnia tibi dent *Lomanus p. 59* quę *C* 1056. *Sic A, nisi quod* AISQUID Quid ait *DFZ et militi quidem verba tribuentes FZ: corr. Pylades* quid *ex A Ritschelius Nov. exc. p. 56* potis est *Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1873) p. 117* uti *Geppertus* cartagini *C* fieri? tu Carthagini ‖ Es gnatus *e. q. s. Ussingius* 1057. *Sic A, nisi quod* HABUISTI hic autem Aetolum habueris *Acidalius.* si

AGORASTOCLES

Surrúptus sum illinc, híc me Antidama hospés tuos
Emít et is me síbi adoptauit fílium.

HANNO

Demárcho item ipse fúit adoptatícius. 1060
Sed mítto de illoc: ád te redeo. díc mihi:
Ecquíd meministi tuóm parentum nómina?

AGORASTOCLES

Patris átque matris mémini.

HANNO

Memoradúm mihi,
Si nóui forte aut sí sunt cognatí mihi.

AGORASTOCLES

Ampsígura mater míhi fuit, Iahón pater. 1065

HANNO

Patrem átque matrem uíuerent uellém tibi.

AGORASTOCLES

An mórtui sunt?

HANNO

Fáctum: quod ego aegré tuli:

1062. *Priscianus VII 26 (Gr. lat. II p. 308, 24):* tuum pro tuorum . . . Plautus . . . in Poenulo: 'ecquid . . . nomina'

---

hic autem habuisti Aetolum *Bothius* aecolum *B.* aetholum *CD* 1058. *Sic A, nisi quod* ANTIDAMAS *et* TUUS Subreptus *F.* Surptus *Acidalius* illim *Lambinus, Lachmannus in Lucr. p. 189, Ritschelius Opusc. II p. 454: cf. tamen Nov. exc. p. 63* hic me Antidama hospes *Muellerus Pros. Pl. p. 10.* hic me *(me s. v. D)* antidamas hospes *libri cum A.* hic hospes Antidamas *Bothius ducibus Lambino et Acidalio. (*illim*)*, hic med Antidama hospes *Ritschelius Opusc. III p. 126 Cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 12* tuus *libri cum A* 1059. *Sic A* Emittetis *B.* Emit me et is *Camerarius: cf. Acidalius* ad optauit *B.* adoptauit *(*d *inter scrib. ex* p*) D* 1060. *Pers. om. B Sic A, nisi quod* ITEM *et* ADOPTATICIUS *A* adoptatitius *D.* adoptatius *B* 1061. *Hanm. not. praem. B Sic A* illo ad *BCDFZ.* illo et ad *Camerarius* rodeo *C Cf. Langrehr p. 25* 1062. *Sic A, nisi quod* TUUM Ec quid *CD* tuum *libri cum Prisciano* 1063. *Pers. om. B* PATRISATQ:MATRIS#MEMINI#MEMORADUMMIHI *A* adque *B* Hanno] *om. C in principio v.* Memora dum *FZ cum A.* Memorandum *BCD* 1064. *Sic A, nisi quod* NOTIO *pro* noui 1065. AMSIGURAMATERFUITMIHIHIAONPATER *A* Ampsigura *BDFZ.* Amsigura *C cum A: cf. Studemundus l. i. s. et Koenig de nom. pr. p. 8 sq.* mihi *(*m *inter scrib. ex* s *facta) D* Iahon *Studemundus Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 71.* ihon *B.* iacon *F.* lachon *Z.* lachon *CD, Pylades* 1066. *Inde ab hoc v. usque ad 1103 deficit A V. om. F* 1067. factum quod ego aegre tuli *Lambinus, Bentleius, Bothius.* factum quod aegre *(*egre *C)* tuli *libri.*

Nam míhi sobrina Ampsígura tua matér fuit,
Patér tuos is erat fráter patruelís meus,
Et ís me heredem fécit, quom suom obiít diem, 1070
Quo mé priuatum esse aégre patior mórtuo.
Sed sí itast, ut tu sís Iahonis fílius,
Signum ésse oportet ín manu laeuá tibi,
Ludénti puero quód memordit símia.
Osténde: inspiciam.

AGORASTOCLES

Em.

HANNO

Aperi, si audes. átque adest. 1075

AGORASTOCLES

Mi pátrue, salue.

HANNO

Et tú salueto, Agorástocles.
Iterúm mihi gnatus uídeor, quom te répperi.

---

factum, quod quidem aegre tuli *Acidalius.* factumst aegre quod tuli *Guyetus.* factum quod mi aegre fuit *coll. Curc. v. 169 Reizius: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 7 et Goetzius Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 247* 1068. sobrina ampsigura *(pro* m *incohabatur* p*) C.* sobrinammpsagura *(*am *corr. in* aa*) B* 1069. tuus *libri* is *del. Pareus*[3]*, Bothius: cf. Madvigius ad Cic. de fin. V 8, 23* erat *(*e *inter scrib. ex* f *vel* s *corr.) D* 1070. his *B* quom *solus B.* cum *reliqui* suum *libri* obit *Reizius, Muellerus Pros. Pl. p. 459* 1071. *Suspectat hunc v. Hasperus l. s. s.* priuatum esse *Camerarius.* priuatum *libri* agrae *B.* egre *C.* egre *D* pacior *C* priuatum patior aegre *Pylades* 1072. ita est *BCD* iahonis *B.* iahonis *(*a *ex* o*) D*[1]. iahonis *D*[4] *ut vid.* iachonis *C.* lachonis *FZ* 1073. inmanu leua *C* manuleuatibi *D* 1074. memordit *D, Scaliger, Bothius.* me mordit *C.* momordit *BFZ* 1075. Ostende ut *Camerarius* inspiciam *Camerarius.* inspici iam *B.* inspice iam *reliqui.* Ag. inspice. Poen. Iam *Pylades* Agor. Em Hanno. Aperi, si audes. atque adest *scripsimus dubitantes.* aperi audi atque *(*audiatque *B)* ades *libri, ubi* aperi. Ag. uide. Eccum adest *Muretus Var. lect. XI19* Ag. inspice iam. Poen. Ah perii. Ag. Ah dii ecce adest *Gruterus.* inspiciam aperte. age. Agor. Audio. Poen. Atque adest *Bothius*[1]. inspiciam. Ag. Ut perii, audiui. Poen. Atque adest *Bothius*[2]. Ag. Inspice iam. Poen. Aperi. Ag. Vide sis. Poen. eccum adest *Weisius.* inspiciam. ah perii gaudio, atque id est *Kochius Nov. annal. vol. 107 (a. 1873) p. 243* Ah perii. uiden? HA. Atque eccum *Geppertus* adi atque ades *Lambinus.* Ag. Audio atque adest *Spengelius Plaut. p. 195* *Versus additicus videtur Ussingio* 1076. Agor.] *pers. praem. BFZ. om. CD* salueto *Camerarius.* salue *libri.* salue, mi *Pylades* agorastocles *D* 1077. Item *C* quom te *Luebbertus Gramm. Stud. II p. 243, Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1878) p. 404.* quo atte *B.* quo ate *CD*[1]. quod te *D*[1]*FZ.* quia te *Camerarius*

MILPHIO

Pol istám rem uobis béne uortisse gaúdeo:
Sed té moneri núm neuis?

HANNO

Sané uolo.

MILPHIO

Patérna oportet fílio reddí bona: 1080
Aequómst habere hunc bóna, quae possedít pater.

HANNO

Haud póstulo aliter: réstituentur ómnia:
Suam síbi rem saluam sístam, si illo aduénerit.

MILPHIO

Facitó sis reddas, étsi hic habitabít, tamen.

HANNO

Quin méa quoque iste habébit, si quid mé fuat. 1085

MILPHIO

Festíuom facinus uénit mi in mentém modo.

HANNO

Quid id ést?

MILPHIO

Tua opus est ópera.

HANNO

Dic mihi, quíd lubet?
Profécto uteris, út uoles, operám meam.

1078. istanc *Bothius* uobis *del. Pareus*[2], *Guyetus, Reizius* bene *del. Weisius* bene uortisse (= beneuertisse) *Muellerus Pros. Pl. p. 390.* bene euenisse *libri* *De v. 1079—1085 suspicionem movet Schueth p. 38: cf. v. 1278 sq.* 1079. Sed *Pareus*[3]. Et *libri.* At *Geppertus* te monerinum neuis *B.* temoneri num neuis *(ex* niuis *m. 1.* ne uis *m. 4) D.* te moneri num me uis *C.* te moueri num neuis *F.* te moneri nonne uis *Z, ubi* non neuis *Acidalius,* numne *Ritschelius Proleg. p. 75: at cf. Opusc. II p. 248* *V. 1080 et 1081 simul ferri non posse dicit Langrehr p. 21* 1080. filio reddi *Bentleius, Bothius.* filio reddi *D (corr. m. 2).* reddi filio *reliqui* 1081. Aequom si *B.* ęqum si *C.* Aequum si *D.* Aequumst *F.* ęquum est *Z* que *BCD* 1082. Haut *B* restituentur *(pro* e *alt. incohata erat* n*)* *C* omma *B* 1083. sibi rem *B, Brixius ad Trin. v. 156.* rem sibi *reliqui* illoc uenerit *Geppertus* 1084. Facito *ex* Facite *is qui sigla personarum scripsit in B* et si *C* habitabit *Pylades.* habit *BC.* habet *FZ.* habit *(*h *s. v.) D.* hic habitat *Bothius* *Cf. Langrehr p. 21* 1085. Quim *B* siquit *B* de me *FZ* fuit *B* 1086. *Milph. pers. om. B* Festiuom *B.* Festiuum *CD* mihi in mentem *DFZ.* mihi immentem *B.* mihi inmentem *C* 1087. tua opus est *B, Bothius.* tua est opus *CDFZ* dic/// *(cr. pars* t *litterae) C*

Quid ést negoti?

MILPHIO

Pótin tu fieri súbdolus?

HANNO

Inimíco possum: amícost insipiéntia. 1090

MILPHIO

Inimícus herclest húius.

HANNO

Male faxím lubens.

MILPHIO

Amat á lenone hic.

HANNO

Fácere sapientér puto.

MILPHIO

Leno híc habet uicínus.

HANNO

Male faxím lubens.

MILPHIO

Ei duaé puellae súnt meretrices séruolae
Soróres: earum hic álteram efflictím perit, 1095
Neque eam íncestauit úmquam.

HANNO

Acerba amátiost.

MILPHIO

Hunc léno ludificátur.

HANNO

Suom quaestúm colit.

---

1089. negotii *BCD*. negocii *FZ* potin tu *BCDF*. potin *Z* sub dolus *D* 1090. amico est insipientia *Pylades*. amico *(sequitur spatiolum C)* insipientia est *libri*. nam amico insipientia est *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 403* 1091. hercle est *libri* 1092. allenone *B*. alenone *(n prior s. v. C) CD*. ab lenone *F* Facere *Camerarius*. Facile *BCD*. Facit *FZ*. Facit id *Pylades* 1093. Leno *om. C* habet uicinus *Seyffertus Stud. Pl. p. 6*. habitat uicinus *libri* 1094. duę puellę *C* seruulae *D*. sęruulae *B*. seruulę *C* 1095. perit *Z*. periit *BCDF* 1096. incestauit *(s ex* t, t *prior ex* s, *quae ex* t *facta est) C* acerba *in ras., ubi* suū quęstū colit *scriptum erat, C* amatio st *B*. amatio est *reliqui* 1097. Hunc *Pius*. Nunc *libri* ludicatur *B* suum *libri* quęstum *C*. questum *B* querit *et s. v.* colit *D*

MILPHIO

Hic illí malam rem dáre uolt.

HANNO

Frugist, si íd facit.

MILPHIO

Nunc hóc consilium cápio et hanc fabricam ápparo,
Vt te állegemus: fílias dicás tuas 1100
Surrúptasque ésse páruolas Carthágine
Manúque liberáli causa eas ádseras,
Quasi fíliae tuaé sint ambae. intéllegis?

HANNO

Intéllego hercle: nám mihi item gnataé duae
Quom nútrice una súnt subreptae páruolae. 1105

MILPHIO

Lepide hércle adsimulas. iam ín principio id míhi placet.

HANNO

Pol mágis, quam uellem.

MILPHIO

Eu, hércle mortalém catum,
Malúm crudumque et cállidum atque súbdolum:

---

1098. illi] ei *Guyetus* Illi hic *Geppertus* rem *om. B* rem malam illi *Pareus*[3] uult *libri* frugist *Muellerus Pros. Pl. p. 123.* frugi *BCDFZ* 1099. han *C* fabricam (b *ex* p) *C.* fabrica *B* aparo *B* 1100. Utte *C.* Vite *B* dice has *Franckenus Mnemos. vol. IV (a. 1876) p. 157* tuas *om B* 1101. Surruptas que *BC* paruulas *libri* 1102. Manuque *Pylades.* Manum *libri.* Manu *Scutarius* eas *Reizius. idem vel* has *Weisius.* ambas *libri.* ambo *Bothius.* has *Guyetus* asseras *CD* 1103. Qua si *B* filię tuę *BC* ambę *B.* ambe *C* intellegis $D^1Z$. intelligis *F.* inpellegis $BD^1$. impellegis *C* 1104. INTELLE(*vel* I)GOHERCLENAM . . . . ITEMG(*dubia*) . . . A— *A* A *praem. B.* Agor. *CZ* intelligo *F* item mihi *Geppertus* duę *B.* tuę *CD* 1105. CUMNUTRI *in A legi potuit* Quom *B.* Cum *reliqui cum A* sunt subreptae *Bothius, Reizius.* surreptas uni *BCD.* subruptae sunt *F.* surreptae sunt *Z* paruulę *CD.* paruuloe *B* 1106. *Pers. om. B* LE . . . . H . . . . . ADSIMULASIAMINPRINCIPIOIDMIH . . . . CET *A* assimulas *BC* iam principium id *Acidalius.* iam id principium *Geppertus* inprincipio *C* 1107. POLMAGISQUAMUELLEM . . . (*quadrat* #EU)HERCLEMORTALEMC— *A* mage *Bothius* heu *FZ* catum *om. B* 1108. MALUMCRUDUMQ . . . . . (*quadrare videntur* CALLI)DUM(DUM *dubiae*) . . . . . (*quadrant* ETSUBDOL)UM *A* crudum que *B* crudumque et] fraudumque *Franckenus l. s. s. p. 157.* uorsutum *Geppertus* et callidum *Pylades.* est ollidum *BC* (olli dum) *D.* est olidum *F.* et olidum *Z* atque *Guyetus.* et *BCDFZ* sub dolum *C* *Versum delet Ussingius, fortasse recte*

Vt ádflet, quo illud géstu faciat fácilius.
Me quóque dolis iam súperat architéctonem. 1110

HANNO

Sed eárum nutrix quá sit facie, mi éxpedi.

MILPHIO

Statúra haud magna, córpore aquilost.

HANNO

Ípsa east.

MILPHIO

Specié uenusta, críne atque oculis pérnigris.

HANNO

Formám quidem hercle uérbis depinxtí probe.

MILPHIO

Vin eám uidere?

HANNO

Fílias maló meas. 1115

---

1111—1114. *Gellius N. A. XIII 30, 4:* non solum autem in hominum corporibus, sed etiam in rerum cuiusquemodi aliarum 'facies' dicitur . . Ecce autem id quoque in mentem uenit, quod etiam Plautus in Poenulo 'faciem' pro totius corporis colorisque habitu dixit. Verba Plauti haec sunt: 'set . . . probe' 1111 — 1112. *Nonius p. 52, 20:* faciem totius corporis formam, [non tantum] *πρόσωπον*, id est os, posuit antiquitas prudens . . . Plautus Poenulo: 'sed . . . ipsa est' 1112. aquilo corpore: nigro corpore *glossa Loewii Prodr. p. 273. Cf. idem p. 298*

---

1109. UTADFLETQUOILLUMGESTUMFACIATFACILIUS *A* ad flet *D* quis illum gestum *Geppertus* facilus *B* 1110. MEQUOQ·DOLISIAMSUPERATARCHITECTONEM *A* quo que dolisiam *B* architectorem *F* 1111—1114. *Personas mutat Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 156* 1111. SEDEARUMNUTRIXQUASITFACI*(vel* E*)* . . MIHIEXPEDI *A: num forte* FACIES? Set *Gellius* Se te harum *B* qua erat *vel* quad est *postulat Beckerus l. s. s.* qualist *W. W. Lit. Centralblatt a. 1873 p. 947* facile *C* mihi *libri cum A, Gellius, Nonius* 1112. STATURAHAUMAGNACORPOREAQUILO#IPSAEAST *A* haud *CDFZ.* haut *B.* non *Gellius, Nonius: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 4* aquilost *Gellius.* aquilo *libri Plautini cum A.* aquilino *Nonius* statura haud magnad, aquilo corpore *reicit Loewius Prodr. p. 273* atque ipsa *Pylades* ipsa est *Nonius cum Gellio* ea st *B* 1113. SPECIEUENUSTAOREATQ·OCULISPERNIGRIS *A* uenusta, a *ex* u *B.* uenustast *Muellerus Pros. Pl. p. 491.* uenustad *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. p. 73* crine *Bentleius apud Dawesium Misc. p. 68.* ore *libri cum A, Gellius.* ore paruo *Pylades.* os parua *Bothius.* ore aeque *Gruterus* ocellis *Geppertus* per nigris *BC* 1114. FORMAMQUIDEMHERCLEUERBISDEPINXTIPROBE*(vel* I*)* *A* *Pers. add.* $D^3$ equidem *F* de pinxti *B.* depinxisti *CDFZ* probe] mihi *libri praeter A* 1115. *Sic A, nisi quod* UIDERE#FILIAS Vinam *BCD*

Sed i, éuoca illam. sí eae meae sunt fíliae,
Si illárumst nutrix, mé continuo nóuerit.

MILPHIO

Heus, écquis hic est? núntiate, ut pródeat
Foras, Gíddenini: est, quí illam conuentam ésse uolt.

---

**GIDDENIS. MILPHIO. HANNO. AGORASTOCLES. PVER**

GIDDENIS

Quis púltat?

MILPHIO

Qui te próxumust.

GIDDENIS

Quid uís?

MILPHIO

Eho, 1120
Nouístin tu illunc túnicatum hominem quí siet?

GIDDENIS

Nam quém ego adspicio? pró supreme Iúppiter,
Erus híc quidem meust, meárum alumnarúm pater,

---

1116. SEDIATQ·EUOCAILLUMSIEAESUNTFILIAE *A* i euoca *Pareus tert.* i atque euoca *libri cum A* (sedi *C.* Sedi *BD*). i atque uoca *Guyetus, qui tamen versum deleri mavult* i atque illam euoca *Bothius* eae *ras. ex* aeae *B.* e ae *C.* he *F* meae *BC* filie *BC* 1117. *Sic A, nisi quod* ILLARUMEST *cum ceteris et* NUTRIX 1118. *Pers. add. D*³ *Sic A, nisi quod* HEUSECQUID *et* PRODEAT ec quis *BC* hic (h *sup. scr.*) *D* nunciate *B.* nunti ate *C* utprodeat *C* 1119. FORASG*(vel* C*)*IDDE*(vel* I*)*NI*(min. prob.* E*)*NI*(min. prob.* E*)*MESTQUIILLAMCO . . . NTAMESSEUOLT *A* Fonas *B* Giddenini *Muellerus Nachtr. p. 110.* gid dene me *BC* (de ne). giddeneme *DZ.* gigdemene *F. Cf. praef.* uult *BCD*

*Act. V sc. 3* G*(vel* C*)*IDDE*(vel* I*)*NIS IDEM *A.* Ciddis Milphio Agorastocles Hanno; *quibus suis locis subiungit* NVTRIX SERVOS ADVLESCENS POENVS DV? *B.* AUGURAS GITDIS HANO PENVS. MILFIO SER *D*³ *Giddeninis personam B indicat* N *littera. Personas om. CD, nisi ubi notabimus contrarium Retractationis vestigia in hac scaena permulta: cf. Brachmannus de Bacch. retr. scaen. p. 76*

1120. Q . . . PULTAT‡QUITUPROX *et in fine* ‡QUIDUIS‡EHO *A* Milph.] *om. BCD sine spatiis* uis *c. sp. C* Quite *C* tui *Geppertus* proximus est *BCDFZ* quiduis *D* S Eho *B*

1121. NOU . . . . . T*(dubia) et in fine* ATUMHOMINEMQUISIET *(in spatium magis convenit* uillumtunic *quam* uillunctunic*) A* Mouistin *BCD* (mouist in*)* tunica tum *B* quisiet *C* 1122. *Pers. om. BCD* N . . Q *et sub finem* IU(IU *dubiae)*P— *A* aspicio *CDFZ.* aspitio *B* proh *m. 4 ex* pro *D* supre me *B.* suppreme *CD* iuppite *B*

1123. . . . *(quadr.* HIC*)*QUIDE*(sequitur lacuna paullo maior quam pro* m est meus e*)*RUSMEARUMA . . . . . UMPATER *A* Erus hic quidem meus est *Bo-*

Hannó Carthaginiénsis.

MILPHIO

Ecce autém mala.

Praestrígiator híc quidem Poenús probust: 1125
Perdúxit omnis ád suam senténtiam.

GIDDENIS

O mí ere, salue, o Hánno, insperatíssume,
Mihí tuisque fíliis, salue: átque eho,
Mirári noli néque me contemplárier.
Cognóscin Giddenínem, ancillam tú tuam? 1130

HANNO

Nouí. sed ubi sunt meaé gnatae? id scire éxpeto.

GIDDENIS

Apud aédem Veneris.

HANNO

Quíd ibi faciunt? díc mihi.

GIDDENIS

Aphrodísia hodie Véneris est festús dies:

---

*thius.* Erus (Herus *FZ*) meus hic quidem est *libri praeter A.* Erus hic quidem est meus *idem Bothius* paeter *B* 1124. H . . NOCARTHAGINIENS *et in fine* MALA *(in priorem lacunam quadrant* an, *in alteram* isecceautem *sine* #*) A* carthagniensis *B.* charthaginiensis *D.* carthaginensis *FZ* mala] uaha *Guyetus* 1125. PRAESTRIG . . . . . Q . . DEM . . . NUS— *A* Praestrigiator, *praeter* P *in lit. B.* Praestigiator *C* (prę-) *DFZ* quid em *C* probus est *BC* (p *ante* probus *er.*) *DFZ* 1126. PERDUXI . . . NE(*vel* I)SAD . . . . . NTIAM *A* 1127. *Spat. pers. om. C* OMIERESALUEH . . . . . (*quadrant* annoin)-SPERATISSIME *A* O mi ere *in lit. B.* omi ere *C.* omiere *D* here *FZ* saluo *C.* salueto *Geppertus* o Hanno *Muellerus Pros. Pl. p. 680.* hanno *BCDFZ* salue, salue *sine* Hanno *Bothius* insperatissime *F.* insperatussime *Z.* insperastis sume *BCD (sec.* s *exp. m. 4 ut vid.)* 1128. MIHITUISQ·FILI *et in fine* EHO *A* tuis que *B* filiis, s *in lit. B* adque *BC* eo *Z.* me *Geppertus.* auo *Ussingius* filiis, Hanno, atque eho *Bothius: cf. v. 1127* 1129. MIRARINOLINEQ:MECON . . . . LARIER *A* contemptarier *BCDFZ: corr. Camerarius* 1130. COGNOSCING . . . E(*vel* I)NI(*min. prob.* E)NE(*vel* I)M(*dubia*)ANCILLAMTUAM *A* Cognose cn *ut vid. B.* agnoscin *F* giddenimem *C.* giddenimen *D.* giddenemen *Z.* gigdemenem *F.* Giddenemen med ancillam *Kochius Nov. ann. t. 103 (a. 1871) p. 828* tu *addidimus. om. libri* ueterem ancillam *Geppertus.* an non ancillam *Ussingius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 698* 1131. Poe *CD*[1] *praem.* NOUISED(*min.prob.* T)UBISINTMEAEGNATAEIDSCIREEXPETO *A* nouis et *BCD*[1], *corr. D*[1] meę *C* gnatae meae *Bothius* gnatę *B.* gnate *CD* 1132. APUDAEDEMUENERIS#QUIDIBIFACI(*sequitur lacuna quae* entd *melius capit quam* untd)ICMIHI *A* Agor. *praem. Z* Hanno] *pers. habent CD*[1] tibi *B* 1133. Agor. *praem.*

Orátum ierunt deam, út sibi esset própitia.

MILPHIO

Pol sátis, scio, inpetrárunt, quando hic híc adest. 1135

AGORASTOCLES

Eho, an huíus sunt illaec fíliae?

GIDDENIS

Ita, uti praédicas.

Tua píetas plane nóbis auxilió fuit,
Quom tu híc aduenisti hódie in ipso témpore:
Namque hódie earum mútarentur nómina,
Faceréntque indignum génere quaestum córpore. 1140

PVER

Haudones illi

GIDDENIS

Hauon bene siilli in mustine.
Mepsi etenes te dum et alamna cestimim.

---

*Z* APHRODISIAHODIEUENERISESTFESTUSDIES *A* festos *B* 1134. ORATUMIERUNTDEAMUTSIBIESSETPROPITIA *A* Ora tum *B* deam, a *ex* u *B* ut *omitti posse dubitanter exponit Muellerus Pros. Pl. p. 376* 1135. Gidd. *praem. Z, fort. recte:* poe $D^3$ POLSATISSCIOIMPETRARUNTQUANDOHICHICADEST *A* impetrarunt *CD* quando hic adest *C.* cum hic hic adest *F* 1136 sqq. *In marg. versuum qui in* p̄dicas *et* ipso *exeunt, 3—4 litt.* (ani///?) *er. C* 1136. EHOANHUIUSSUNTILLAEFILIAE‡ITAUTPRAEDICAS *A* Eho han huius *B* illa et *B* (a *ex* i) $CD^1$. illae $D^4$. illec *FZ* uti *Bothius, Ritschelius Proleg. p. 190.* ut *libri cum A* (itp *ut vid. B)* 1137. TUAPIETASNOBISPLANEAUXILIOFUIT *A* plane nobis *Acidalius.* nobis plane *libri cum A.* nobis planed *dubitanter Ritschelius Nov. exc. p. 93* 1138. CUMHUCADUENISTIHODIEINIPSOTEMPORE *A* Quom *B.* Cum *CDFZ.* Quando *Bothius, Muellerus Pros. Pl. p. 491* tu *add. Pareus tert. om. libri* hic *CDFZ* ad uenisti *B* hocedie *Geppertus, Ritschelius Nov. exc. p. 93.* 1139. NAMQ:HODIEEARUMMUTARENTURNOMINA *A* Nam que *B* 1140. FACERENTQ·INDIGNUMGENEREQUAESTUMCORPORE *A* quęstum *BC.* questum *D* 1141. AUAMMAI(*vel* E, T, *min. prob.* P)LLI (*min. prob.* E)‡(*min. prob.* P *vel* E *vel sim. litt.*)HA(A *dubia*)UONBANEC(*vel* I, T, P, Y)SI(*vel* E, T, *min. prob.* P)LL . . M(*min. prob.* N)USTINE(*vel* T *dubia*)— *A* Haudones illi hauon bene siilli in mustine *B. Idem CD, nisi quod* haud ones *C,* si illi *CD* *Pueri notam om. libri: addidit Angelius. Giddeninis notam, quam BCDFZ om., iam Weisius addidit* 1142. MI(*vel* E)PSTA(*vel* R)E(*vel* I, T)TE(*min. prob.* I)ME(*vel* I, *min. prob.* T)STX(*vel* A, *min. prob.* R, Y)SDUMETALAN . . . . STI— *A ita, ut in priore lacuna* NAME *probabilius sit quam velut* AMCE *extitisse, in fine post* STI *velut* MIM *veri multo similius quam* NUM Mepsi etenes te dum et alamna cestimim *B, item CD, nisi quod* Meipsi et eneste *uterque et* cestimini *C* *Gidd. pers. praemisit Angelius*

AGORASTOCLES

Quid illí locuti súnt inter se? díc mihi.

HANNO

Matrém salutat súam hic, haec autem hunc fílium.
Tace átque parce múliebri supelléctili. 1145

AGORASTOCLES

Quae eást supellex?

HANNO

Clárus clamor síne modo.
Tu abdúc hosce intro et úna nutricém simul
Iube hánc abire hinc ád te.

AGORASTOCLES

Fac quod ímperat.

MILPHIO

Sed quís illas tibi monstrábit?

AGORASTOCLES

Ego doctíssume.

MILPHIO

Abeo ígitur.

AGORASTOCLES

Facias módo quam memores máuelim. 1150

---

1143. QUIDILLILOCUI(*vel* T)SUNTINTERSEDICMIHI *A* 1144. *Hannonis pers. praemittit Ussingius, Milphionis BFZ, spat. om. C* MATREMHICSALUTATHAECAUTEMHUNCFIL— *A* salutat suam hic *Muellerus Pros. Pl. p. 392 cum Bothio.* salutat suam *B.* hic salutat (salutet *D*) suam *C (in marg. tres fere litterae er.) DFZ.* salutat hic suam *Camerarius* Salutat hic suam matrem *idem Muellerus l. s. s.* Matrem hic salutat hanc suam *Pylades* hęc *C* 1145. TACEATQ·PARCEMULIEBRISUPELLECTILI *A* *Hannonis personam praemisit F, Saracenus* Tace adque *C.* Tacaeatque *ex* Tacaeadque *B* suppellectili *BD* 1146. *Sic A, nisi quod* SUPPELEX *et* CLAMOR Quę *B.* Que *C* ea est *BCDZ.* est ea *F, Geppertus. Cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 27* suppelle *BCD* *Poeni pers. inserunt FZ, Milphionis B, spat. CD* 1147. TUABDUCHOSCINTROETUNANUTRICEMSIMUL *A* *Superiori personae libri recte continuant* ab duc (c *ex* x) *C.* ab duc *B.* abduci *Acidalius* hosce *Schmidtius de dem. pron. form. p. 38.* hos *B.* has *CDFZ* matricem *B* 1148. *Sic A, nisi quod* HINC Iubeto *Camerarius* hanc abire hinc *Geppertus cum Studemundo ex A.* abire hanc *libri praeter A.* hanc abire *Pylades* adte *C* Tu fac *Pareus tert.* X Fac·qdd *B* tibi imperat *Pylades* 1149. *Sic A, nisi quod* ILLAS *et* DOCTISSUME Milph.] *spat. om. C.* Gidd. *praem. Acidalius* Set *B* quis (is *in litura*) *B* monstrauit *C* Agor.] *spat. om. C* doctissime *libri praeter A* 1150. ABEOIGITUR#FACIASMODOQUAMMEMORESMAUELIM *A* Milph.] *spat. om. C.* Gidd. *Acidalius* Agor.] *spat. om. C* facies *D* memores] moreris *Guyetus* *Post hunc v. collocat Bothius v. 1169—1173*

Patruo áduenienti céna curetúr uolo.

MILPHIO

Lachánam uos, quos égo iam detrudam ád molas,
Inde pórro ad puteum atque ád robustum códicem.
Ego fáxo hospitium hoc léniter laudábitis.

AGORASTOCLES

Audín tu, patrue? díco, ne dictúm neges: 1155
Tuam míhi maiorem fíliam despóndeas.

HANNO

Pactám rem habeto.

AGORASTOCLES

Spóndesne igitur?

HANNO

Spóndeo.

AGORASTOCLES

Mi pátrue, salue: nám nunc es plané meus.
Nunc démum ego quom illa fábulabor líbere.
Nunc, pátrue, si uis tuás uidere fílias, 1160
Me séquere.

---

